Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVI
E
44

XXVI
E
44

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CYNOSURA AUGUSTI ET AUGUSTÆ,

SIVE

TRACTATUS TRIPARTITUS HISTORICO-JURIDICO-POLITICUS.

Repræſentans

Ideam itidem quandam optumi cujusq; Imperantis, filo-ſtyloq́; maxumè Lipſiano delineatam, inſertis Chrono- & Pragmatologiâ IMPP. AUSTRIAC. &c.

Eorundemq́; & aliorum Heroum morientium Fortitudinis Signaculis, cognoſcendis Hiſtoricis, Paſſagiis, Hippolyti à Lap. Ratione Statûs confutatâ,

Chronographiâ JCtorum in Corpore Juris, (quà adhuc in uſu) & in Conſtitutionibus Recent. Compilatorum, junctaq; Statuâ Nomico-Mercuriali Trigæ Tribunalium Summorum Cæſareo-Aulico-Cameral. Rotvvilan. aliisq; rebus ſingularibus utiliſſ.

Sub fin. Operis, locô Indiculi, Typoplenius adumbratis,

Auctore

JACOBO OTTONE, CÆS. PAL. COM. & REIP. ULM. Conſiliar. &c.

ARGENTORATI
Sumptibus MATTHÆI WAGNERI, Bibliopolæ Ulmenſis. A. 1680.

Digitized by Google

Digitized by Google

IMPERATORI

CÆSARI

LEOPOLDO. I.

AUGUSTO,

GERMANIÆ, HUNGARIAE, BOHEMIAE,

DALMATIAE, CROATIAE ET SCLAVONIAE

REGI,

ARCHIDUCI AUSTRIÆ,

PRINCIPI CLEMENTISSIMO,

PATRI PATRIÆ,

TRIUMPHATORI HOSTIUM,

JUSTO, FORTI, TEMPERANTI,

PRUDENTI, BENIGNO, FELICI,

FELICITAS, BENIGNITAS, PRUDENTIA,

TEMPERANTIA, FORTITUDO, JUSTITIA,

PERENNIS!

Digitized by Google

QUantum ſit IMPERATORIÆ MAJEST. *Culmen*; *quantaq;* AUGUSTISSIMI REGIMINIS prudentiſſima *Gubernatio*, & DOMUS AUGUSTISSIMÆ veneranda *Sublimitas*; quanta item & mea, & muneris mei diverſa ſit tenuitas, (*exceptis Privilegiis* à SUMMO *Summis*) dum conſidero & cogito, IMPERATOR OPTVME, MAXVME, DOMINE CLEMENTISSIME, vix eſt, quin animum deſpondeam, & ab hoc, quod eſt, propoſito, omninò abſtineam: Quod ſi verò *Veſtram Regiam* & *Egregiã Literarum, Linguarumq; Cognitionem*, HUMANITATEM AVSTRIACAM, & *Clementiſſimum Amorem* erga Literas, & Literatos, mente revolvo, animus redit, & humillimum me cogit debitum ac obſequium

ſequium

ſequium HUIC AVGVSTISS. FAMILIÆ *cum reliquis* IMPERII *Membris*, benè *ominari, auſpicari,* & *comprecari*!

Ominari ita volunt *Halcyonia, ſpatio ſeptenni* Germanis erepta, ac ab INVICTISSIMO ILLO atq; DIVINO PACIS PRINCIPE *Cælitus, per* IMPERATOREM AUGUSTISS. ET POTENTISSIMUM S. IMPERIO ROMANO-GERMANICO, anno circumacto reſtituta: ô utinam auguratò ſeu auſpicatò *perpetua*!

Non equidem ex alitis volatu, nec ex cantu ſiniſtro oſcinis, nec è tripudiis ſoliſtimis, aut ſomnis auguror; aſt, quia *Annus* & *Menſis* ille *Februus Alemanniæ* extitit *Halcyonius*, adeòq; Auguſtisſimus; quid nî ergo haud ſecus, ac *Menſis Sextilis, Auguſt9* deinceps cognominandus? Idq; omniũ maximè, eò magis, quod, quemadmodum alcedo ſeu halcyon, minuſcula

 avis,

Digitized by Google

avis, tantam gratiam divinitùs indultam habet, ut medio ferè hyemis, ejusdem 14. dies fœtûs & nutritionis navitæ ſerenitatis præſumptæ obſervent, quos & halcyonides ſive alcedonia vocant, quia nullos mot⁹ procelloſæ tempeſtatis horreſcant; parili modo *haud vanus Haruſpex* evaſit, *Proviſu* JEHOVÆ, *Ortu ſuo genitali*, medio ferè Martis, *oriundæ in Imperio tranquillitatis & libertatis otioſæ*, VIVA DOMINI PARENTIS AUGUSTISSIMI IMAGO AVGVSTA *Sol Oriens*,* *Sophies Vindex*: Salutis publicæ gratiâ *creſcat*, *adoleſcat*, & ut *Sydus primæ Magnitudinis inclareſcat*!

Auſpicari ita ſuadet hujus monumenti literarii moles & materies, quod SERENISSIMO HUIC NOMINI, prædicti *Ominis optumi* ergo eô conſecratum. Etſi ullum; quomodo non iſtud, quod ipſo titulo ad AUGUSTISSIMUM HOC NO-

* Joſephus: κατ' ἀναγρ. Sophies V.

MEN

MEN & NUMEN vocat? Sunt enim Dogmata Politica: ad quem juſtius, quàm ad *Politiæ* & *Statûs* noſtri *Teutonici* RECTOREM, illorumq; ὑπαςατικὸν & *paraſtatam* ibunt? Sunt Paradigmata: & cui convenientius dabuntur, quàm *qui Stirpem* & *Gentem Suam* in iis agnoſcet & recognoſcet. AVSTRIACORVM nempe IMPERATORUM imprimis, & AUGUSTARVM IMPERATRICVM paſſim heîc memorabuntur, Qui quæve laborem hunc illuſtrant & inſigniunt, ut *Cælum Phœbus, Phœbe, & Stellæ!*

Et ſicut aliæ quòq; cauſæ, ob quas REGIÆ & CÆSAREÆ VESTRÆ MAJESTATI *Ideam* hanc *Auguſtalem* Jure deberi video, quarum haud minima, *gratioſiſſima Cæſareæ Comitivæ* dudum *indulta* INDULGENTIA, ad talcem Cynoſuræ altiùs & latiùs *gratâ, devotâ*; *mente* celebrata, *cum hîc etiam ingeminan-*

do

do VOTO, quod *reprecari* jubet AVGVSTA-
LIS STATVS, *Oeconomici, Togati,* & *Sagati* proſper-
rimè oborta *Metamorphoſis, (Philippoburgo nuper ad dedi-
tionem feliciſſimè adacto, & Sole, ſoloq; q. Aſphalti, Cæleſti Favo-
re, Beth-hesdam verſus verſo.)* Quæ ſicut IPSA fatalis; ita
NOMEN NEO-AVGVSTAE IMPERA-
TRICIS, & AVGVSTI HÆREDIS MASCULI,
ſit, maneatque *tàm ominoſum*, ut, etſi rariſsimè *Paren-
tum Felicitas* quintum blandè complectatur *ἀπόγονον, ultra
ſextum tamen & innumerabiles gradùs*, S. CÆS. MAJ.
VESTRÆ *Patriæ communis*, & meæ *Ulmenſis Bono*, VE-
STRA *propagetur nunquam claudicans Felicitas*!

SACRATISSIMÆ

CÆSAREÆ MAJEST.

VESTRÆ

demiſſiſſimus

Servus

JACOBUS OTTO, D.

Digitized by Google

Digitized by Google

do
LI
rin
tion
re,E
N
T
fit,
tun
ſexi
VE
ST.
C

Digitized by Google

ISAGOGE
IN
CYNOSURAM
AUGUSTI ET AUGUSTÆ

PRIOR

DE EJUS FORMA
AD
LECTISS. LECTOREM.

QUid *majus* inter homines, quàm *unum præeſſe pluribus*, ab Uno Capite tot *Capita* coërceri, LL. & Juſſa ponere; maria, terras, pacem, bella moderari. Plin. in Paneg. c. 4. pr.

Nimirum majus quiddam eſt, quàm imperiti ſuſpicentur, curſum rectum in ventoſo illo mari tenere, & in ſummâ fortunâ haud abripi Licentiæ ventis! *Quàm multis virtutibus opus eſt*, quibus velut anchoris hæc navis ſuffulciatur. *Quàm varia Prudentia*, quô velut clavo gubernetur? Ergò meritò laudandi ſapientes, *quibus olim præprimis hæc cura, ut ſcitorum ſalutarium face prælucerent Imperanti.* vid. Cic. 2. d. Orat. col. 208.

Ut autem illud in Principatu *beatiſſimum* eſt, *non cogi*; *ita miſerrimum, non ſuaderi.* Plin. Paneg. c. 6. fol. 5.

Igitur Juſtum verè illum Auguſtum, *qui in ſummo faſtigio non magnus magis, quàm bonus audire anhelat*; *& duas res diverſiſſimas, Potentiam atq; Majeſtatem miſcet.* Sen. Epiſt. 14. Tacit. Agric. c. 5.

Sicut Sidera illa ſplendorem habent, at ut uſibus hominum deſerviant; Sic vos dignitatem, at cum munere & onere concatenatam. Atq; ut à Sole in ſubjecto hoc orbe lux ac tenebræ; Ita ab Imperante apud obtemperantes, recta vel prava pleraque. vid. Ariſt. 9. Eth. 12. Sen. 3. d. Ira c. 7 & Ep. 32. & 94. & cap. 15 d. tranq. an. m.

Proin arduo quoque egomet, circa *Trichotomiam* hanc *Principum Virtutum*

poli-

Digitized by Google

politicarum; adeoq; *maximè Architectonicarum*, labore me functum ac defunctum ſcio, neq; contra proſcribentes non ſcribendum ignoro, vel illud Naſutum me haud latet Naſonis:

Ariſtot. I. Eth. Nic. 2.

Vive tibi, quantumq; potes, prælustria vita,
Sævum prælustri fulmen ab axe venit!

Ovid. 3. Triſt.

leg. Præfat. ad I. Lipſii Mon. & Ex. Polit.

Siquidem LIPSIO Conatûs hujus Exemplum Exemplorum, Monitorumq; ſuorum Politicorum eodem ordine, quô in Politicis, contextorum, nobis ſupponentib⁹ inſuper quæ ſupponenda illis præmiſerat & promiſerat, ſingulariè ſuppeditante, variatâ tantum operis Lipſiani diſpoſitione vel forma externa, Libb. Capp. &c. non verò interna, (nî quandoq; *ſcorias ab argento ſeparando*, quod pace Tanti- & cum æquè olim Tanto Viro in hoc argumento dixerim) quoad eandem Γνωμο- καὶ Καισαρολογίαν πολιτικὴν &c. Et ut hæc *ſubſequens Tabella Politicorum Lipſianorum*; Sic Iſte *ſub finem* hujus opuſculi adpoſitus *Typus* Cynoſuræ conſpectum, adeoque rectam utriusque differentiam facillimè exhibet, qui tamen nihilo ſecius, inter complura alia, omne argumentum Politices Lipſianæ, mutatis mutandis & locupletatis locupletandis complectitur & exhaurit.

Dn. Bœclerus in Diſſertat ad Lipſ. Civ. Doctrin.

Conf. huc Tab.

Cœptus autem labor iſte bona âvi, aſt certè lenta, pennas ſuas jam habet, quas tamen vellicavi & carpſi, *in quacunq; materia*, ex alieno Scriptorum, cumprimis profanorum, opere, atque *ex iisdem*, fortè *Lipſianis fontibus* hauſi; ſatius enim duxi, cum multis itidem, ſed eruditis deſipere, quàm ſolum ſapere, aut

Everhard. à Weih. in tr. d. fœd. præfat. n. 186. Plin. in præf. Hiſt Nat.

ex variis prudentiæ Auctoribus optima quæq; congerere, quàm propria induſtria viribus excogitata periculosè proferre;

Quippe *benignum & plenum ingenui pudoris, fateri, per quos profeceris*:

Uti verè Atticus Orator.

Et paulò poſt: *Obnoxii profectò animi, & infelicis ingenii eſt, deprehendi in furto malle, quàm mutuum reddere, cum præſertim ſors fiat ex uſura.*

Sic conſarcinaſti, inquis, hoc Opus ex Scriptis alienis, & conſequenter ea, quæ molitus, non à te, ſed plerumq; à Priſcis?

Nam illorum, puta optimorum, nec ubique obviorum, Dogmata & Paradigmata, filô quodam meorum quôque verborum nexui, diurna, nocturnaq; manu (ſi per torrens Occupationum Forenſium commodè fieri poterat) evolvi & pervolvi, propriaque Minerva, irriſo olim verbo, ferruminavi! Ecce ἀλληλεχίαν cohærentiam, mutuam Compaginem, & ἀλληλενδεσίαν ſtrictiſſimam, forſan ſucciplenam juxta

In Notis ad lib. 3. pol. c. I.

Neq; aranearum ſanè textus ideò melior, quia ex ſe fila gignunt; neq; hic forte vilior, quia ex alienis libamus, ut apes, Lipſio adſtipulante.

Seneca l. de vita beat. c. 3.

Præterea, *non me alligo ad unum aliquem ex allegatis illis proceribus: eſt & mihi cenſendi jus.*

A

Sequer

Digitized by Google

Digitized by Google

Sequor equidem priores: ſed permitto & mihi invenire aliquid, & mutare, & relinquere. Non ſervio illis, ſed aſſentior. Non me cuiquam mancipavi, nullius nomen fero, multum magnorum virorum judicio credo, aliquid & meo vindico. Id. Ep. 80. à pr. Id. ep. 45.

Neq; eſt in verba cujusq; jurandum, nec à quo, ſed quid dicatur, eſtimandum: quæ optima ſunt, ſunt communia. Id. epiſt. 12. Confer. Horat. 1. ep. 1. v. 14.

Rem, non hominem ſpectari oportet. Autor ad Herenniũ lib. 1.

Accuſas brevitatem obſcuram, & obſcuritatem brevem? Me excuſat Laconiſmi Lipſiani mirifica delectatio, & memoriæ, ac judicio maxima, quam adfert utilitas.

Tradi omnia, quæ ars efficit, non poſſunt: nam quis pictor omnia, quæ in rerum natura ſunt, adumbrare didicit? ſed præcepta ſimul imitandi ratione, aſſimilabit, quidquid accepit. Quis enim non faber vaſculum aliquod, quale nunquam viderat, facit? Quintil. 7. Inſtit. c. 12.

Dein; nec omnis prolixitas perſpicua, nec omnis brevitas obſcura; perſæpe enim Commentarii leguntur, uti ampliſſimi, ita obſcuriſſimi.

Μέγα βιβλίον, μέγα κακόν. Callimach. ap. Athenæ. lib. 3.

Magnus liber, magnum malum.

Χωρὶς τὸ, τ' εἰπεῖν, πολλὰ καὶ τὰ καίρια. Sophocl. Oedip. Colon. verſ. 842.

Plato ait: Cretenſes πολύνοιαν μᾶλλον, ἢ πολυλογίαν ἀσκῆσαι: *multa menti magis, quàm multis verbis ſtuduiſſe.* Plut. d. morum profectu.

Et alius: Λόγος ἄλλοις μείζων ἡμῶν δὲ συμφωνότερος: *Chorus forte aliis major eſt; nobis verò concinnior.*

Ergo, quod ſignum conjurantium in necem Caligulæ erat, utiliter ego hîc, *Repetendum.*

Quum gloriantem pictorem Agatarchem, quod citò & facilè pingeret imagines, audiviſſet Xeuxis, dixit: Ego verò longo tempore. Nam εὐχέρεια & acceleratio non addit pondus operi durabile, neque abſolutum decorem: tempus autem ad producendum labori conjunctum, robur addit ad operis conſervationem, &c. Id. in Pericle p. 159.

Unicus me malè habet adhuc SCRUPULUS, quem doctis Doctor noſter ipſemet injecit in Doctrina ſua Civili, quô eadem *alicujus imperfectionis arguitur*, referente Altero Rerum Germanicarum Goldaſto; Cui eximendo præcognoſcendum eſt, Lipſ. 2. Pol. 1. & 2. Herm. Conring. in diſcurſ.

Cauſam Materialem Imperii vel Reip. hoc loco eſſe prætermiſſam.

(de *altero defectu*, ſc. ejusdem Formis inferius ſuo loco.) NB. NB.

Cum ex eo Reum habeamus confeſſum, quando

Vitam Civilem in Societate eſſe, & hanc in duabus rebus, Commercio & Imperio; Illudq; alterius argumenti, nempe moralis aut œconomici.

Ipſe geminata vice determinet, & rectè quidem; nam Ethices propagines ſunt duæ, Oeconomica & Politica. Conf. d. eadmat. divinitatem poëmatis Virgilianum.

Digitized by Google

Quandoquidem verò iſtud argumentum cuivis, etiam Tyroni Politices ſit perſpicuum, *paucu* tamen prædictam percurras *Cauſam Materialem*, utpote quæ conſiſtit *in conſtituendis & impedientibus Incrementorum* Reip. *Cauſis*. Illas adjuvant Juſtæ vicinarum Rerumpubl. vel Imperiorum ruinæ,

> *quibus in ſuam poteſtatem ſubactis, aliorum populorum etiam remotiorum ruina ſequuntur, & ab iisdem imperiis fiunt: Ac proinde & vicini & remotiores populi debent conjunctis viribus emergenti illi potentiæ & futuro terrori maturè ſeſe opponere.*

Iul. Scalig. demonſtratam qua de Ep. Chriſt. Coleri d. Stud. Polit. publ. à G. Naudæ, in Bibliogr. P. p. 125. cũ ſeq.

Liv. Decad. 1. lib. 1.

Nam

> *Florentium Imperiorum ruinis Deus utitur ad alia Imperia, & præſertim magna, in Orbe excitanda; ac proinde hæc ferè non exoriuntur, quin illa priora ruant & evertantur.*

Id. & ibid.

Sic ex Trojanorum Imperio everſo Deus multa alia ædificâſſe; & ruinam Regni Luſitaniæ fuiſſe accretionem Hiſpaniæ, ex hiſtoriarum monumentis quàm notiſſimum eſt.

Hoc pacto quoque *Roma crevit Alba ruinis.* *

* Id. d. l. p. 31. & l. 2. p. 144. Conf. Bernegg. diſp. d. Monarch. §. 30. v. etiam Machiavel. l. 2. c. 39.

II. Conceſſio Libertatis, quippe quod

> *Omnes liberi libentius ſumus, quàm ſervimus.*

Plaut. in captiv. act. 1. Sc. 1.

quia

> *Libertas inæſtimabilis res eſt.*

l. 104. ff. de R. I.

& *nihil humano generi charius, quam liberum eſſe,*

Liv. d. l. 1 hiſt.

eademque *Tyrannis tantum exoſa.*

Polyb lib. 8.

Hinc Belgii olim Seneca inquit:

> *Vides Etruſca ingenia nimis alta, inquieta & excitata, Deus principe coërcet: Helvetiorum ſedata & mitia, libertatem indulget; Venetorum media, medium dat Regimen, ſc. Ariſtocraticum.*

Lipſ. l. 2. d. conſtant. c. 9. Conf. tamen Machiavell. 2. diſp. 2. p. 226. m.

III. Civium diſparitas, nam ita

> *diverſarum & inæqualium rerum commercium & permutatio eſt facilior.*

vid. Liv. l. 1. c. 1. per tot.

IV. Coloniarum deductio, cum certo loco deducuntur homines certo Duce in alium locum: quâ *veteris Romæ vires præ cæteris auctas ex hiſtoriis paſſim liquet.*

vid. Plin. l. 3. c. 3. & 21.

Quando autem *Colonia mittenda*; qua *prudentia*, & *quo deducenda*; *quanto numero* ſimul; *quomodo firmanda*; & *deficiens graviſſimè punienda*; *quis finis* & uſus Coloniarum mittendarum; inq; Coloniis mittendis, *qua juſtitia* adminiſtranda? lege apud Danæum

in Aphor. pol. & mil. ſparſim.

V. *Indulgentia Immunitatum*, qualis Exemptio & Vacatio à muneribus atq; oneribus novellis civibus in extruendis ædibus & vitæ genere recte exercendo concedi ſolet.

VI. Concordia inter Cives, quâ ſecundùm illud decantatum Reip. Batavorum Symbol. *Res magnæ creſcunt, diſcordia magnæ dilabuntur.*

Micipſa ap. Salluſt. in Iugurth.

VII. Fœ-

Digitized by Google

VII. Fœdus & Pactum vel confraternitatis, quale
Laudatiſſ. Domus AUSTIACA *cum* HISPANICA:
Vel Pactum Connubiale & Dotale, cujus Illuſtre Exemplum iterum præbet. Schönb. 2. Pol. 13. & 2. Pol. 16. per tot.
Prælaud. FAMILIA AUSTRIACA:
Vel aliud quodcunque.

VIII. *Invitatio* Subditorum *ad ædificia* ſibi *condenda* in omnibus Reip. locis, & partibus; ædificandiq; materiam Magiſtratus illis ſubminiſtret.

IX. Perpetuum armorum exercitium;
Nemo enim *facere metuit, quod ſe didiciſſe confidit.* Veget. l. 1. c. 1. de re milit.

X. *Præeminentia finium* naturâ munitorũ & ad negotiationes aptorum.

XI. *Cura arcium, propugnaculorum,* aliorumq; munimentorum.

XII. Expugnatio, qua hoſtes oppugnati ſe dedunt, vel expugnati & debellati vincuntur, ſc. *ſi bellum ſit juſtum.*

XIII. *Acquiſitio opum & virium partim* per commercia aut negotiationes varias, *partim* etiam per alios acquirendi modos legitimos, de quibus aliâs commodius. *

Cauſæ incrementorum impedientes:

1. Laxa diſciplina, de qua J. pluribus & heîc haud perperam Dux ad Prudentiam:
in qua civitate rarò homines puniuntur, in ea conſenſus fit innocentiæ, & indulgetur velut publico bono. Patet ſe innocentem eſſe Civitas: erit. Magis iraſcitur à communi frugalitate deſciſcentibus, ſi paucos eos eſſe viderit. Periculoſum eſt, mihi crede, oſtendere Civitati, quanto plures mali ſint. Senec. l. de Clement. c. 23

2. Plura habendi cupido; quâ auri ſacra fame
nullum vitium tetrius; præſertim in principibus & Rempubl. gubernantibus; habere enim quæſtui Remp. non modo turpe eſt, ſed ſceleratum & nefarium. Cic. 2. off. p. 308. conf. Nov. 8. in præf. circ. fin.
Utinam, inquit C. *Pontius Samnis, ad illa tempora Fortuna me reſervaſſet, & tunc eſſem natus, quando Romani dona accipere cœpiſſent, non eſſem paſſus diutius eos imperare.* Cic. 2. Off. p. 307.
Nam *aliâs & ſingulorum facultates & copiæ, divitiæ ſunt Civitatis.* Cic. 3. Off. p. 392. conf. Sen. epiſt. 14. & 2. 21. 20. & 17.

3. Morum pravitas: quia
Mores mali quaſi herba irrigua ſucreverunt uberrimè: Neq; quiddam hic vile nunc eſt, niſi mores mali: Eorum licet jam meſſem metere maximam. Plaut. Trin.
Heu *quàm multa injuſta ac prava fiunt moribus ſc. malis.* Ter. Heaut.

4. Luxus: cum
Victus frugalitas ac *temperantia publica Remp. à multis malis ac vitiis liberet.* Polyb. lib. 6.
Atq; *Voluptarium vitæ genus publicè, vel privatim ſuſceptum, emollit viros, etiam eos, qui prius ſtrenui, hoſtibus formidoloſi, ac militares fuerint.* Herod. hiſt. l. 1.

Eſtq;

* Quomodo unà cum gravaminibus ſubditorum; & dein ſine illis Imperii Status ſe gravibus expenſis liberare, ſuoſq; cenſus & reditus 3. viis poſſit meliorem in locum adducere. Leg. Conſilium Germanic. Obrechti, & D. Kratzii latinè verſum.

v. Diodor. l. 2. Eſtq; *famoſus cum luxus Neronis, tum Sardanapali.*

Subſequuntur recto tramite *Incrementa in ſpecie*, ubi & Rerump. vel Imperiorum partes deprehenduntur, adeoq; in hac vita Civili Commercium habemus, vel *Incrementum eſt in Societate paucorum*, & quidem CONJUNCTIONE I. MARITALI, (Arist. I. pol. 5.) (quam Sophus noſter vocat Societatem Nuptialem) & *Corporum & animorum legitimè conſentientium*, qui declarantur per verba, geſtus, nutus, aliaq; ſigna. Inquam, Maritali; hîc enim ſunt partes materiales ſeu ſubjecta *Mas & Fœmina*, unde illud Philoſophi: (Id. 1. Eth. 7.)

ἄνθρωπον τῇ φύσει ζῶον πολιτικὸν εἶναι.

(Id. d. Rep. c. 2. conf. Sen. l. d. Clem. c. 3. Ariſt. 1. pol. 2.) eſtq; homo φιλάλληλον, *animal ſociabile, & ad mutui contractus commercium proſeminatum. Natura* ergò *homo* πειθῶς *eſt conditus ad Societatem colendam.* Per accidens verò alii ſunt Μισάνθρωποι & Solitarii.

(Cic. de amic. Col. 576. A.) *Natura* enim *nihil ſolitarium amat.*

(Senec. epiſt. 6.) *Neq; ullius boni ſine Socio jucunda poſſeſſio eſt.*

Hanc Conjunctionem dixi eſſe legitimam, ſi ſecundum Leges, Ritus & Conſuetudines tam ratione antecedentium, quàm conſequentium conſtituta eſt. Etſi enim Conjugia Fato ſeu Ordinatione divina fiant, quod oſtendit *Hiſtoria Moſis, Iſaaci, Tobiæ, Samſonis*; (Exod. 2, 16. Gen. 24, 30. Tob. 3, 19. 20. Iud. 14, 4.) Prudentia tamen hominis non excluditur, quæ ſubminiſtrat *Antecedentia*, hujus Societatis conjugalis, conſiſtentia in *Electione futuræ Uxoris, Sponſalibus & Arrhis Sponſalitiis.* Illius *requiſita* faciunt

(Ovid. ep. Dejan.) *Generis*: Quam *malè inæquales veniunt ad aratra juvenci*
Tam premitur magno conjuge nupta minor!

(Auſon. in Sapient.) *Par pari jungatur Conjux, quicquid impar diſſidet.*
dicebat Solon.

(Plut. περ. Παιδ. αγ.) Præceptum vetus, plenum Sapientiæ
Duc parem.

Huc quoque accommodari poteſt
LEX DIVINA. (Deut. 22, 10. Syr. 13, 23.)

Forma; quia
(vid. Suet. Tit. c. 4. n. 3. Vell. Paterc. l. 2. c. 69. conf. Gell 5. c. 11.) *Deformitas corporis cum turpitudine certat ingenii*:
Iſto bono utere, dum adſit, cum abſit, ne requiras:
Ut de viribus corporis loquitur
(ap. Cic. d. Sen. col. 547. A.) Cato.

Ætatis: Germani Veteres
(Tacit. d. morib. Germ. c. 20. p. 616.) *Seram Juvenum Venerem volebant.*

Sed hodie non ita ſunt vivaces, ut olim homines, proindeque citius coeunt.

(pr. Tit. I. de Nupt.) Juſtinianus Imperator *quoad virorum æt.* 14.
quoad fœminar. æt. 12. præſcr.

Verùm

Verûm *nuptiæ eo anno contractæ, aut feſtinatæ & præmaturæ, & ϛόδϛα τάχιϛα contractæ*, nihilominus taxantur ab eodem Imperatore. Nov. 100. c. 2. pr.

Non omne, quod licet, honeſtum eſt. l. 42. de R. N.

Expectanda quin potius ætas idonea; quam l. 14. §. 2. eod.

ἤτε τῶν σωμάτων ἰσχύα, καὶ ἡ τῶν ψυχῶν ἐπιλαδειότης.

Commendet ut Mæcenas loquitur apud Dion. l. 52. p. 546.

Q. An igitur inter perſonas ætate perfectas, concedenda Matrimonia? Sunt *Exemplo Davidis*: Deinde fines conjugii ſunt plures. 1. Sobolis procreatio. 2. Evitatio ſcortationis. 3 Adjutorium mutuum, pietatis, ſocietatis & jucunditatis: hi duo poſteriores ſunt *fines matrimonii interni*, qui conjuges eos ſemper conſequuntur, aut certè poſſunt conſequi. Sed primus *externus* & in eventu poſitus eſt, idcirco conjuges non ſemper eum conſequi poſſunt, & tamen matrimonium eſt; Et ſi illa propoſitio vera eſſet, quod, ubicunq; ceſſat ſobolis procreatio, ibi tamen nullum ſit matrimonium, multa falſa & abſurda ex ea ſequerentur. Tum *Experientia* docet ex matrimonio Juvenculæ & Viri ſenis ſobolem multoties prodiiſſe.* 3. Reg. 1. v. 3. 4. * Gen. 17, 17. & 18, 11. Pſ. 128 v. 4. & 113. v. ult. add. Alber. Gentil. 5. d. Nupt. 3. Suet. Cæſ. l. 52. n. 5. a. & c. 42. n. 1. b.

Morum: heic rectius ſentiunt cum Plauto:

Dummodo rectè veniat, dotata eſt ſatis. in Aulul. act. 2. Sc. 2.

quare idem, *ea ducenda, in qua pudicitia, & pudor, & ſedatus cupido, Deûm metus, Parentum amor, & Cognatorum concordia, quæ marito morigera ſit.*

Sed, qui noſcentur pudicitiâ & pudore politæ ac comtæ? adi Prudentiæ Alumnum. add. Cic. q. ep. 14. col. 146, & l. 3. de fin. bonor. col. 120.

Curæ Familiaris peritæ: Uxor enim marito debet officium, omneq; adjutorium, non conſumtorium: Ein Ernehrerin/ nicht Verzehrerin/ ein Erringerin/ nicht Verſchwinderin. Senec. Ep. 52. adde Stobæ. Serm. 8. vid. Gen. 2, 18.

Habenda eſt ratio rei familiaris, *quam delabi ſinere, flagitioſum eſt.* l. 48. d. op. lib. Cic. 2. Off. p. 291.

Conſervatur diligentia & parſimonia, iisdem etiam rebus augetur itidem. Id. 1. Off p. 135.

Levamen tamen habeat Maritus onerum, ut Dote data compenſentur conjugii moleſtiæ. l. 7. pr. ff & l. 20. C. d. D. Iur. dot.

Cujus æqualitas perpendenda, nam

In ſervitutem datur pauper mulier, ad ditem Virum. Ter. Phorm. act. 4 Sc. 3.

Intolerabilius nihil eſt, quàm fœmina dives. Iuven. Satyr. 6.

Præterea Cato vitavit *Uxorem divitem*; Plut. in Cat. Cenſ.

Neque tamen ſequitur, quod ſi ducatis *indotatam*, ſis quoque habiturus eam *Obſequentiorem*. Hieron. ad Caton.

Præterea *haud dubiè Matrimonii nunc onera*, multò quàm ævo ſuperiori *Majora*; quæ non facilè ſuſtinere queas, ſi vel nullam, vel poëticam aliquam dotem accipias. Bernegg. diſp. 4. Tac. 7. & in Cent. 2. diſp. 7. q. 1.

De *Sponſalibus*, quæ ſunt vel de præſenti, vel de futuro; vel pura vel conditionata; vel clandeſtina vel publica: Itemq; de *Arrhis Sponſalitiis*, quæ, ſi

ſtatum

Digitized by Google

ſtatum ac conditionem Sponſorum ac Sponſarum non excedunt, legitimæ dicuntur. Itemque porrò *quoad Conſequentia Matrimonii*, *Nuptias* ſc. legitimas & illegitimas &c. haud quilibet privatus ſibi ipſi, (aliud de PP. & Viris Illuſtrib. Judic.) ſed omninò JCtos conſulere debet.

Inter Concomitantia haud immeritò referenda,

Officia Conjugum, quæ vel ***Communia***, ſuntque ***Numinis Divini*** ſedula ***Invocatio***: utpote Fundatoris & Propagatoris Conjugii. ***Præſtatio debiti naturalis***, quod ipſum expreſsè Vas illud Electum exigit.

1. Cor. 7. v. 4.

Contra

Anon Ægyptius prima nuptiarum nocte Sponſa longo tempore ſuaſit, ut perpetuo caſtitatis voto ſororis potius pietatem, quam conjugalem conſuetudinem præſtaret.

Nicephor. l. 8. c. 41. Tripart. Hiſt. l. 1. c. 11.

Idem feciſſe memoratur ***Pelagius***, qui poſtea Laodicenſis Epiſcopus fuit.

Id Nicephor. l. 11. c. 21.

Mutuum, in omni vita & quacunque fortuna, ***Adjutorium***, uti modò ſupra poſ.

Obſervantia ***Fidei Conjugalis*** religioſa: hinc definitur etiam per ***individuam Vitæ Conſuetudinem***, ſive ***conſortium omnis vitæ, divini & humani Juris communicationem***. *

*Pr. l. de P. P. l. 3. ff. de his qui &c. l. 1. ff. de R. N. & arg. l. 4. C. de crim. expil. hær. l. 6. l. 21. ff. d. alim. & cib. leg.

Vel ***propria Conjugum Officia***,

ſuntque Mariti, ***Alimentorum*** ſubminiſtratio, ***quæ vel nutritioni, vel corporis cultui inſerviunt***.

Defenſio Uxoris: nam ***uxores defendi à viris, non viros ab uxoribus, æquum eſt***.

§. 2. I. d injur. l. 2. ff. eod.

Regiminis domeſtici Adminiſtratio;

Natura vir aptior ad principatum, quàm fœmina.

Dedecus extremum viro, parère mulieri.

Niſi maritus forte ita comparatus ſit, ut à natura deſciverit.

Aſt moderati: Saltem ex ***L. Romuli vitæ ac necis poteſtatem in uxores habuerunt mariti***.

Quod ipſum ab humanitate alienum eſſe ſuadet & perſuadet ***Jus Div.***

Uxorq; eſt pars corporis mariti.

Conf. Arniſ. l. 1. Pol. 3.

Ariſt. 1. Pol. 3. & 8. Eſtr. 4. 22. Stobæ. Serm. 72. v. 3. Ariſt. 1. Pol. 12. Bodin. l. 1. d. Rep. 3. conf. Cæſ. 6. de B. Gall. p. 136. Coloſſ. 3. v. 19. Syr. 4. v. pen.

Uxoris autem ***officia propria*** ſunt:

Exhibitio ***Honoris & Obedientiæ*** ex præſcripto S. Apoſtoli: (*a*) nam

(*a*) Gen. 3. 16. 1. Cor. 7. 3. & 11. v. 3. Epheſ. 5. v. 22. & 24.

c. admonere 33. q. 2.

Imperium debetur potiori, deteriori autem obſequium. Sed maſculus eſt præſtantior fœmina.

Stobæ. in frag. Ariſt. l. Pol. 3.

Uxor ſi naturaliter ſervetur ordo, nunquam imperare marito, ſed ſemper parère debet.

Plin. l. 8. p. 3.

Siquidem exiſtimare debet, ***mores mariti eſſe legem vitæ ſuæ impoſitam à Deo, quam ſequatur.***

Ariſtot. 1. Oecon. 6.

Natura

Natura non dedit imperium fœminis; laudem merentur, cùm ſe maritis ſubmittunt, imperium affectantes plura, cujus decorum agunt, quàm ipſi viri, qui Dominium hoc ſuſtinent.

Plut. in Conjug præcept.

Magnatibus & populi Rectoribus, aliisq; omnibus viris injungit Syracides, *ne mulieri dent poteſtatem regnandi ſuper ſe.*

Syr. 23. 19. 20. & 2. 25. v. 30.

Si exæquari viris patimini (mulieres) *tolerabiliores vobis eas fore creditis? Exemplo ſimul pares eſſe cœperint, ſuperiores erunt.*

Liv. l. 34. c. 3.

Si manus capitis officium faciat, & caput manûs, debilitari totum corpus neceſſe eſt; Sic, ſi mulier faciat, quæ viri ſunt, & hic, quæ illius, neceſſe eſt conſequi Reip. exitium.

Goclen. q. 181. p. 152.

Singularis Cura Sobolis ſive nondum editæ, ſive in lucem editæ, & imprimis lactatio;

Ex iis enim *optime nutrimur, ex quibus ſumus;*

Ergo liberi, *qui ex matris ſubſtantia ſunt, matris etiam lacte optimè nutrientur.*

Ariſt. 2. d. Gen. 8. Id. 7. Pol. 7.

Mariti *defuncti memoria grata*: at

beatum deflere, invidia eſt, nullum dementis.

Sed *mortuum maritum uxor per totum annum lugere neceſſe habebat, non tantum ut conſuleretur honeſtati publicæ, ſanguinisq; turbatio vitaretur, ſed etiam propter reverentiam mariti*: Unde eſt, ut quidam mariti lugendi non ſint, tanquam indigni. *

Sen. in Conſol. ad Polyb. c. 17. in fin.

Bernegg. diſp. 4. Tac. q. 11.

* l. 11. §. non ſolent. ff. d. his qui not. inf. v. Arnis. d. Jur. connub. c. 5. ſect. 4. Cypræ. d. Sponſal. c. 13. Pſ. 88. & ſeqq. add. Bern. Suet. Cæſ. c. 43. n. 3. a.

Hoc modo, ſc. morte, legitimè diſſolvitur matrimonium, quemadmodum etiam Repudio, & cauſis divortii duabus principalibus, adulterio & malitioſa deſertione; de quibus iterum plura apud JCtos, &c.

Conſul. Carpz. Ipſ Conſiſt. l. 2. tit 10, per tot.

Eſt ergo *prima Societas* in ipſo Conjugio, *proxima* in Liberis, *deinde* una domus:

Cic. 1. offic. p. 94. & 69.

Iſta vocatur *Patria*, Τεκνοποιητική:

Ariſt. 1. Pol. 3.

Ecce hæreditas domini filii, merces, fructus ventris.

Pſ. 127. v. 3.

Subjectum ſunt Naturales & Legitimi ſimul *Parentes* & *Liberi.*

Naturale iſtud *Vinculum*, quô Parentes cum Liberis in hâc Societate conſtringuntur, conflatum ex φιλοστοργίᾳ & Jure patrio vel poteſtate patria, qua parentes jure naturæ in liberos imperium habent.

Igitur *Imperium hominis ſuper hominem naturale?*

Ita ille vetuſtiſſimus: Ratio

Rationis, *quum natura convenit, & natura ita obſervatur, ut in omnibus, quæ plura ſunt, appareat quid, quod imperet, & quid, quod pareat.*

Ariſt. 1. Pol. 5. & 1. Pol. 2. p. (m.) 329. Id. d. c. 5.

Nec prædicta evertit mos ille antiquus, *de vita, necisq; in Liberos*, nec non *per venundandi poteſtate*; nam

non niſi ſummâ neceſſitate hæc erat indulta, & hactenus oppignerationis potius, quàm venditionis jure cenſetur.

l. 2. c. d. patrib. qui filios diſt. l. 1. & 37c. de liber. cauſ. l. ult. ff. quæ res pign. Paul. 5. Sent. t. 1. §. 1.

Digitized by Google

l.6.d.contrah. emt. l. 103. d. V O. l.1. §. ſi id quod. de O & A. Atque hic mos vetuſtate obliteratus eſt meritò; *non enim permittendum ita agi cum liberis, non ſecus ac cum merce, præſertim cum Liberi hominis nulla poſſit eſſe æſtimatio.*

Halicarnaſſ. lib. 2. c. 4. l. 10. d. lud. Et *licet Vett. Romani ius vitæ ac necis parentibus in liberos conceſſerint, id tamen non ideò conceſſerunt, ut eò abuterentur, ſed tantùm, ut metu ejus deterriti liberi, & eò melius in officio continerentur.*

l.5.ad L.Pomp. d. parricid. Cum autem *omnis vindicla privata prohibita ſit; neq; in atrocitate, ſed pietate patria poteſtatis jus conſiſtere debeat & filium qui interficit, latronis magis, quam patris jure utatur.*

l.ult.C.de PP. v. proverb.19. 18.Ephef.6.4. Coloff.3.21. Ideo quoque conſuetudo illa obſolevit, & hodie planè ſublata eſt, Nam, *ſi quid gravius deliquerit filius, Pater eum poterit caſtigandum offerre judici:* Caſtigatio verò & coërcitio libera patri permiſſa eſt, dum in ſævitiam intolerabilem non abeat.

Ariſt.1. Pol.8. *In liberos patris imperium regere eſt; nam qui procreavit, & amicitiæ & ætatis jure imperium obtinet.*

Eatenus igitur Parentes reſpicit liberorum corpus; imò etiam libertatem agendi; quam non quidem habent liberi, quouſq; ſub poteſtate parentum ſunt, ſed ex præſcripto horum vivant neceſſe eſt. Eademq; reſpicit operas certas, ſive ſint literariæ, ſive militares, ſive mechanicæ, ſive ruſticæ, ſive alio nomine veniant: & has ad eorum nutum, ac voluntatem liberi exequi debent.

Et deniq; reſpicit bona acquiſita; quamvis indulgentia parentum liberis aliquod peculium conceſſerit, cum ejuſdem tamen diſtinctione notiſſ., de qua rurſus conſul: Jura & JCti noſtri.

Et iſthæc Politica parentum poteſtas ſolvitur Morte vel Emancipatione liberorum per nuptias.

Ex illâ præterea primâ στοργῇ reſultant tam officia parentum, quàm liberorum: Illa conſiſtunt non tantùm in

l.3. d. al. Lib. & per l.4. C. eod.v.1. Tim. 15,12. pia & honeſta *Generatione*; ſed & in *alimentorum* præſtatione, pro modo tamen facultatum, cùm *commune hoc parentum ſit votum, ut liberis omnia parent.* *

* l. pen. §. Sed nunquid. c. cum Apoſtolus 6. X. d. Cenſib. c. Si quis dereliquerit 14. diſt. 30.

Dithmars. Pol. p. 128. Et in *educatione*; nam

Ariſt. 10. Eth.9. *ut ager, ſi non colatur, non ſolùm infructuoſus manet, verùm etiam multa ſylveſtria producit; ita adoleſcens rationis capax, niſi præceptis certis & honeſtis exerceatur, non tantùm evadit malus, ſed etiam ad multa & enormia vitia deflectitur.*

Hor. 1. ep. 2. *Quod nova teſta capit, inveterata ſapit.*

Virg. 2 Georg. v. 272. Adeò *a teneris aſſueſcere multum eſt.*

Quæ verò ſecundùm ætatis gradus variat:

In

Digitized by Google

In infantia liberi à Parentibus bene nutriendi ſunt, eorumq; lingua, & externa membrorum diſpoſitio rectè formanda eſt: nec illa quæſtio hîc ſubticenda.

> *Omnes ſervos admonebo menſæ meæ? non magis, quàm omnes liberos. Erras, ſi exiſtimas, me quosdam quaſi ſordidioris operæ rejecturum, utputa illum mulionem, & illum bubulcum. Non miniſteriis illos æſtimabo, ſed moribus, ſibi quiſq; dat mores, miniſteria caſus aſſignat.*

[Sen. epiſt. 47 v. ibid. plura.]

Nam *maxima debetur puero reverentia, ſi quid*
Turpe paras, nec tu pueri contempſeris annos.

[Iuven. Sat. 14.]

Neque tamen *Priſci Germani hanc ætatem ab omni omninò ſpectaculo abſtraxerunt, ſed ab iis tantùm, quorum illecebris pudicitia corrumpi ſolet, cujusmodi ludos, vitiorum irritamenta dixêre, quibus nec pudicitia, ſeu modeſtia, nec quicquam probi moris reſervatur.*

[Tac. 14. Ann. 15. & 20.]

Interim *haud improbantur ludi, qui voluptate conceſſa conſtant & lætitia magis quàm Laſcivia dantur.*

[Id. d. l. c. 21. & 1. Ann. p. 32.]

In pueritia honeſtis artibus atque literis imbuendi ſunt: atq; hæc communis & publicæ Juventutis inſtitutio

Lacedæmoniis nec non Athenienſibus, Perſis, Romanis, omniq; ferè populo ſapienter civitatem adminiſtrantis etiam perplacuit.

[Ariſt. 8. Pol. 1. & Suet. Tib. c. 3. n. 4. c.]

Accedit, quod *in quibus eadem ſtudia ſunt, eædem voluntates, in his fit, ut æq; quiſq; altero delectetur, ac ſe ipſo.*

[Cic. off. p. 95. & conf. Sen. d. Tranq. an. c. ult.]

In Adoleſcentia tandem à vitiis Juvenilibus retrahendi, eorumq; ſtudiis, & vitæ certa meta præfigenda eſt;

> *Videas multos, qui quaſi perruptis & disjectis nequitiæ, quâ obſidebatur eorum adoleſcentia, clauſtris, viri magni evaſerunt: exemplo ſint Scipio Africanus, Valerius Flaccus, Q. Fabius Maximus, C. Catulus, L. Sylla, Themiſtocles, alii. Neminem igitur terreat in animis adoleſcentum, tanquam agrô felici, ſubnaſcens aliquod petulantiæ lolium. Nam ferociſſimi pulli, ubi rectè docti & informati fuerint, generoſiſſimi equi evadunt, quod de ſe Themiſtocles jactavit.*

[Plut. in Themiſt. Berneg. Suet. Cæſ. c. 27. n. 3. 6.]

Et licet *piis ac probis* parentibus *promiſſi ſint liberi utiles, probi ac frugi*; nihilominus tamen ſicut omnia bona, ita etiam liberi, promittuntur hominibus, ſed cum exceptione crucis; quòd bonumq; liberi operentur, eſt à Deo, omnis boni Fonte, ſed malum, quòd degenerent, eſt à Diabolo, malitiæ omnis ductore, ſic Dantes Poëta Italus:

Non velut in ramos ex ipſo ſtipite ſuccus
Influit, in gnatos ſic ortâ parentibus ipſis
Deſcendit virtus, ——

[Pſ. 127. & 128. Conf. Cæſ. Sphær. lun. part. p. 29. 1. p. 49. Duhmar. Eth. p. 292. itemq; Val. Max. l. 3. c. 5. per tot. Cic. 2. offic. p. 267. & 1. offic. p. 167.]

Optandum eſſet, ut omnes patres unum illud ab Ænea diſcerent, qui filium Aſcanium ita alloquitur:

Diſce puer virtutem ex me, verumq; laborem,
Fortunam ex aliis, ——

[Virg. 12. Æn.]

Digitized by Google

32. q. 4. c. recurrat. Ariſt. 2. Rhet. 30. Ariſt. 1. Pol. 18 NB.

Sic Loth, Job, Tobias, David ſuos liberos inſtituerunt, ſed quàm rarò votis eventus reſpondeat, vid. loca 5. & margini hîc adjecta.

SUMMUS PRINCEPS IN COMPENDIO P. XX.

Quod ſi *Deus* Omnipotens *Principem prole maſculina fecundaverit*, maximè ei ad bonam ejus educationem attendendum erit. Imprimis ergo liberos ſuos in *pietate erga Deum, timore Domini*, *bonis moribus* à primis incunabulis educari faciat: cùm parùm ætate creverint, & infantiæ annis exceſſerint, tradat *Eos viro bono, bonæ conſcientiæ, docto*, & in *politicis verſato*, qui eos virtutibus Principe dignis inſtruere, eis deniq; ſuo tempore *præcepta politica & ad gubernationem Reip. accommodata* tradere poſſit. Inſuper curet, *eos artibus liberalibus ſedulò inſtrui*, quibus prudentiam ad regendam Remp. neceſſariam adquirant. Cùm ad *maturiorem ætatem* pervenerint, adhibebit primogenitum præcipuè ex illis *ad negotia*, atq; in illis diligenter exercebit, *tùm ad Conſilia* illum adſumendo, *tùm Conſiliarios* ad hunc mittendo, qui de rebus ad ſtatum Reip. pertinentibus cum illo diſcurrant, *tùm aliis modis*, qui illi accommodatiores videbuntur, ut ſic fundamenta Reip. gubernandæ addiſcere poſſit. Cumq; jam ſufficientem cognitionem negotiorum habuerit, bonum erit, ſi ipſum quoq; *pro confidenti primo Conſiliario habeat*, atq; *omnia negotia*, ſi ita ei videbitur, *cum illo conferat*. A quo enim meliora & fideliora conſilia expetere poterit, quàm à proprio filio? Inſuper ubi alicui *ſubditorum* ſuorum *gratiarum* aliquam exhibere conſtituerit, Princeps faciat illud ſæpè *ad interceſſionem Filii*: his obſervatis efficiet, ut Filius ſuus à ſubditis ametur, ab omnibus magni fiat, & ſuo tempore Reip. præeſſe poſſit!

Gell. 2. c. 7. N. A.

Ultimum in *Elocatione* & *Dotatione*, conſiſtit

Parentum Officium: *Patri parendum, ſi uxorem ducere imperet, non tamen, ſi ducere imperet infamem, præpudioſam, criminoſam.*

Alber. Gentil. l. 4. d. nupt. c. 32. inf.

Quod ſi igitur non ſit juſta cauſa diſſentiendi à Patre, Liberis nec ſit licentia, fugere omne conjugium.

l. 11. l. 13. d. Sponſ. l. 21. d. R. N. & al. pl. Quinct. declam. 257. Sen. l. d. Tranquil. c. 6.

Liberrimus autem conſenſus Liberorum eſſe debet:

Nunquam libertas tàm neceſſaria, quàm in matrimonio eſt. Nam qui amare poteſt animo alieno?

Et *malè reſpondent ingenia coacta: atq; reluctante naturâ irritus labor eſt.*

Officia Liberorum ſunt: Parentes debitâ *Reverentia* & *Obſequio* venerari, *etiam duros, intractabiles, ebrios, ſcortatores, adulteros, blaſphemos & impios, qui tamen nihilominus ſunt parentes.*

Nov. 12. c. 2.

ET LEX GENERALIS EST:

vid. Gell. N. A. l. 2. c. 7.

Aliquando tamen rectè non paretur Parentibus; ut ſi Filio mandet Parens, ut ſibi febricitanti vinum porrigat, filius obtemperare non cogitur.

Conf. Matth. 10. 37. 1. Reg.

Itemq;, ſi præcipiant aliquid LL. Div. & Naturalibus non conſentientibus;

Digitized by Google

buſ; tunc enim obtinet illud S. Viri Auguſtini: *Amandus eſt Generator, ſed præponendus Creator!* 20, 28. & ſeqq. 2. Par. 22, 3.

Aliàs ille haud malè, qui dixit: *Vix ullum caſum exiſtere poſſe, quo liberis adverſus parentes concedi queat, ut illis reſiſtere, & vim vi repellere poſſint; ſed potius eſſe, ut fugâ ſibi conſulant, aut, ſi non poſſint, omninò eadem ſibi inferri patiantur, vindictam Deo committentes. Syr. 3. v. 9.* Obrecht in tr. d. neceſſ. defenſ. c. 6.

Alterum eſt in debita ἀντιπελαργίᾳ. *Ciconiam*, refert Philoſophus, *à liberis ali.* Arist. 8. Animal. 3. & l. 9. c. 13.

Alius *de gliribus* memorat, *quod parentibus ſenio confectis proſpiciant de victu.* Franzius in hiſt. anim. p. 314.

Fili, ſuſcipe ſenectam patris tui. Syr. 3, 14.

Diſcant mutuam vicem reddere parentibus. 1. Tim. 5. 4.

Θρεπτήρια *ſive neceſſaria vitæ præſidia iis debentur, ſi ejus facultatis ſint liberi.* Cic. 1. off. p. 97.

Homer. in Iliad. ſcribit: *Quendam brevis vitæ fuiſſe, quod parentibus alimenta denegâſſet. Exemplum ingratitudinis horrendum. Vid.* Arist 9. Eth. 2. v. l. 1. & 2. C. d. al. lib. ap. Dithmarſ. pol. p. 142.

Contrà, *illuſtre pietatis filii in patrem Exemplum eſt ap.* Dion. lib. 46. p. 535. & Liv. l. 2. c. 40. l. 6. c. 4.

Et *aliud* refert Val. Max. de quadam, quæ patrem ſuum Cimona cuſtodiæ traditum jam ultimæ Senectutis, velut infantem pectori ſuo admotum aluit.

Et de *Cimone* ſcribit, *quod patri ſuo ſepulturam voluntariis vinculis emere non dubitaverit.*

Dein, de liberis notetur, quod *ſequantur familiam paternam, exceptis aliquibus caſibus: Filiæ verò tamdiu* eâdem gaudent, quamdiu non in alienam aſſumtæ mariti conditionem ſequuntur. Secus olim l. 19. d. ſt. hom. & Cuſac. ad l. 29. C. d. decur. l. fin. C. d. dign. l. 195. d. V. S.

Lycii, à matribus familiæ nomen ducentes, non à patribus. Herod. l. 1. c. 173. Suet. Cæſ. c. 52. l. 2. 6.

Succedit *Societas Herilis*, velut infima ſocietatis ſpecies; inter herum autem & ſervum non poteſt eſſe amicitia par ſive æqualis, ſed impar & inæqualis, quam Logici vocant relationem Diſquiparentiæ. Eſt ergo amicitia non niſi communiter ita dicta.

Subjectum & *Dominus* & *Servus*.

Ille vel *naturâ* talis, qui *mentis agitatione ſeu ſagacitate providere poteſt id, quod alter corporis labore perficere debet.* Arist. 1. pol. 2.

Vel lege talis, qui imperat contra naturam huic, qui vel in bello victus & captus, vel emptionis titulo acquiſitus eſt.

Hic ſimiliter vel *legalis*, quod ſit *homo contra naturam arbitrio & poteſtati alterius ſubjectus.* Id. ibi. c. 6.

Vel *naturalis*, quod ſit *inſtrumentum ſui Domini animatum, ratione præditum, aptum ad aliquid agendum, naturâ quidem in ejus poteſtate exiſtens; ſed tamen ab eodem ſeparetur.* Id. c. 4.

Digitized by Google

De quo potiſſimùm hôc locô agitur.

Busbeq. ep. 3.

Libertatem autem *omnes ferre non poſſunt: non enim omnes ita nati ſunt, ut ſe regere & ſuo arbitrio rectè uti ſciant: melioris ductu atque imperio, tanquam adminiculo, opus habent, nullum alioqum peccandi finem facturi; ut ſunt quædam beſtiæ, quarum ferocitas ſemper metuenda eſt, niſi vinculis aut robore coërceantur.*

Ariſt. 1. pol. 10. 5. pol. 10. & 7. pol. 14.

Hinc magnus ille Philoſophus appellat

Aſiaticos bonos ſervos, & *liberos malos.*

Eſt etiam diſtinguendum inter *ſervitutem* eam, quæ propriè talis eſt, & contingit in bello, aut per venditionem ſui, vel propter delictum aliquod: & inter *ſervitutem* eam, *quæ impropriè talis* eſt, & dicitur ſervitus ſaltem propter cognationem, quam cum illa priore habet: *prior* eſt contra naturam: *poſterior* verò ſecundùm naturam. Sic Ruſſi, Turcæ, Tartari, & alii Aſiatici populi, qui, quod nullius ſunt animi, ad ſervitutem ferendam ſunt accommodati.

Vid. Ariſt. 1. pol. 2.

Vinculum legitimum, copulandi Dominum & Servum, conſtat ex naturali imperandi & parendi jure ac poteſtate.

Quod naturale imperandi jus præſcribit *Domino* hæc *officia*, ut ſervum probum & fidelem humaniter tractet; & in peccantem juſtè animadvertat, & ei victum ſufficientem ſuppeditet; & ad inhoneſta ſervitia expedienda non cogat: &c.

Sen. l. 3. d. Ira. c. 32. & 1. de Clem. c. 18.

Servus ad uſum, non ad crucem datur, crudelis eſt, qui vulnerat, immanis & atrox eſt, qui occidit ſervum.

Sapienter iterum Sophus noſter:

Ariſt. 1. pol. 3.

Dominus ſervos neque ſuperbos eſſe ſinat, neque abjectos eſſe patiatur: Tria ſervo ſunt neceſſaria: opus, cibus, caſtigatio. Opus verò & caſtigatio ſine cibo, violenta res eſt.

Contrà naturale parendi Jus *Servo* dictitat hæc *Officia*: ut Dominum *amet*: Amicitia autem ſumitur vel ſtrictè pro conſenſione partium in virtute: vel communiter pro mutua concordia & conſenſu in bono utili, ac quod utriq; prodeſt. Priori modô amicitia nulla eſt inter Servum & Dominum, ſed poſteriori.

L. 1. 5. 28. d. Sc. Sillan. Wallis. p. 273.

Servitia *Fide* & *Sedulitate* exequatur etiam abſente Domino, imò *Vitam* & *Salutem* Domini propriæ anteferat, quia eſt Μερὸς τι ipſius Domini.

Et *arcana* Domini nunquam prodat, neq; bona ejusdem furetur. Servitutem illam veterem *hodie* Germania non agnoſcit: & ſub A. C. 1200. in univerſo fermè terrarum orbe ſervi tales amplius non fuerunt. Veſtigia tamen illius hinc inde obſervare poſſumus.

Bodin. 1. 4. Rep. c. 5. Huſan. d. Serv. propr. c. 1. n. 26.

Ex his tribus Societatibus oritur *Familia*, quæ eſt incrementum in Societate plurium inter ſe, vinculo quoq; naturali familiæ.

Subje-

Subjectum ergo ſunt multæ perſonæ, & minimum quidem tres: hinc etiam Ariſtoteles *Familiam* conſtituit *ex Patrefamiliâs, Liberis & Servis.* Nam Familia non eſt perfecta, imò non eſt Familia, niſi etiam includat Liberos: licet enim Liberi ſint effectus conjugii, non tamen Familiæ. Dein Pater & Materfamiliâs, unam perſonam ſuſtinentes, ſunt partes principales & imperantes. 1. Pol. 3.

Propterea illam Oeconomiam idem Ariſtoteles vocat *Monarchiam*, quia ab uno & ſolo viro omnis Familia regitur: non enim dominus dominus dicitur, quia ſervos habet, ſed quia imperat ſervis, & utitur. Id. c. 4.

Et ut natura etiam eſt fundamentum Familiæ; Sic Lex *Collegii:* quod igitur quodq; incrementum eſt in Societate plurium, devinctorum inter ſe vinculo civili, jure ſodalitatis in Collegiis & Tribubus.

Cujus *Subjectum* ſunt perſonæ certæ, & ad minimum etiam tres. Leges autem iſtæ, quibus nititur, concernunt l.1. §. quibus. ff. quod cujusque univerſ.

1. Communionem rerum, ut habeat communem Arcam, Libros, Actorem & Oratorem ſeu Syndicum.
2. Operarum, ut poſſint contrahere & paciſci cum aliis, modò ne quid inde detrimenti ſentiat Reſp. l.fin. ff. d. Colleg.
3. Communicationem Juris, ut fruantur omnes in Collegio eodem Juris beneficio. l 7. §. ſi quid. ff. quod cujusque univerſ.
4. Conſiliorum, ut nemo in Collegio à ſuffragiis excludatur. l.4. ad Munic.

Et ut Collegii Conſtitutio eſt penes Magiſtratum; ita quoq; Collegii diſſolutio, ſed non niſi ob graviſſimas cauſas.

Tandem Incrementum etiam eſt in Societate plurium, devinctorum inter ſe *Vinculo Vicinitatis quoad Territorium ſive Diſtrictum*, qui materia eſt in Qua ſive Subjectum, in quo Imperium vel Reſp. Cujus *Requiſita* hæc ſunt potiſſimùm: Eſſe continuum, non interruptum alterius Principis Dominiis.

Habere terminos naturâ loci munitos.

Diſtrictum eſſe excultum frequentibus ædificiis Pagorum, Vicorum, Caſtellorum & Urbium.

Diſtrictûs autem, quò ſunt fertiliores, eò incolas habent pejores: *Sed tamen pericula, quæ ex fertilitate locorum oriri poſſunt, Legibus præcaveri queunt, quibus otium prohibeatur, & exercitia honeſta imperentur. Sic à ſapientibus Viris factum eſſe legimus, qui etſi fertiliſſima loca incoluerunt, legibus tamen otium prohibentibus, & laborandi neceſſitatem imponentibus, præſtantiſſimos Viros produxerunt, & ad militiam aptiores, quàm in agreſtibus & ſterilibus locis naſci ſolent. Ejusmodi fuit Ægyptiorum Regnum, quod ſolo feliciſſimo ſitum, hujusmodi Statutis fortiſſimos viros produxit.* vid. Machiav. l.1. diſp. c. 1.

Cujus partes ſunt I. *Civitas* & *Metropolis*; cujus requiſita, ut ſit una ſaltem in Territorio quodam *inſtar unius hominis.* Mut. in lib. d. doctr. Princ. ad Troj.

Ut

Ut ſit probè munita contra hoſtiles impetus, quò inferiores perfugium ibi habere queant.

Ut ſit ſplendidis exornata ædificiis & populoſa:

Sic tamen maturè ſibi proſpiciat, quâ ratione finitimum Principem benevolum ſibi efficere poſſit, non verò ſimpliciter, ſed eo fine, ut fœderatum ſibi reddat, quò poſteà eò ſecurior eſſe poſſit; aliàs enim fieret, ut ejusmodi Urbs tandem in Principis manus veniret.

Machiav. l. 2. diſp. c. 25.

Fateor, haud abs re eſſe, leviter diſſentire inter ſe finitima Oppida aut Provincias; ſed leviter & hôc unô bonô, ne in te conſpirent. Cato in familia ſua id ſpectavit, qui ſemper contentiunculas aliquas, aut diſſenſum inter ſervos callidè ſerebat, ſuſpectam habens nimiam concordiam eorum, metuensq;.

Plut. in Vita Caton. Conf. Lipſ. 6. Pol. 3.

II. Urbs, inq; eâ ædificia cùm publica, tùm privata: Illa verò conſideratur vel reſpectu totius, vel partium:

Totius reſpectu *Situs Urbis* cognoſcendum eſt, in qua condenda præprimis attendendum, ut locus Urbis ſit *ſalubris* ſc. ad Orientem & Septenrrionem magis, quàm ad Meridiem & Occidentem. Ex illo enim ſicciores & puriores ſpirant venti, ex hoc craſſiores & humidiores.

Ariſt. 7. Pol. II.

Ut ſit *Planus*: Nam I. in planitie eſt ſpatium capacius. II Ad fortificandum aptius. III. Ager fertilior. IV. Aquarum ingruentium colluvies, quæ hoſti acceſſum facit difficilem. V. Commearuum facilior ſubvectio, atq; ita facilior egreſſus civibus. *Contrà*, ex locis aſperis & montoſis plus incommodi ſentient incolæ: Fertilis enim magis, quàm ſublimis locus urbi extruendæ eligendus eſt. De *Arcibus* faciliùs concedetur, quòd commodiùs, utiliusq; in locis montoſis extruantur, imprimis ſi ſint ſaxei; & in rupes, petrasq; inacceſſas incidantur. Ejusmodi enim arces à paucis haud rarò defendi poſſunt, adeoq; non tàm frequenti indigent commeatuum ſubvectione.

vid. Scalig. 3. Poëm. 106.

Dan. Speck. part. 2. c. 5. fol. 88. depingit arcē (Hohenfels) quæ 8. militibus poſſit defendi.

Ut ſit *hoſtibus acceſſus difficilis.*

Ariſt. 7. Pol. II.

Ut locus futuræ urbi *aquis ſalubribus* abundet, vel fluminibus adjaceat.

Camerar. 2. med. hiſt. c. 86

Ut *non nimis ſit amplus*, quò cives facilius commercia inter ſe habere poſſint, & ne Magiſtratûs officium in infinitum extendatur.

Ut *neq; mari nimis vicinus*, neq; nimis remotus ſit, ita, ut cives terrâ mariq; neceſſaria ſibi comparare poſſint.

v. Liv. l. 5. p. 357. & Ariſt. 7. Pol. 6.

Ut ſit *fertilis*; ſi tamen locus ſterilis eſt, tùm cives neceſſitate coacti, ab otio abſtinent, & honeſtis artibus occupati, minùs anſam præbent diſcordiis civilibus: *Reſp.* Eſſet quidem ſterilium locorum delectus prudentior, ſi modò homines ſuis rebus contenti & ab imperandi libidine liberi eſſent: Sed quia ob iſtud regnandi deſiderium tuti eſſe nequimus, niſi muniti potentiâ, idcircò vitanda eſt quàm maximè loci ſterilitas, & potiùs fertiliſſimus ager in urbibus conſtruendis deligendus.

Partes ejus ſunt prædicta *Ædificia*: *Publica* quidem extruuntur à Rep.

in

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

in uſus publicos. *Privata* ædificantur à civibus in uſus privatos. Hîc not. Regg.

I. *Norma & Circinus*, Euthygrammyde (der Senckel oder Winckelhacke) ſuffic. perito Architecto. Nulla verò domus ædificetur ſine *Graphyde*, ohne den Grund-Riß.

II. *Finis Ædificii* ſemper obſervetur Architecto ante oculos. Ille enim mediis conciliat ordinem & menſuram: Ad hunc autem finem omnia ſunt præparata; nimirum, ut ædificia ſint firma, utilia & vetuſta. Poſſevin. 15. Biblioth. 18.

III. Ædificandi verò ratio ex uno Vitruvio non poteſt peti, licet Architecturam in unum corpus redegerit; neq; ex S. Literis, cùm neq; omnium ædificiorum proportiones ibi ſint expreſſæ, neq; omnium feliciſſimis ſtructuris comparari queant.

IV. Architectura duplex: Altera, quæ ponitur in præceptis, operumq; ratione: Altera, quæ ad ipſorum ædificiorum animam & fabricam ſpectat.

V. Res tametſi propriæ ſint omninò, modô tamen quôdam communes eſſe convenit. Ariſt. 2. Pol. 3.

Nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. Cic. 1. off. p. 19

VI. Qui divitias per omnes ædium angulos
Diſſipant, tectaq; ipſa fulgentia habent. Conf. Sueton. Cæſ. c. 45 n. 36 Sen. d. Tranq. an. c. 1.

VII. De Commodis vicinorum vid. *Columell. 1. de re ruſt. 2. Coras. 1. Miſcell. 20. n. 6.*

VIII. Eſt & Stultorum genus, qui inſatiabili ædificiorum ſtudio laborant; nunc rotunda quadratis, nunc quadrata rotundis permutantes, neq; verò finis ullus vel modus, donec ad extremam redacti inopiam, nec ubi habitent, nec quid edant, ſuperſit Eraſm in Enc. Mor. pag. 76.

Omiſſis aliis aliorum regulis Architectonicis;
Quod enim Medicorum eſt, promittunt Medici;
Tractent fabrilia fabri.

Nobis nunc etiam ceu *κανῶν* vel *γνώμων*, qua lineæ dirigantur, erit

ISAGOGE
POSTERIOR
DE
IMPERIIS & IMPERANTIBUS.

NE in ipſo quaſi limine impingatur, *quot modis accipiatur Imperium*, disquirere etiam loco *λόγων προλεγομένων*, adlubeſcit, *non* quidem ut hâc via, & inſequenti utar *anxiis definitionibus*, & *ſuperſtitioſis diviſionibus*, queîs & Ariſto- Beſold. Præcogn. Pol. l. 1. c. 1. §. 8.

 teles,

teles, & Seneca, & Sapientiſſimi alii Rei Literariæ Architecti abſtinuêre, *verbaq; ideò inſtituta non ſunt, ut per ea homines ſe invicem fallant, ſed ut eis quisq; in alterius notitiam cogitationes ſuos proferat.*

(cauſ. 22. q. 2. can. 4.)

Sed quò faciliùs deinceps pateret, cuinam Imperio & Reip. generi Status Imperii noſtri Romano-Germanici annumerandus.

(Alſted. Encycl. l. 21. c. 32. pag. 1337.)

Imperium autem Primo ſumitur *Generaliſſimè*; eſtq; præſcriptum & denunciatio rationis ex motu & impulſu voluntatis profectum. Quod tamen âlterius quoq; argumenti, nempe Moralis. II. *Generaliter* pro univerſali orbis Imperio, à quo cætera Regna accipere debent LL. *Quale nunquam extitiſſe, aut exiſtere poſſe*, ſed otioſam potius quorundam curioſorum φαντασίαν vel Tyrannorum arrogantiam inveniſſe autor eſt JCtorum Coryphæus celeberrimus.

(Carpzov. in Comment. ad L. Reg. c. 13. Sect. 17. n. 2. & 3.)

III. *Specialiter*, pro ea Reip. ſpecie, ubi unus aliquis imperat ſolus, qui omnem in Rep. habet poteſtatem, quiq; LL^bus. eſt ſolutus, & qui nec intra, nec extra ſuum Territorium Dominum vel Parem cognoſcit.

(Id. n. 3.)

IV. *Specialiſſimè*, pro laudatiſſima unius Reipubl. Jurisdictione in totum mundum, vel maximas ejusdem partes, quæ potentiâ, authoritate, ſubjectorumque & clientum multitudine, omnia alia Imperia ſuperat, cuique ſtatus Populi Dei, Eccleſiæq; magis, quàm aliis eſt obnoxius.

(Ibid. n. 9.)

Et hoc, atq; illud Imperium communis utilitas deſideravit, Natura invenit, Deus dedit, FILIUS confirmavit, Conſenſus hominum approbavit:

Nam *Paradiſo*, Edenis horro intaminatæ voluptatis, cui nec Alcinoi, nec Adonidis, nec Heſperidis Horti aſſimilandi; quemque, (cùm ejus ſitus fuerit in ſuprema regione Babyloniæ, dictâ Auranitis vel Audanitis, quaſi Edenitis ad Euphratem, conterminâ Meſopotamiæ;) Origeniani in cœlo; Manichæi in toto mundo; Alii vel in altiſſimis montibus, ad quos aquæ non penetrárunt, vel ſub Æquatore, & quidem in amœniſſima Inſula Zeilan, vel in Sodomæ & Gomorræ regionibus, vel tandem in Palæſtina collocárunt; Quippe ſub Angelorum cuſtodia usq; ad memorabilem aquarum inundationem duraſſe videtur. Ejus verò amœnitas nunc temporis in beatiſſimam cœlorum ſedem translata, adeò ut jam regio illa cum aliis Mahumeticæ inſerviat impietati. *Inde* (inquam) *poſt Sabbatum expulſis Protoplaſtis*, cum in agris atq; ſylvis, beſtiarum more vagarentur, victuq; ſibi ferino vitam propagarent, animadvertit homo, ſive ductu naturæ, ut inter mortales vitæ civilis non minus, quàm aquæ, ignis, panis, Solis & aëris neceſſarius ſit uſus, quum ipſi etiam Chori cœleſtes Angelorum ſuo inter ſe conveniant Imperio, & hoc in Regno ſeſe mutuo gaudeant, ſive Duce Deo, totius naturæ Magiſtro (quod ipſi IMPP. S. Rom. Imperii lubentes fatentur: ſicut

(D. Ioh. Micræl. Synt. Hiſt. Pol. l. 1. Sect. 1. quæſt. 5. & 12.)

(Ioh. Ang. Werderh. Polit. Syn. l. 1. c. 2. quæſt. 1.)

(v. Geneſ. 9. 6. Exod. 18. 21. Prov. 8. 15. Can. 2. 21. & c. 4. 22. Rom. 13. L. 1. C. de V. I. E. L. 1. C. d. Off. Præf. Afr. Nov. 28. c. 4. in f. N. 47. c. 1.)

etiam

Digitized by Google

etiam hodierni IMPERATORES ſe GRATIA DEI ELECTOS ſcribunt, ut videre eſt in firmiſſ. illa Imperii Petra, AUREA BULLA CAROLI IV. Imp.) hominem homini ad bene vivendum maximè conducere, ſocietatemq; fore plurimùm neceſſariam; quare convenientes eandē inſtituerunt, domus ædificaverunt, oppida muris cinxerunt, artes invenerunt; cumque alter alterius commodis inſerviret, placebat mirum in modum ſingulis vita civilis, dulcisq; nimiùm videbatur & propinquorum; & amicorum conſuetudo, cujus fuerant prius expertes: Verùm ut *rarò homo homini Deus*; ſæpè *homo homini lupus*, ſæpius, *homo homini hamus*; Ita etam hominum multitudo poſteà premebatur ab his, qui viribus erant editiores, ad unum aliquem confugere placuit virtute præſtantem, qui & injurias prohiberet inferri tenuioribus, & æquitate conſtituta ſummos cum infimis pari jure teneret. Idq; nedum in unà Gente, ſed in pluribus factum eſt.

Æneas Sylv. de O. & Auth. S. Rom. Imp. c. 2.
L. Danæum in Aph. Pol. & Mil. p. 484.
Cic. 2. de offic. c. 12. p. 259. a. 20.

Atqui *hi ſunt, qui poſtea Regis nomen obtinuerunt*, & quorum conſtituendorum cauſam publica dedit utilitas, juſti prope mater & æqui: Et profectò πᾶσα ἀρχὴ ἀναρχίας κρεῖττων. *Præſtat qualecunque Imperium, quàm vacare Magiſtratibus Civitatem.*

Cato Uticenſ. ap. Plut. in ejus vit. p. 782. d. e.

Unde apud Perſas lege cautum fuit,

ut à morte Regis per 5. dies ἀναρχία ſolutâ vivendi licentiâ & legum, Juriumq; intermiſſio eſſet, quo ſentirent, quantum bonum eſſet, Rex & Lex. Stobæ. ſerm. 42. ex Serino.

Tales incerti, ſolutiq; magis ſunt ſine Domino, quàm in Libertate. Tac. 2. A. 4.

Sic *Imp. Andronicus* ſenior vocatur κοινὴ τῶν ῥωμαίων ψυχὴ Nic. Greg. l. 10. ſub init.

Et de Alexandro ægroto: *armatus Exercitus Regiam obſedit, confeſſus, omnes unius ſpiritu vivere.* Curt. l. 9. c. 5. in fin.

Ubi namque *non eſt Gubernator, populus corruet*: *ſalus* autem, *ubi multa conſilia.* Proverb. 11, 14.

Ita Imp. Cæſ. *Auguſtus ſapientia ſua atque ſolertia percuſſum undique ac perturbatum ordinavit Imperii corpus, quod ſic haud dubiè nunquam coire & conſentire potuiſſet, niſi unius præſidis nutu, q. anima & mente regeretur.* Flor. l. 4. c. 3. in.

Sed *cum Orbis Reges haberet plurimos, cœpit, (ut fit) pluralitas principum diſcordiam parere: indeque modò de finibus, modò de Juriſdictione contenderunt. Nec eſſet, qui lites dirimeret, niſi gladius, cum nemo minorem ſe altero reputaret, & ſuaviſſimum illud Societatis humanæ commercium prohiberetur.* Æn. Sylv. c. 5. d. lib.

Nam juxta Grotium, qui Sophoclis in Antigone v. 643. verſus Græcanicos ſic tranſtulit. in Apologet. pag. 242.

Non ulla major peſtis impatientiâ eſt. Hæc & domos evertit, & claras diu proſternit urbes. Ordines turpi fugâ conturbat.

Quare ut privatorum hominum exorbitantes impetûs juſta Regum moderatione compeſci benigna humanæ naturæ providentia diſpoſuit: ſic etiam ipſorum Regum immenſas frenare cupiditates inſtituit per unum

 prin-

Digitized by Google

principem & principatum quem Græci *Μοναρχίαν* vocitant; nos autem cum noſtris potius *Imperium*, cum

> *Μονάρχης non eum tantum ſignificet, qui juſtè præeſt, ſed eum quoque, qui injuſtè: ſic Dionyſius Monarcha, ſed non legitimè &c.*

Igitur cum Sleidano, quo ſuum de Univerſali Hiſtoria libellum de quatuor ſummis Imperiis inſcripſit, appellamus quoque *Summum Imperium*, quia

Whear. Rel. Hiem. part.1. Sect.3. & 5.

> *licet varia eſſent Regna, tamen Deus aliquod ſemper voluit eſſe ſummum.*

Et quidam Hiſtoriographorum ſic ait porrò:

> *hinc illud longè teſtatiſſimum, & apud omnem etiam Antiquitatem notiſſimum eſt, adeò late olim per totam Aſiam dominatos fuiſſe Aſſyrios & Chaldæos; poſtea Medos & Perſas, ut ſumma tenuiſſe totius Orbis (quà tunc habitabatur) Imperia Jure meritoq; dicantur: idem etiam de Græcis ſuo tempore: atque inde multo magis de Romanis affirmari poteſt; à quibus non Aſia modò & Europæ, ſed & Africæ quoq; partem, ſi non maximam, certè potiorem ſubjugatam.*

Dan.2,31. & eum ſeqq. c.7.2.& ſeqq.

Summorum ergo appellatio fruſtra à Bodino cavillata eſt. *Pro Numero* inſuper *Iſtorum Imperiorum quaternario* S. Volumina, ipſaque Experientia, nulla ejusmodi in mundo præterea dari Summa, quorum *ultimum* etiam *ad finem usque Mundi duraturum* S.S. Loca, aliaque Teſtimonia Scriptorum tàm profanorum quàm Eccleſiaſticorum Antiquorum & Recentiorum uberrimè militant & commonſtrant. E dictis inſimul & Evictis liquet, *Summa 4. Imperia* antiquitus obſervata & deſignata fuiſſe, *Imperiique acceptionem Tertiam & Quartam* in *nullum alium præterque modernum Romano-Germanicum Imperium quadrare.*

Carpz. d.tr. d.L.Reg.ſect. 7.n.10.& ſect. 10.n. fin. cap. 13.

Et

> *ut lucidiſſimum Solis lumen præ omnibus aliis ſtellis ſolùm lucere exiſtimatur, quamvis cæteræ ſtellæ ſuo non deſtituantur lumine: ita & hoc Imperium Romano-Germanicum, quia antiquitate, ſplendoreque alia obfuſcat, reſpectu reliquorum non immeritò ſolùm imperare cenſetur.*

Lipſ.2. pol.2.

Nec *hujus formam mixtura tollit, ut maximè temperet, & deflexiſſe quidem à Natura ſuæ Regula Reip. dicitur forma, non tamen eam exuiſſe penitus, hancque genus, & nomen partis, quæ plus poteſt, ferè ſequitur.*

id.Carpz.d.t. & ſect. 10. n. 8. & 22.

Ut tamen *pauxillum aquæ vino generoſo admixtum vino neque virtutem omnem, neque nomen admit: ita nec nomen, nec vim omnem temperamento amittit Status Reip. vel Imperii, prævalente nominatione ejus, quod potentius eſt, cum dignius ad ſe trahat minus dignum; idque ſemper quod magis obtinet, ſpectetur.*

Ex quo non raró Rex, vel ut aliis placet, *Monarcha* vocatur, qui non niſi ſtatus mixti Princeps eſt.

Sic, quamvis procerum Imperii, præſertim Electorum maxima ſit poteſtas, Imperia-

lis

tis tamen propendet, praeminet & præponderat, à qua Jure ei nomen; Ipſi *enim Cæſ. Maj. ſupremum Imperii Caput haud inconvenienter appellant.*

leg. c. 4. t. 2. A. Bull.

Quantò ergò *Caput antecedit reliqua corporis membra*, tantò etiam plus Majeſtatis, poteſtatis & dignitatis habet *Imperator*, penes *quem* Imperii ſumma eſt, & *ſacra illa Sacrorum, quæ à S. Majeſtate, inſtar radiorum ſolarium à Sole ſeparari nequeunt, in Electores & cæteros Imperii ſtatus, tanquam Vaſallos ac ſubditos ejusmodi exercentur*, ut alios argumentorum Theſauros lubens prætercam.

D. Otto in Iuspubl. c. 7. Carpz. d. 11. c. 13. l. 8. n. 4. cum ſeqq.

Hinc principatum ſive Regimen illud, quod penes unum eſt, *ratione eſſentiæ* illi, quod penes paucos & omnes præferendum & præponendum eſſe unanimiter Theologi, Politici & Hiſtorici dicunt & docent, affirmant & confirmant: quare punctis agam. Eſtque 1. Antiquiſſima.

Ariſtot. 4. pol. 2. pr.

Regnum, Μέγιστον ϗ θεῖον Δῶρον,

maximum & Divinum Donum appellat in Numa.

Nec ſumus neſcii, priuſquam Democratia & Oligarchia nomen notum erat, barbaricas Gentes & omnes Græciæ Civitates Regibus paruiſſe.

Iſocr. in Panath.

Talis ſtatus fuit *in Rep. Judaica* ſub Moſe & Joſua: & ſub Saule, Davide, Salomone ac ſeqq. Regibus Judaicis, *quibus Dominus Dominantium obtemperare juſſit, non propter metum tantùm, ſed propter conſcientiam, ut hodie pauci volunt.*

Deut. 33. 5. Iud 17. 1. 1. Sam. 9, 17. 2. Sam. 7, 19.

Non autem negamus, quod *invitus quaſi, & iratus pœnæque loco Judæis Regem Regum Rex dederit.*

1. Sam. 16, 1. Rom. 13, 5.

Ita enim videre eſt 1. Sam. 8, 11. & ſeqq. ubi etiam *non verum jus Regis* proponitur, uti deſcriptum eſt in Deuteronomio, *ſed tantùm uſurpatum.*

Bellermont. diſſert. pol. 14.

Interim tamen Regiminis hujus ſplendor è factis inde eluceſcit, quod Deus, qui unicus unicè voluerit imperare Abrahami poſteris.

Sic *Imperium Romanum ſuos habuit Monarchas* inde à Julio: Galli inde à Pharamundo Reges habent: Athenienſes à Cecrope usque ad Codrum: Lacedæmonii à Lelege usque ad Cleomenem: Hungari ab Attila: Hiſpani ab Athalarico: Angli à Britone: Poloni à Lecho: Bohemi à Zecho: Dani à Dano: Sueci à Magoſa: Scoti à Fregufio.

Schönborn. 5. pol. 1.

Sic Indi, ſic Tartari, ſic Moſcovitæ, ſic Perſæ, ſic Gothi, ſic Africani, regunt & reguntur.

Atque his populis hæc gubernandi forma fortè in eo viſa eſt præſtantior quod

II. Naturæ aptiſſima: & apparet idipſum in terreſtribus, cœleſtibus, & Eo, Qui ſupra omnes cœlos, JEHOVA. *Principia rerum ad unam cauſam omnia in Mundo ad unum DEUM tendunt*: Nam habent partes hominis cor unum, Orbis Lineæ unum Centrum, partes univerſi unum DEUM, & certè partes Civitatis unum Regem: partes hominis in corde vigent, Orbis Lineæ in Centro hærent, partes univerſi à Deo pendent, & partes Civitatis in Rege vivunt: In Deo ipſa eſt ſubſtantia boni, in Rege vera Ima-

Ioh. Caſus in ſph. Civ. l. 3. c. 7.

go DEI: Illum colere oportet propter ſe ipſum; Hunc verò honorare propter DEUM, cujus perſonam in Orbe & Urbe gerit.

Iuſtin. 38. c.2. f. Sic *Cappadoces cum à Romanis juberentur eſſe liberi, munus libertatis abnuentes, negant gentem vivere ſine Rege poſſe.* Atque ita Rex illis à Senatu *Ariobarzanes* conſtituitur. Et quod Natura commenta ſit Regem, ex aliis animalibus etiam licet cognoſcere, ut *ex apibus*, quarum *Regi ampliſſimum Cubile eſt, medioque ac tutiſſimo loco; onere vacat, exactor alienorum operum: & amiſſo Rege, totum dilabitur examen, nec unquam plus unum patiuntur, melioremque pugnâ quærunt.*

Senec. 1. d. Clem. c.19. v. Epiſt. Coler. d. ſt. Pol. Cyprianus in tr. d. idolor. vanit. C. in apib. 7. q. 1. Tac. 1. Ann. 6.

Sic ſollertiſſimus Poeta in Georg.

Dum de apibus loquitur, alteram quandam Platonis Remp. nobis reddidit.

In gregibus quoque Dux unus, & in armentis Rector unus. Et grues (hoc addit Hieronymus in Epiſt. ad Ruſt. Monach.) *unam ſequuntur ordine literato.*

III. Rationi convenientiſſima:

ea enim *conditio eſt imperandi, ut non aliter Ratio conſtet, quàm ſi uni reddatur.*

Et Lucanus de Cæſare: *Cum tot in hac anima populorum vita, ſalusque pendeat.*

Idem quóque regiè docet Rex Darius Hyſtaſpis & Rhodogunæ Filius in illa conſultatione à VII. Perſis habitâ adverſus Otanem & Megabyzum, inquiens: Ἀνδρὸς γὰρ ἑνὸς τοῦ ἀρίστου, οὐδὲν ἄμεινον ἀνφανείη: *Imperio viri nam-*

Herodot. in Thalia l.3. p. m.309. *que unius, qui optimus eſt, nihil melius apparet.* Poſtea Statum Quæſtionis hoc Schemate Interrogationis illuſtrat: Κόθεν ἡμῖν ἡ ἐλευθερίη ἐγένετο: καὶ τοῦ δόντος? *unde nobis libertas extitit? & quo dante?* Κότερα παρὰ τοῦ δήμου, ἢ ὀλιγαρχίης; ἢ μονάρχου; *num à populo?* aut Oligarchia? aut Monarchia? unde Perſas è veſtigio ἐλευθερωθέντας διὰ ἕνα ἄνδρα *liberos factos per unum virum appellat.* Tandem etiam ſubjicit: Χωρὶς τε τούτου πατρίους νόμους μὴ λύειν ἔχοντας εὖ: *Alioquin patrias LL. benè conditas ſolutum iri*: Οὐ γὰρ ἄμεινον: *non enim conſultius hoc*:

Caſ. præcit. loc. IV. Quietiſſima: Nam Imperium ad plures trudit. *Areopagitæ diſtracti judicio perdidere Athenas: Coſſ: diverſi Romam everterunt; namque in uno multorum eſt unio, quæ ſæpè in multis facta eſt diſſenſio.*

Liv. 5. c.1. add. Camerar. cent. 1. c.88. *Vejentes tædio annuæ Reip. ambitione, quæ interdum diſcordiarum cauſa erat, Regem recreavere.*

Curt. l.4. c.11. fol.123. Quare *Alexander M. Darii Legatis pacem petentibus ita reſpondet: Si ſecundus & non par mihi vellet haberi, facerem forſitan, quæ petit. Cæterum, nec Mundus duobus ſolibus poteſt regi, nec duo ſumma Regna ſalvo ſtatu terrarum poſſunt haberi.*

Idem refert Plutarchus in Apopht. p.180.B. & Seneca in Thyeſte:

Regnum non duos capit, nec mundus duos ſoles.

S. Aurel. victor. in Hiſtor. Aug. epit. ſub Conſtant. *Imperia* enim *difficile concordiam conſtituunt.*

conf. Tac. 3. Hiſt. p.386. & Pachymer. l.3. c.10.

Pot-

Poteſt huc accommodari proverbium:

ὄρ⊕ ὄρει ὀ μίγνυται: Mons cum monte non miſcetur.

Hæc Monarchiæ natura eſt, ait Seneca, *cedat quicquid excelſum eſt.*

φύσει ὥσπερ, φθόνῳ δὲ μᾶλλον ἀλλήλοις οἱ συνάρχοντες διάφορνται, καὶ χαλεπὸν πολλὰς ἐν δυνάμει μάλιστα ὄντας, συμφρονῆσαι.

Collegarum in Imperio, cum natura quodammodo, tum magis ex invidia, Societas ficta eſt: nec temerè fit, ut multi, præſertim potentes, conſentiant. Zonaras tom. 2. p.23.44.

Et legimus, *libertate diſcordi ſervientibus utilius, unum eſſe, cui ſerviant.* Plin. Paneg. c.32.

Ac *inter Phryges orta ſeditione conſulentibus de fine diſcordiarum, Oracula reſponderunt: Regi diſcordiis opus eſſe.* Iuſtin. c.7. m

V. Firmiſſima & feliciſſima: ut omittam Quaternionem S. Imperiorum, quæ diutiſſimè floruerunt: *Nonne Hiſpani 860? nonne Galli 1200. continuos annos unius ſceptrum coluerunt? Quid? addam Anglos & Scotos qui ab initio unius Imperium fortiter defenderunt. Illegitima Politia Turcarum hactenus procul dubio ſtetit incolumis, ſolius principatus beneficio: Nam Byzantium ſedem Imperatorum Imperator Turcicus tertium jam ſeculum quietus tenet, maximamque Imperii Rom. partem poſſeſſione complectitur.* Cyriaci Lentuli Auguſtus p.222.

Sic olim *Reſp. illa citra ſubſidia Regum vigere nequiverant, puta* Lacædemoniorum, qui præter ſuos Ephoros ſuum Præfectum: Athenienſium, qui præter ſuos Cenſores unum Sophum: Carthaginenſes, qui præter ſuos Coſmos unum Judicem: Romanorum, qui præter ſuos Coſſ. unum Dictatorem habuerunt. Caſus prædict. loc.

Hodie Venetorum Status Ariſtocratia dicitur, at eſt omninò *aliqua Principatûs Imago in Duce Reip,* ut apparet ex illo Scripto ſingulari P. in quo, quatenus ad Monarchiam ea Reſp. accedat, oſtenditur. Maneat, floreat, favemus & vovemus. Caſpar. Contaren. lib. de Rep. Ven.

VI. Prudentiſſimorum Auctoritate probatiſſima: Aureum Dictum imprimo. Sen. 2. d. benef. 20.

Optimus Civitatis ſtatus eſt ſub Rege Juſto. Homer. Ilia. α. verſ. 176.

Phœbus ille Vatum dixit.

——————— *Διοτρεφέας βασιλῆας.*

De hoc Regis Epitheto Diogenes ſic inquit:

Quando Homerus dicit, Reges eſſe à Jove nutritos & Jovi amicos, tunc aliud putas eum dicere, quàm cibum illorum, de quo dixit, eſſe Doctrinam & diſciplinam? An tu putas, eum dicere, quod Reges à Jove nutriantur lacte, tanquam à nutrice, & vino, & cibis, & non potius ſcientia & veritate? ap. Dion. d. regno Orat. 4.

Sed abrumpo, & cùm Rege Philoſophum è præfato Poëtarum Rege ingemino. Ariſtot. 12. Met. ult. text. ult.

Οὐκ

Digitized by Google

Ουκ ἀγαθὸν, πολυκοιρανίη, ἕις κοίρανος ἔςω, εἷς βασιλεύς. (quo verſu tumultuantes compeſcuit Ulyſſes.)

Multos Imperitare malum:
——————Herus unicus eſto,
Unicus & Princeps.

ISAGOGE
POSTREMA
DE
EORUNDEM SCOPO.

Omnium humanarum actionum *Finis* eſſe videtur, ut *aut mala vitentur, aut* ut *honor & utilitas quæratur, aut publicis rebus conſulatur in pace, in bello.* Idcirco diligentiſſimè principum ac populorum natura inveſtiganda, ut quæ ad res privatas publicasque pertinent, aptè perſuadere poſſimus. Plutarchus, qui ſummus Graviſſimusque Philoſophus extitit, quiquè ea, quæ ſcripſit, Gratiarum digitis ſcripſiſſe videtur, præ cæteris, quæ laboravit, opuſculis eminet laudemque maximam aſſertionum ſuarum baſin, quæ eſt, ut *quis ad Rempub. accedat, non ambitionis, ſed publici boni cauſâ*, extemplò neceſſe eſſe, *mores civium cognoſcere*, ſubjungit. Ideoque multis verbis Athenienſium & Carthaginenſium naturam tradit, quippe quod ignoratis morum propenſionibus, inter quos tibi vivendum eſt, facilius cogitationes tuæ falluntur: Quod non minus in Civitatibus, quàm in Amicitiis Regnum contingere conſuevit. Ex quibus mihi èa ſemper fuit ſententia, ut exiſtimaverim, non propter aliud ab Hiſtoriographis ſparſas eſſe in ipſorum operibus *de moribus Gentium mutationes*, niſi, ut legentes doceantur, quomodo cautiùs, & majore cum fructu pacis, bellique tempora gubernentur.

vide dehis fuſiùs Scip. Amirat. diſc. 7. diſſert. pol. c. 4.

Et in Fine hoc Finis ille: SALUS POPULI.

Nam *in hoc principatùs inſtituti ſunt, ut ſaluti ſubditorum conſulatur, ne invicem ab exteris injurias accipiant.*

Livia ad Auguſt. apud Dion. l. 55. p. 5. 60.

Boni Magiſtratùs ſive principis eſt, commoda Civium defendere, non divellere, atque omnes æquitate eâdem continere. Boni Conſulis eſt, ut, cùm cuncta auxilia Reip. labefactari convellique videat, ferat opem Patriæ, ſuccurrat ſaluti fortuniſque communibus, imploret Civium fidem, ſuam ſalutem poſteriorem communi ſaluti ducat. Nam & Chiriſophus cum acciperet Imperium in Græcos; dabo, inquit, operam, ut quàm maximè poſſim, veſtris commodis ſerviam.

Cic. l. 2. de off. & pro Rabir. in pr.

Xenophon. 6. Cyropæd.

Et vetus hæc opinio.

Sub

Digitized by Google

Sub bono Rege omnia externa etiam bona; verum namque illud, quod opinantur quidam: Fatum vinci Principis poteſtate, vel fieri. Ammian. Marcell. 17. c. 27.

Hinc Poëta: *Communis aram ſi tetigit manus,* Horat. 3. od. 23.

Non ſumptuoſa blandior hoſtia,

Mollibit averſos penates

Farre pio, & ſaliente mica.

Non igitur Principatus ipſe vel Dominium finis ſit: execrandi illi, qui in Imperio non niſi Imperium cogitant: hi namque ſe non Civibus datos arbitrantur, ſed ſibi cives, vel, ut ait Seneca: 4. d. benef. 32.

Qui non Remp. ſibi, ſed ſe Reip. dicarunt.

Claudius Meberdatem admonuit, ut non dominationem & Servos, ſed Rectorem & Cives cogitaret. Tac. 12. A. c. 11.

Ad Reges poteſtas omnium pertinet: ad ſingulos proprietas. Itemque, *ſub optimo Rege, omnia Rex Imperio poſſidet, ſinguli Dominio.* Senec. 7. de benef. c. 4. & 5.

ὁ βασιλέων πλοῦτος τῶν ὑπηκόων λογίζεται. Pachymerius l. 1. Hiſt. c. 14.

Imperatorum Divitiæ, populi divitiæ indicantur.

---------- *Princeps nomine, mente parens.* Auſonius de Nerva.

Imperatorem *generis humani parentem* vocat Plinius. in panegyr. c. 6. pr.

Idemque eundem *parentem publicum.* It. c. 87. p. & c. 21. f.

Cur autem principi datum *nomen Patris Patriæ* evolv. Senec. *d. Clem.* 14.

Malus erat Domitianus, qui *ex paterna fortuna tantam licentiam uſurpavit.* Tac. Agric. c. 7.

Pejores etiam illi principes, quorum principia principatuum ferè bona: at finis verè malus:

Ea natura eſt humanorum animorum, ut non juvenes modò, verùm etiam provectiores, poſtquam multum temporis in poteſtate transegerint, patriis moribus haud quaquam ſibi vivendum ducant. Dio. l. 36 p. 17. a.

Atque *magni honores, immodicæq́ poteſtates, etiam optimorum hominum animos ad faſtum extollunt, atque corrumpunt.* Ibid. p. 18. c.

Rectè Marius: *plerique non iisdem artibus Imperium petunt; poſtquam adepti ſunt, gerunt: principiò induſtrii, ſupplices, modici ſunt: dehinc per ignaviam & ſuperbiam ætatem agunt.* ap. Salluſt. in Iugurth. c. 85. pr. & quoque paulò poſt.

Illis difficile eſt, in poteſtatibus temperare, qui per ambitionem ſeſe probos ſimulavére, Nam ferè maxima pars, morem hunc homines habent: quod ſibi volunt, dum id impetrant, boni ſunt: ſed id, dum penes ſeſe jam habent;

Ex bonis peſſimi & fraudulentiſſimi ſunt. —— Plaut. Captiv. act. 2. ſc. 1.

Ideo *difficillimum, omnium benevolentiam promoveri in Imperio.* Suet. Tit. c. 1.

Satis eleganter Æſchylus: ἅπας δὲ τραχὺς ἄντιον κρατεῖ. Proneth. verſ. 35.

Omnis, qui nuper cœpit imperare, eſt rigidus.

D Non

Plin. paneg. cult. m.

Non ſecus ac curſûs novi ſolent eſſe ſtriduli: ſed uſu detriti, ſtridorem deponunt. Ejusmodi autem Reges vel principes, quò vulgò ante Imperium magis extitere accepti, eò minus in ipſo evadunt accepti: Cauſa, quia *tunc veriſſimè judicatur, meruerit quis honorem nec ne, cum adeptus eſt.* Was der Mann kan/ zeigt das Ampt an: *Ἀρχὴ τὸν Ἄνδρα δείξει.

* Ariſt. 5. Eth. Nicom. c. 1. Bianti trib. Add. Eraſ. chil. p. 575. Sophocl. in Antig. v. 181. Amirat. l. 3. p. 36. Zingr. embl. 5. diſc. 11. Gruter diſc. part. 1.

Tac. 1. A. 9.

Itemque, *quod ſe mutat & cum moribus fortuna: ſic Mithridates erat atrocior, quàm novo regno conduceret.*

Liv. 21. c. 48.

Verùm *in captivos ex tradito præſidio, ut fama Clementiæ in principio rerum colligeretur, nihil ſævitum eſt ab Hannibale.*

Plut. in comment. ad pr. indoct.

Magnum periculum eſt, ne, cui licet facere, quod vult, velit, quod non debet.

Adhæc, *nimia felicitas facit avidos, nec tàm temperatæ ſunt cupiditates unquam, ut in eo, quod contigit, deſinant. Gradus à magnis ad majora fit: & ſpes improbiſſimas complectuntur, imperata aſſecuti.*

Sen. 1. d. clem. 1.
Tac. 1. Hiſt. 50. f.

Veſpaſianus ſolus ante ſe omnium principum in melius mutatus.

Quod palam imitatus Auſonius de eod: Veſpaſiano:

Olim qui dubiam privato in tempore famam:
Par aliis Princeps tranſtulit in melius.

Sic Demoſth. alicubi: ὡς τὰ πολλὰ οἱ ἐγκρατεῖς γενόμενοι τῶν πραγμάτων μεγαφρονοῦσι.

utplurimum illi, qui rerum potiuntur, inſoleſcunt.

l. 3. c. 2. f.

Et Curtius: *Erat Dario mite ac tractabile ingenium, niſi ſuam naturam plerumque fortuna corrumperet. Charidemus ad Darium: tu licentiâ regni ſubitò mutatus, documentum eris poſteris, homines, cùm ſe permiſere fortunæ, etiam naturam dediſcere.*

pag. 214. cum ſeqq.

* Huc poſſent referri argumenta adſtruentia, diruentia & decidentiæ Cyriac. Lentuli Auguſt. de principiis potentiæ cum Cæſarum vel Principum ipſorum, tùm Principatûs univerſi &c.

Bonum, imò optimum principem eſſe, qui *commodum, ſecuritatem & ſalutem Civium ante oculos unicè poſitam habeat.*

Cic. 5. d. Rep.
Salluſt. in fragm. 107. f.
Id. in Orat. ad Cæſ. d. Rep. ord.

Onus enim Imperium, non ſolùm munus eſt; ſiquidem *multa cura ineſt ſummo Imperio, multi ingentes labores. Sed & magnæ curæ magna merces eſt.*

Hunc Principis finem, Bonum ſcl: Publicum,

Plin. in Panegyr. c. 67. & 68.
in ejus Vita c. 7.
Spart. c. 8.

Imp. Traj. conſiderans, *cum Prætorio Præfectum ſuum de more gladio ſuccingeret, daretque vitæ & necis poteſtatem, cape hunc, inquit; ac ſiquidem rectè & ex utilitate omnium imperavero, pro me, ſin aliter, contra me utere. Idemq; rogavit, ut Dii ipſum ſervarent, ſi Remp. bene & ex utilitate omnium rexerit.*

Capitolinus Antoninum Pium commendat, quod *tantâ diligentiâ ſubjectos ſibi*

Digitized by Google

populos rexerit, ut omnes & omnia, quaſi ſua eſſent, curaret.

Huic contrarium videtur, quod de Hadriano Antonini patre Adoptivo Spartianus habet,

Sæpè illum in Senatu dixiſſe: Ita ſe Remp. geſturum, ut ſciret, populi rem eſſe, non propriam.

Sed non eſt contrarium: quin potius ita hæc invicem juncta cohærent, ut alterum ſine altero alicui principi ineſſe non queat: ambo verò, ſi reperiantur in aliquo, perfectam boni Principis ideam mortalium oculis ſint exhibitura. Sic de Matre ſua Seneca: *Tu patrimonia noſtra ſic adminiſtras, ut tanquam in tuis laborares, tanquam alienis abſtineres.* Conſolat. ad Helv. c. 14.

Sic idem de Paulino: *Tu quidem Orbis Terrarum rationes adminiſtras, tàm abſtinenter, quàm alienas, tàm diligenter, quàm tuas, tàm religioſè, quàm publicas.* in l. de brev. vit. c. 18. p. 229. a.

Perſæpe prædictus Imperator Hadrianus auditus eſt dicere:

Talem ſe Imperatorem eſſe privatis, quales eſſe ſibi Impp. privatus optâſſet. Eutrop. l. 8.

Idipſum tamen Trajano attribuit Eutropius.

De quo Imperatore Plinius: *Ambulas inter nos, nos quaſi contingas, & copiam tui, non ut imputes, facis. Hæret lateri tuo, quiſquis acceſſit, finemq; ſermoni ſuus cuiq; pudor, non ſuperbia facit.* Paneg. c. 24 m.

Hoc nomine laudatur & Marcus Imp. ab Herodiano: l. 1. p. 3. pr.

Παρεῖχε δὲ καὶ, τοῖς ἀρχομένοις ἑαυτὸν ἐπιεικῆ καὶ μέτριον βασιλέα τοὺς τε προσιόντας δεξιούμενος, καὶ κωλύων τοὺς περὶ αὐτὸν Δορυφόρους ἀποσοβεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας:

Exhibuit ſe ſubditis comem & commodum Principem, cùm quosvis accedentes exciperet, & vetaret ſtipatores, quenquam advenientem à ſe repellere.

Huc referenda egregia Tiberii Imperatoris vox in pleno Senatu prolata: *Dixi & nunc, & ſæpe aliâs, P.C., bonum & ſalutarem Principem, quem vos tantâ & tàm liberâ poteſtate inſtruxiſtis, Senatui ſervire debere, & univerſis civibus: ſæpè ac plerumq; etiam ſingulis: neq; id dixiſſe me pœnitet.* Suet. in Tib. c. 29.

Flavius Veſpaſianus æger ac alacer; & Henricus VI. vix ſerò cibum capiens; Impp. in publicis aſſidui: revocantibus amicis ille, Imperatorem, reſpondit, ſtantem mori oportere; Hic verò, privato quidem homini omne tempus ibi eſſe, cum id lubet, aut ſolet: at Regi, ſi nomen ſuum non abdicat, id ſolùm, quò vacat. vid. Dion. Suet. & N. cet.

Indeq; RUDOLPHUS I. Auſtriacus Satellitibus præcipiens, *nequaquam pauperem ab acceſſu ſuo abigerent: Per Deum,* (Ipſa ejus verba ſunt) *ſinite homines ad me venire; Non enim ideò ad Imperium ſum vocatus, ut in arcula includar.* Siffridus Miſnenſis Presbyter ep. l. 2. ſub A. 1274.

Melius nihil poſſum; abſtineo, & hoc inſigo, ad Finem illum Boni

 Publ.

Publ. duo inprimis conducere ; VIRTUTEM & PRUDENTIAM: ILLAM, ut Principem bonum in vita ejus conformet & perficiat; ISTAM, ut ipſius actionibus , quæ in Auguſto Throno eundem corroborant & ſtabiliunt,accedat MAJESTAS & BENEVOLENTIA.

HÆC ILLA EST CYNOSURA, *ad quam* veluti normam normantem, *non ſecus atq; ad iſtud Sydus, quod Urſa minor*, (quæ alio nomine etiam Phœnice, teſte *Hygino*, Sidoniis Cynoſura vocata, atque Phœnicibus literarum & ſyderum, navaliumque & bellicarum artium Inventoribus, vel Helice, Parrhaſis vel major Urſa à Grajis nautis ſolet obſervari) Tot IMPERATORES REGES, PRINCIPES Auguſtiſſimi ; ſive ex *Carolino*, ſive ex *Rudolphino* , *aliové* pullulaſſent *Sanguine*; ſive *propria virtute* Diademata ſibi acquiſiviſſent, *Cæſarea*, *Regia*, *Auguſtalia* ; *ſive* SUAS AUGUSTAS ex SE eo Nomine Venerandas & Reverendas , hoc inſimul Illuſtriſſimo DIGNITATIS Splendore coruſcaſſent, *Imperia*, *Regna*, & *Principatûs ſuos* conformarunt, confirmarunt & conſervarunt !

PARS PRIMA CYNOSURÆ AUGUSTI ET AUGUSTÆ DE VIRTUTE COMMUNITER COMMENDATA.

ÆDEM aggrediamur VIRTUTIS, quam M. Marcellus, Marti notiſſimus, quum *ex manubiis Syracuſanæ prædæ Honoris numini Templum voviſſet, atq; collapſum reſtituiſſet, illi ita conjunxit, & quaſi pro veſtibulo præviam dedit, ut Honoris Templum*; quod primùm cum ara extra Portam Carmentalem extruxit Q. Fabius Max.

Virtus 1. Bonum hominis Archi-tectonicum. Liv. l. 7. Dec. 3. Sabellicus l. 4 Enneadis 5. & Valer. l. 1. c. 1.

Niſi per Virtutis ædem adiri nequiret.

Cujus pro foribus inſcriptio, Templi quidem Eleuſinæ olim Cereris, hodie hæc erit:

Nemo hâc ingrediatur, niſi qui ſuæ innocentiæ ſit conſcius.

Quò ablegavit quondam Alphonſus, Eximius ille Regum, familiarem quendam, eum monentem,

Panormit. l. 1. de reb. geſt. Alph.

Ut tranquillè, dum poſſet, vitam ageret, nec corpus tot, tantisq; periculis objectaret.

Innuens, ad honoris faſtigium non voluptatum viâ, quæ deliciis atq; illecebris affluens eſſet, verùm juxta illud πολυθρύλλητον:

χαλεπὰ τὰ καλὰ:

inviâ, ſemitâq; aſperâ, & ſalebroſâ enitendum eſſe.

Optime autem cum Sâpientiæ Filio, in hac mea re Virtutem definio

HABITUM ELECTIVUM IN MEDIOCRITATE CONSISTENTEM, QUOAD NOS RATIONE DEFINITA, SICUT VIR PRUDENS EAM DEFINIRET. Ariſt. l. 1. Eth. 2. c. 6.

Digitized by Google

Per habitum intelligo cum Phil. Moral. Dd.

Conſtans animi propoſitum.

Voce Electionis indicatur

VIRTUTIS ANIMI, NON CORPORIS ESSE HABITUM, cùm nulla Electio in corporis habitibus locum habeat: eligit autem ea, quæ in vita bona ſunt, utpote quæ congruunt rectæ rationi, lumini Naturæ atq; honeſtati.

Additur, quæ in Mediocritate conſiſtit, quoad nos, &c. quâ virtus à vitio diſcernitur, cùm mediocritas inter duo vitia verſetur, quorum alterum excedit, alterum verò deficit.

Unde vetus illud verbum:

V. 2. Bonum hominis proprium.

In rectè factis neq; addi, neq; demi quicquam poteſt,
Exceſſu namq; , defectuq; corrumpitur Virtus, medio autem ſervatur.

Hoc ſummum hominis bonum practicum, quod Civile dicitur, & in actione ſecundùm Virtutem conſiſtit, eſt *Illa-ipſa Cynoſura*, quæ periculoſam vitæ humanæ navigationem in recto curſu dirigit, & quam ſuis viribus etiam homo naturalis aſſequi poteſt. Quocirca actiones noſtræ, ſi ex virtute dimanabunt, duces nobis ad felicitatem erunt: ſin verò à vitiis, in barathrum miſeriarum nos præcipitabunt.

Proin Virtutis habitus Auguſtum, Principem, &c. (*Quem* humanitatis participem, & vitæ communis non ignarum fingimus) virum bonum efficiet & tanta probitate præditum, ut & ſeipſum, & omnes, qui ſuo imperio parebunt, in viam veræ felicitatis perducat.

V. 3. Bonum humana induſtria parabile.

Igitur Virtus Auguſto, Principi, &c. ſuâ causâ, & quidem ob decorum, maximè neceſſaria, cùm primum & præcipuum ſit requiſitum: Nam

qui probatæ vitæ ſunt, cæteros homines antecedunt.

* l. 6. in pr. C. ad L. Iul. rep. l. 1. in f. C. d. off. Mag. Offic.

Et benè noſter:

V. 4. Bonum ſtabile.

Altum quiddam eſt virtus, excelſum, regale, invictum, infatigabile &c.

Sen. 7. de beata vita.
Iuſtin. à pr.

Principio rerum, gentium, nationumq; Imperium penes Reges erat, quos ad faſtigium hujus Majeſtatis non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio provehebat.

3. d. Benef. 18.

Nec, juxta ſapiens Senecæ effatum:

Ulli præcluſa eſt, omnibus patet, admittit; omnes invitat, Reges etiam, &c.
Nec Sexum eligit, &c.

Sed & fama ejus hoc exigit, quod

Plin. in Paneg. f. 43 m. c. 55. m

ut quisq; factus eſt Princeps, extemplò fama ejus, incertum bona, an mala, cæterum æterna eſt. Non ergo perpetuò Principi fama, quæ invitum manet, ſed bona concupiſcenda eſt.

Ibid. fol. 66. m. c. 83. p.

Nam *habet hoc magna fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum eſſe patitur: Principum*

Digitized by Google

cipum verò non modò Domûs, ſed Cubicula ipſa, intimosq; receſſus recludit, omniaq; arcana noſcenda famæ proponit atq; explicat.

Adeò Λαθεῖν τὰ ἔργα βασιλέων ἀδύνατον:

Principum acta latere nullo pacto poſſunt: Herodian. l. 4. p. 102. f.

Et quamvis *demiſſi in obſcuro vitam agentes,*

Si quid iracundiâ deliquêre, pauci ſciant, famâ atq; fortunâ eorum pares ſient. Cæſar. in Orat. ap. Salluſt. Catil. c. 51.

Longè tamen diverſa res eſt cum iis, qui

magno Imperio præditi, in excelſo ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales novere.

Ita maxima fortuna, minima licentia eſt.

tàm cautè & accuratè.

Caſus Regum & Principum omnes ſciunt & inquirunt, ſi modò non ſint omninò ſupini & negligentes rerum, ſed attenti, & aliquâ curâ de rebus præditi. Eurip. Iph. 9. in Tauris Act. 3. p. 364.

Τὰ γὰρ τῶν βασιλέων παθήματα
ἴσασι πάντες, ὧν ἐπιστροφή τις ἦν.

Ut planè *nullus locus ſit, nullum tempus, quò funeſtorum Principum mores à poſterorum Execrationibus quieſcant.* Plin. Paneg. f. 41. p.

Tàm *magnoperè deteſtantur malos: Principes etiam, qui malos faciunt.* Ib. f. 32. ſub fin.

Quamobrem, ô Auguſte Princeps!

Omnia ſumma cum diligentia age. Nil tibi ipſi ignoſcens, ſed certum hoc habens, Omnia Tua & Dicta & Facta, ſtatim omnibus nota & futura. Vives enim veluti in quodam Orbis terrarum theatro, nec fieri poteſt, ut vel minimum peccatum Tuum lateat. Mæcen. ad Aug. ap. Dion. l. 52. p. 559. c.

Quod Poëta Vetus:

Hoc te præterea crebro ſermone monebo,
Ut de totius medio telluris in orbe Claudian. l. 12
Vivere cognoſcas: cunctis tua gentibus eſſe
Facta palàm: nec poſſe dari regalibus uſq;
Secretum vitiis.

Quid hîc de immenſis Virtutis utilitatibus memorem? Schola Virtutis eſt Aula Auguſtiſſima, in qua bene vivere eſt bis vivere. Nam V. 5. Bonum ſibi ipſi ſufficiens.

Ea malam vitam non admittit. Sen. de v. beata c. 7.

Utpote, in qua poſita eſt *vera felicitas, quæ facit, ut omnia ex Sententia cedant.* Ibid. c. 16.

Hæc *proprium hominum bonum.* Tac. 4. hiſt. c. 17. v. 9.

Sola præſtat gaudium perpetuum, ſecurum; Sen. ep. 27.
Etiamſi quid obſtat, nubium modo intervenit,
Quæ infra feruntur, nec unquam diem vincunt!

Et *Virtuti oppoſita nil detrahunt. Non eſt minor, ſed minus fulget. Quemadmodum enim minora Lumina claritas Solis obſcurat: ſic dolores, moleſtias, in-* Id. ep. 92. & 66.

jurias

V. 6. bonum validum adverſus fortuita.

jurias, virtus magnitudine ſua elidit atq; opprimit, & quocunq; affulſit, ibi quicquid ſine illâ apparet, extinguitur: nec magis ullam portionem habent incommoda, cum in virtutem inciderint, quàm in mari nimbus.

Id. c 2. lib. qu. bon. v. mala acc. cum ſit prov.

Et ut *tot amnes, tantum ſuperne dejectorum imbrium, tanta mediterraneorum vis fontium non mutant ſaporem maris, nec remittunt quidem: ita adverſarum impetus rerum viri fortis non vertit animum: manet in ſtatu, & quicquid evenit, in ſuum colorem trahit.*

Deinde Virtus quoq; Aug. Principi, Subditorum causâ, ſummè neceſſaria, & cum ipſis communicanda.

Agrippa in Orat. ad Aug. ap. Dion. l. 52.

Neq; moretur illud:

Virtus ac ferocia Subjectorum ingrata Imperantibus. Nam fieri non poteſt, quin animo ſublimi ac ſpiritibus altis præditus libertatis cupiditate ducatur, Dominumq; omnem oderit.

Cæterum ſciendum eſt, ſicut diverſâ naturâ ſunt Principatus & Comitatus, ita (verbis Plinii) *non aliis Principem eſſe cariorem, quàm qui maximè Dominum graventur.*

in Paneg. c. 45.

Non eſt igitur, quod Virtus ſubjectorum ingrata ſit juſtè ac clementer Imperantibus; ſed contra id eniti decet, (Verbis Salluſtianis) *cum ipſe bonus atq; ſtrenuus ſis, uti quàm optimis imperites.*

ad Cæſ. Sall. ab init. Orat. 41.

Nam peſſimus quiſq; aſperrimè Rectorem patitur. Neq; timueris, ne quis bene educatus, inſtitutusq; conſilium convellendi ſtatus publici ſit initurus: quinimò id à diſciplina nulla formatis, & à flagitioſis timendum eſt. Hi enim facillimè eò adducuntur, ut turpiſſima ac peſſima quæq; in ſe & alios ſtatuant.

ad quam Sententiam & Mœcenas ad eund. Aug. in d l. 52. Dionis.

Hæc verò *Virdung. ad Agricol: Tacit.*

c. 31. p. 168. Paneg. ad Theod. p. 242. Latin Pacat.

Exaſperat equidem homines imperata correctio: Aſt blandiſſimè jubetur exemplo.

Vis tuos bonos? Ipſe eſto bonus: ſin malus; en malos! Bona imitatio eſſe ſine exemplo bono nequit.

Xenoph. l. 8. Pæd. add. eod. l. p. 161. 10.

Nam ὁποῖοί τινες ἂν οἱ προστάται ὦσι, τοιοῦτοι
καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνονται.

Liv. l. 1. c. 21. pr.

Ipſi ſe homines in Regis, velut unius exempli mores formant.

l. 2. d. Clem. c. 2.

Sic ad Neronem noſter Sophus: *Tradetur iſta animi tui manſuetudo, diffundetur usq; paulatim per omne Imperii corpus.*

A capite bona valetudo, inde omnia vegeta ſunt, atq; erecta, aut languore demiſſo; prout animus viget aut marcet.

Thucyd. l. 2. p. 132. c.

Δῆ διέξῄει διὰ παντὸς τοῦ σώματος τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ πρῶτον ἱδρυθὲν κακόν.

Pervidit totum corpus, ſumpto à ſuperioribus partibus initio, malum illud, cui prima in capite ſedes eſt.

Ut in corporibus; ſic in Imperio graviſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur.

Plin. l. 4. ep. 22. Niceph. Greg. l. 6. c. 18.

Τὰ πλεῖστα φιλεῖ, τὸ ὑπήκοον πρὸς τὴν τῶν ἀρχόντων συνδιατίθεσθαι βούλησιν, καὶ γλῶτταν, καὶ πᾶσαν χειρὸς πρακτικῆς κίνησιν. Τοῖς γὰρ τοιούτοις οἶδεν ἐξομοιοῦσθαι ῥαδίως τῶν ἀρχόντων εὐμένειαι.

Plerum-

Digitized by Google

Plerumq; ſolent ſubditi ad Principum voluntatem ſe accommodare, ad eamq; animum, & linguam, & omnes actiones referre. Hi enim obſequiis eorum benevolentiam rediminiſciunt:

Unde omnia repentè mutaverat Imperator mutatus. Alia ſpes, alius animus hominum, fortuna quoq; alia urbis videri. Liv. l. 5. c. 19.

Græcus etiam ille rectè: Iſocrat. ad Nicoclem.

Τὸν σεαυτοῦ σωφροσύνην παράδειγμα
Τοῖς ἄλλοις καθίστη γιγνώσκων, ὅτι τὸ
Τῆς πόλεως ὅλης ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι:

Plinius ſanè noſter plenius: *Manifeſtum eſt, Principum diſciplinam capere etiam vulgus, cum rem, ſi ab uno fiat, ſeveriſſimam fecerint omnes. Macte hoc gravitatis gloria, quâ conſecutus es, quod antea vis & Imperium, nunc mores vocarentur.* in Paneg. p. 43

Idemq; iterum: *Flexibiles quamcunq; in partem ducimur à Principe, atq;, ut ita dicam, ſequaces ſumus. Huic enim cari, huic probati eſſe cupimus: quod fruſtra ſperaverunt diſſimiles: eaq; obſequi continuatione pervenimus, utpote omnes homines unius* (Principis) *more vivamus.* Ibid. c. 45. pag. 34.

Nec male Owenus in illo amœno hexaſticho:

Labitur indocto populus ſub Principe, ſicut
Præ capitis titubant ebrietate pedes. l. 2 Epigr. 165. & l. ſing. Epigr. 113. ad Iacob. R.

Iterumq;

O quanta exempli generoſo in Principe vis eſt?
Tu vitando vetas, Tu faciendo jubes;
Princeps principium motûs: Rex Regula vitæ:
Circumfert cœlum Sidera, Rex populum.

Quæ modò dixi, vel dehinc dicturus ſum, etſi ad Auguſtum ſive Im-
,,peratorem, ſive Regem, ſive Principem, Auguſtali quaſi Idea quadam Xe-
,,nophontea, filo tamen & meo, & præcipuè Lipſiano, principaliter aptavi
,,& contexui, communia nihilominus cum aliis, & in omni, nî fallor, Im-
,,perio adhibenda, adeoq; πεσάυλιον ad quamque Rempublicam commu-
,,ne eſt: Quippe quod inſuper, ſupra ac infra & ejusdem Conſtitutionem &
,,ſpecies in quocunque modo gubernandi occurrant. Iſthæc tamen dele-
,,cta dogmata, quantumvis ſint veterum, magis autem haud longè ab Ævo
,,Principum, finibusque Imperii R.G. quàm priſcis vel longinquis illuſtra-
,,vi Exemplis, & quidem Omnium & Singulorum AUGUSTORUM ex
,,Auguſtiſſima Familia AUSTRIACA: Siquidem & VIRTUTES &
,,BENEMERITA EORUNDEM, præ aliis hoc & illud quoq; expo-
,,ſcunt, ut Propago ex hac DOMO verè Aurea ante alios Imperii Prin-
,,cipes ad Honores ejusdem ſupremos hucusque evecta fuerit, atteſtatur
,,JCtus ille πολυχαρότατος: Nam *res certa, & inter admirandas eſt;* ait *iſo-* B. Carpzov d. Tr. c. 11. ſect. 2. n. 21.

E *ſiró-*

Digitized by Google

ϕικότατ☉ & admirandi ingenii vir J. Lipſ. in Admiranda, ex Una Auſtria X. nunc XIV. (nimirum RUDOLPHUS I. ALBERTUS I. FRIDERICUS III. ALBERTUS II. FRIDERICUS IV. MAXIMILIANUS I. CAROLUS V. FERDINANDUS I. MAXIMILIANUS II. RUDOLPHUS II. MATTHIAS I. FERDINANDUS II. FERDI-„NANDUS III. [FERDINANDUS IV. Rex Romanor. &c.] LEO-„POLDUS I.) Imperatores, & quidem dinumerando à præd. Imp. „IV. hucusque, ſicque per alterius Familiæ Principem nullam inter-„venientem Interruptionem Orbi Chriſtiano affulſiſſe, atque id ſanguinis „& natalium ſerie ſine ullo fulcro adoptionis. Quid in omni retro Princi-„pum claſſe ſimile: Duo, tres in una Domo, & vix fuerunt: in prima ipſa „Julii, nec ultra ſextum etiam adoptio prorogavit. Iterum dico, *mirabile*; „& quid niſi à Deo tacita vox & Teſtimonium, datam hanc FAMILIAM „& demiſſam è Cœlo in terras eſſe ad Imperia terrarum? Reitero verba „prodromi noſtri Politici: *Res certè & inter admirandas eſt*; Originem Auſtriæ „Ducum nonnullos ab ipſa arca Noë deduxiſſe: Alios eandem non à Ro-„manis, ſed Francis acceptam ferre deberi tradunt: ARCHIDUCUM verò „FAMILIAM referri ad RUDOLPHUM HABSBURGENSEM. Is „enim, cùm Auſtria Legitimo hærede deſtitueretur & Imperio aperiretur, „eam filio ALBERTO ſub Titulo Archiducatûs contulit, per quem to-„ta Illa Ampliſſima ARCHIDUCUM FAMILIA propagata. Iterum at-„que iterum *mirabilis* hujus FAMILIÆ FELICITAS, ut intra XV. anno-„rum ſpatium omnibus in Orbe Chriſtiano Regnis, vel Reges, vel Regi-„nas dederit, exceptâ Scotiâ. Si revolvantur Annales Vett. & Genealogiæ „PPum Chriſtianorum Omnium, haud puto in una ſtirpe reperiri poſſe tot ſublimia Imperia, tot Diademata & Sceptra, atque in hac Una, quàm „ſcribit Joh. Cuſpin. etiam t. t. ex Habſpurgenſium unica FAMILIA pro-„duxiſſe LVII. Maſculos PP. vel CÆSARES, vel REGES, vel ARCHI-„DUCES, DUCES aut COMITES &c. Nec dubitandum, ſicut aliâs „aliæ quoque Matronæ reſplendere ſub Maritorum Radiis dicuntur per „jura notiſſ. Ita AUGUSTISSIMORUM IMPERATORUM AU-„STRIACORUM AUGUSTAS vel IMPERATRICES non tantùm „propriis virtutibus claruiſſe, ſed & maximè prælaudatis MERITO-RUM Radiis coruſcatas, eosdemque, tanquam *Cynoſuram* inſecutas fuiſſe. Quales:

Cuſpin. in Auſtr. p. 44. Limn. de I. Publ. l. 5. c. 2. n. 1. & 4.

Car. Sigon. d. Regn. Ital. l. 12. Cromer. hiſt. pol. l. 9. in f.

A. ANNA HOCHBERGENSIS & BURGUNDA, REGIS G. NEPTIS.
A. ELISABETHA RENARDI DUCIS CARINTHIÆ FILIA.
A. ELEONORA ALFONSI PORTUGALLIÆ REGIS FILIA.
A. ELISABETHA SIGISMUNDI IMPERATORIS FILIA.

A. MA-

Digitized by Google

A. MARIA CAR. D. Burg: 2. ANNA DUCISSA BRIT; 3. BLANCA MARIA SF.
A. ISABELLA PORTUGALLIÆ REGIS FILIA.
A. MARIA CAROLI V. IMPERATORIS FILIA.
A. ANNA ARCHIDUCISSA AUSTRIÆ OENOPONTANA.
A. MARIA ANNA BAV. 2. ELEONORA MANTUANA.
A. MARIA PHILIP: III. HISP. R. 2. MARIA LEOPOLDINA AUSTR. 3. MARIA ELEONORA MANT.
A. MARGARITA TERESIA PHILIP.IV. HISP.REG. F.P.D. &c
A. CLAUDIA FELICITAS FERDIN. CAROLI ARCHIDUC. AUSTR. FILIA.
A. ELEONORA THERESIA MAGDALENA, PHILIPPI WILHELMI COMITIS PALATINI &c. &c. FILIA, MODERNA IMPERATRIX.

Cujus ſacris Nuptiarum Fœderibus Anno ſuperiore IN CASTELLO BATAVORUM feliciſſimè initis GERMANIA, EUROPÆ REGIONUM REGINA vehementiſſimè gaudens acclamavit votum illud vetus

FELICITER! FELICITER!

NUNC DISTINCTIUS:
DE
PRIMA VIRTUTIS
STELLA
JUSTITIA.

INter omnes autem virtutes ſunt quædam, velut Aug. & principales, ut JUSTITIA primùm, propria Impp. virtus, ſuprema pp^um^ dos & Gloria, quæ ſal & Sol Imperiorum ac Principatuum, cujus radii, niſi terras colluſtrarent, Mundus non Mundus ampliùs. Et quemadmodum REX ILLE REGUM, in Mundi hujus gubernatione, nihil aliud, quàm Nominis ſui gloriam, & hominis (cujus gratia omnia condidit) ſalutem intendit; ita neceſſe eſt Miniſtros potentiæ ſuæ ad eundem ſcopum adminiſtrationis collimare, ad bonum ordinem gubernationis omnia disponere: quem ſi præpoſtero confundant ordine, immaniter labefactantur omnia, nec jam ulla facies Civilis vitæ, niſi per larvas & falſas effigies veri. l. 10. ff. d. l. & l. pr. l. cod. confer. Theoph. ad pr.

 Quam

Bodinus 3. de Rep 7. Iavolenus ad l.202. de R.I. Pinellus part. 1.c.3. n.28. ad Rubr.C. d Reſc. Vend.

Quam egregius ille LL. vertex definit VOLUNTATEM CONSTANTEM ET PERPETUAM, JUS SUUM CUIQUE TRIBUENDI. *In definitionibus certis, quod firmum ac ſtabile futurum ſit, conſtitui nihil poteſt:* Licet omnes, præſertim in Jure Civili ſint periculoſæ, quia & Regulæ Juris, *propter multitudinem Exceptionum*, periculoſæ, illæque *ob verarum differentiarum penuriam, variasq; negociorum circumſtantias* minus perfectæ ſunt. Itaque l. Interpp. * volunt, ſufficere in Jure definitiones procedere, ſecundum communiter accidentia *Non definiunt ICti, nec opus eſt his definitio Logica*, ait Duarenus, qui tamen ipſe in definitione JUDICII explicanda integrum annum conſumſit. Qui autem definitiones Juris juxta Regulas Dialecticorum formari debere negant, nihil aliud agunt, quàm ut Jus Artem, cujus proprium eſt definire, negent, ſeque cum aliis, quoad Jurisprudentiæ Genus, perperam detorqueant, quæ tamen quæſtiones, an ſit Ars, an ſcientia, an ſapientia &c. Omnes ſunt ſuperfluæ, quia hi habitus intellectuales promiſcuè ſumuntur pro Notitia. Sic modo vocatur Ars, quia ſit collectio præceptorum: modò ſcientia, quia Juſtitiam ſuam demonſtrat per Cauſas: modo prudentia, quia Philoſophiæ practicæ ſit affinis: modo Notitia, quia ſæpè probabilibus tantum inhæreat. Melius autem ſentiunt, qui hæc 4. genera pro eodem ſumunt. Nam poſteriora 3. genera in definitione Jurisprudentiæ reperiuntur: 4. genus, quod dicitur Ars, cum tantum præſupponat induſtriam ejus, cujus eſt ſcientia, verbo ſolùm differt.

* Quos alleg. Gagnol. in d. l. in c.2. d. prob. Id. ad T. Iud. Talæus in præl. ad Dial. Ram. in loc. d defin. l.1. pr. ff. de I. & I. l 10. §. 2. eod. & § 1. I. d.t. l.1. §.1.C. de L.V.E.

Jacturo hac in re fundamentum perpetuæ commendationis & famæ, ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile, præcognoſcenda *Juſtitiæ definitio verbalis*; Sic Juſtitia induit naturam *Juſtificationis*, indeq; appellatur Imputativa.

vid. Rom.4. v.6. ſeqq. Tit.3. v.7. Weſenb in ff. d. t. n.4.

Sic eadem accipitur quoque pro *Juſtitia Divina, eaque duplici, vel quatenus illa* conſideratur reſpectu hominum erga Deum, & hæc *ſpiritualis ſive Evangelica* dici poteſt, peractâ demum mortalitate hâc in hominibus effulſurâ: vel quatenus DEO, tanquam ſubjecto inhæret, & hæc delineari magis, quàm deſcribi poteſt: *DEI enim tota eſſentia eſt juſta, eaq; incommutabilis, eademq; ſemper exiſtens, nec ullam perturbationem patitur, decreta quippe ſua non mutat DEUS.*

c incommutabilis 22. q. 4. add. Sen. l.2. QQ. nat. c. 35. & 36.

Verùm hæ acceptiones Juſtitiæ ſunt relinquendæ Theologis, nec falx in alienam meſſem mittenda, neque conſiderandum hîc eſt, qualem Juſtitiam Ille ICtus Ethnicus, ſed *qualem Juſtinianus, Princeps Chriſtianus intellexerit, Nempe humanam*, quæ mediante jure & legibus obtineri & conſervari; *Divina tamen* ratione Originis & objecti particularis dici poteſt: aliâs enim non tantùm *Theoſophi* tractant res divinas, quatenus in earundem penetrant agnitionem, & animas tuentur; at etiam *Aſtrææ Antiſtites* illas ipſas conſiderant propter finem ſubalternum, ſalutem ſcilicet Reip. quæ magis promovetur, ſi rerum divinarum Cura inſtituatur.

Weſenbec. Mynſ. Schneid. Vngep. ad d.h. pt.

Dein Juſtitiæ quoque inveſtiganda venit Definitio verbalis *κατ' ἐτυμολογίαν*, quæ eſt, quod dicta videatur, vel *à juſto, quemadmodum à mæſto mæſtitia*: vel potius à

Weſenb. d. loc. n. 3.

juris ſtatu, ſeu, quod idem eſt à
jure & ſiſtendo, quod jus ſuum cuiq; exiſtat.

c. forus extr. de V. S. Hottom. ad d. pr. Inſt. d. t. & Alii.

Etymon autem hoc
à Juſtitia, tanquam à Matre ſua, *nomen Juris deſcendere*, neque

l. 1. pr ff. eod.

à jubendo, ſeu juſſu h. e. *utilitate Tyranni, quæ publica cedit*; Jus enim conſideratur.

Nov. 83. in pr.

vel tanquam Cauſa Juſtitiæ, quatenus ea, vim divinam mentibus hominum inſitam ſignificat, quæ tanquam fons omnis boni & æqui, Jus dictavit, præſcripſit, conſtituit:

Don. 1. comment. 4. & Kekerm. 1. Eth. 4.

vel tanquam effectus ejus, quatenus per Juſtitiam, leges & Jus conſtituitur.
non à Grammaticis petitum eſt, ſed à Philoſophis.

Cont lib. 2. lect. c 6.

Jam verò ipſa Juſtitiæ trutinanda definitionis realis membra, quâ *Ulpianus* tria eſt complexus, genus, objectum & finem. Fruſtra enim hîc aliquis, Juſtitiæ formam, quæ eſt genus ipſum Juſtitiæ, requirat: Etſi (quorundam ſenſu) id rei forma ſit, quod in definitione locum Differentiæ implet. Sed hoc in ſubſtantiarum definitionibus verum eſt: ut cùm in Animalis definitione Corpus animatum eò reſtringitur, quòd ſit ſentiendi facultate præditum: aut in hominis definitione, ubi animal reſtringitur per hoc, quod ſit ratione præditum. *Sed aliter ſe res habet in accidentibus: quorum definitio ex forma & Materia conſtat; ac forma eſt genus, materia verò ſubjectum* ut diſertim Averroës ſcribit.

In lib. 2. poſter. context. 39. & 42.

Neque ignoro, hoc nomine Averroëm reprehendi ab egregio Philoſopho Jacobo *Zabarella*: ſed illud item ſcio, Zab. ipſum alibi idem ſcripſiſſe: neque omninò verum eſt, quod Zab. ait: Subjectum in Accidentis definitione poni, non tanquam aliquid eſſentiale, ſed tanquam conditionem neceſſariam. Nam *accidentia per ſubjectum eſſentialiter definiri*, clarè liquet ex Ariſtotelis poſterioribus Analyticis & Metaphyſicis &c.
Genus fecit

Lib. d. converſione dem. in def. c. 4. l. 4. de Method. c. 14. l. 1. poſt. c. 6. & l. 2. poſt. c. 10. lib. 6. c. 4.

Conſtantem & perpetuam Voluntatem:

Nec enim eſt novum JCtis; duplex verbis ponere Genus, quod re idem eſt: vel unum eſt genus, ſed eſt ejuſdem generis per plura vocabula explicatio: Neque tamen hæc duo ſunt unum, idemque; Dicitur enim
Conſtans, quoad Actionem.
perpetua, quoad propoſitum & intentionem, quâ quis conſtanter ſecundùm juſtitiam agere vult.

Quando ergò quæritur, an talis poſſit eſſe Juſtitia, quæ ſit
Conſtans & perpetua Voluntas.

 non

Digitized by Google

non eſt neceſſum diſtinguere cum aliis *Juſtitiam* conſideratam *in abſtracto, & in concreto*;

Cum hæc diſtinctio in Jurisprudentia nullum inveniat locum, quippe in qua homo non ſecundùm habitum, ſed ſecundùm actum conſideretur.

Aut inter *Juſtitiæ*

Eſſentiam, & ejusdem *Subjectum*;

Siquidem eatenus in homine illa conſtans & perpetua voluntas, quatenus juſtis actionibus exercitis gaudet, & injuſtis dolet; quod ſi aliquando à Juſtitia aberret, hoc præter ipſius intentionem fit. Sic *Prætor jus reddere dicitur, etiam cum iniq, decernit*. Relatione enim habita non ad factum Prætoris, ſed ad ejusdem officium. *Præterea*, cum Juſtitia definiatur conſtans & perpetua voluntas, illam voluntatem, quæ homini propria eſt, extra hominem conſiderare abſurdum foret. Sequitur *Juſtitiæ Objectum* ſeu *Materia*

l. 11. ff. de I. & I.

Lud. Molin. Tom. 1. Tr. 1. D. 1. de I. & I. n. 3.

Jus ſc.

abſolutè & in genere: non tantùm id, quod ex æqualitate, ſecundùm proportionem promanat. Ut vel hinc intelligi poſſit, propoſitum hîc fuiſſe definire univerſalem Juſtitiam:

Sutholt. diſſert. 1. aph. 41.

lib. 1. Eth. c. 1.

Quam Princeps Philoſophorum vocat

Δίκαιον Νομικόν:

Quæ *apud Ethicos* potiùs eſt in Idea quàm in actu, & in ſingularibus virtutum objectis occupatur; hîc autem & *apud JCtos* Juſtitia, quoad ſui obſervantiam, definitur univerſalis; quoad ſui verò ſcientiam intellecta Juſtitia, definiri dicitur Juſtitia & univerſalis & particularis. Et hæc diſtinctio eſt nominis in ſua analogata; Juſtitia enim univerſalis non eſt peculiaris Virtutis ſpecies, ſed ipſa & tota Virtus, ſub ambitu ſuo complectens Juſtitiam etiam particularem, concomitanter & cumulativè videl.

Eſt Juſtitia

Jus cuiq, ſuum tribuit, in omnibus omninò rebus, tàm divinis, quàm humanis, tàm publicis, quàm privatis, ſecundùm omnes LL. & Virtutes, quas ſub ſe comprehendit.

arg. §. 1. I. d. t. § fin. eod. & l. 1. § 2. ff. eod. arg. §. 3. d. t. & N. 69. in præf.

Obedientiam tamen erga LL. non internam illam & exactam omnium Virium, erga rectum rationis Judicium; ſed externam & qualis in hac imbecillitate eſſe poteſt, exigit.

Et quemadmodum

Politicus non particularem, ſed univerſalem Juſtitiam docet in urbes effundere.

Ariſt. 5. Eth. 2. Piccol. gr. 10. c. 28.

ita quoq;

JurisConſultus eandem applicat ad Rempubl. ſuam, & in ea bonos cives efficere cupit: cum finem habeat univerſalem, & tra-

l. 1. in f. ff. d. t. d. § 3. ff. eod. In pr. proœm. I. & t. t. ff. p. LL.

ctet

Digitized by Google

ctet de LL. quibuscunque, atq; ita objectum habeat non tantùm *τὴν εὐταξίαν*, ſed omnem *παρανομίαν*.

Finis demum eſt:

Suum (Jus ſc.) *cuiq; tribuendi:*

Quod tàm ſibi, quàm aliis Jure & Legibus debetur; — Weſ. in ff. d. t. n. 10. & & Borch ad d. pr.

Juſtitia enim adeò juſta eſt, ut & ſibi & ei, in quo eſt, non poſſit non eſſe juſta & æqua. Si alii podeſt, multò magis habenti eam & ſibi. Juſtitia igitur & ad habentem, & ád alterum refertur. Ad alterum *πρώτως*, ad habentem *δευτέρως*. Et illo reſpectu

Juſtitia tota ſe ad alienas utilitates porrigit atq; explicat.

Nec mutilum redditur hoc definitionis Realis membrum inſufficienti ſua partium Juris enumeratione: Nam tertium Præceptum — Cic. lib. 2. de Rep. & Philoſoph. 5. Eth. 1. d. §. 3.

Jus ſc. ſuum cuiq; tribuere,

in illa Definitione non conſideratur ut Præceptum Juris, ſed ut Juſtitiæ Finis. Dein hoc Præceptum vel ſeorſim ponitur, & tunc 2. priora Præcepta in tertio eminenter, velut apud Philoſophos animá vegetativa & ſenſitiva in rationali, continentur: vel conjunctum eſt cum reliquis, & tunc induit naturam partis, quæ circa contractus occupatur.

Aliàs eadem *tria Juris Præcepta ita ſe habent*, ut ſecundum ex primo, tertium ex ſecundo Limitationem accipiant: e. g. Ita in ſecundo Præcepto prohibetur alterius læſio, ut tamen ſub alterius læſione noſtri læſio contineatur, alioquin peccaretur in primum Præceptum. Sic in tertio Præcepto ſuum cuiq; tribuimus, ne tamen eo modò alter, cui jus tribuimus, in ſecundum Præceptum impingat, ut ſi

Latroni, alterum læſuro, arma, quæ apud nos depoſuit, reſtituamus. — l. 31. §. ff. depoſ.

Dum itaq;

Jus unicuiq; ſuum tribuit HÆC JUSTITIA,

totius mundi vices ſacrâ moderatione diſpenſat, per quam LL. fundantur, florentiſſimæ res generantur, ubertas bonorum omnium in omnes Imperii venas derivatur, & cœlum quoddammodo in terras deducitur: &

ſine qua nec Jupiter ipſe Principatum gerere queat. — Plut. lib. d. doctrin. princ.

Quæ *Cæſaribus noſtris* tantopere curæ, cordiq; fuit, ut

Imperatoriam Majeſtatem non minus Legibus, — pr. proem. Inſtit. Juſt. confer.

quarum adminiculo Juſtitia floret quæq; vinculum ſunt Reip. ad frænandas hominum cupiditates,

Armatam, quàm armis decoratam — Princ. d. Juſt. Cod. confirm.

eſſe voluerint, imò Legibus orbem, quaſi templum quoddam Juſtitiæ conſecrarint:

Quam Philoſophus ille Clariſſimus — Plato l. 4. d. Rep.

maximum, ſummumq; donum, quod à Diis acceperint homines,

appellavit:. Cujus

Valentin. ap. Zonar. tom. 3. Philo de Abrah.

Cura imprimis à Principe flagitatur:

Quæque

Principatum inter virtutes tenens,

Ornat earum chorum maximè:

Quaque florente

Prov. 16, 12. & c. 25, 5.

firmatur Solium,

dixit Regum ſapientiſſimus:

Ariſt. 5. Polit. c. 10.

Si, nempe Imperator in ſe & ſuis Jus ac æquitatem ſervet, ut nec opulenti injuſtum aliquid patiantur, nec plebs contumeliam accipiat:

Repetat idem Authoritatis ſuæ originem, quibus imperandi poteſtas data eſt, atq; Eminentiæ ſuæ incunabula diligenti cogitatione ponderet, atque ſcrutetur, videbit certè non alia de cauſa homini, in homines conceſſum eſſe Imperium, quàm ut Juſtitiæ conſervaretur illæſa atq; illibata authoritas.

Cic. lib. 2. off. cum aliis.

Cum enim ab initio mortales ſine Legibus pariter & Regibus viverent, inciperentq; Potentiores infirmioribus ea, vel per vim rapere, quæ placebant, vel reſervare, quæ dare iis de Jure tenebantur, Juſtitiæ neceſſitate inventa eſt Regum Majeſtas; cui ſe ſubdiderunt liberè ante viventes mortales, non alia de cauſa; quàm quod credebant, electum à ſe Regem, & ipſum juſtiſſimum eſſe, & juſtarum Legum æquiſſimum executorem fore. Hanc Juſtitiam tanquam

Nov. 69. pr.

Unam omnium perfectiſſimam Virtutem;

&

Nov. 163. pr.

Præſtantiſſimum inter omnes homines bonum;

quâ

Nov. 164. pr.

Simul & Deo nihil majus exiſtit;

quâ

Nov. 30. c. 9. §. 1.

Nihil inter homines unquam exiſtit robuſtius aut pulchrius;

quæ

Reinck. d. Reg. Sec. & eccl c. 1. n. 45. ibid. n. 1.

Finis eſt Principatûs & Adminiſtrationis Politicæ;

&

Fundamentum legitimi Imperii:

Hanc, inquam, ipſa natura peperit, experientia nutrivit, Sapientia deniq multarum ætatum, in Throno Majeſtatis; ut Auguſtiſſimam rerum humanarum Imperatricem, collocavit: à quo Deorum Filii Reges & Δικασπόλοι cognominati:

in quâ

Cic. l. 1. & 2. offic.

Virtutis ſplendor eſt maximus, ex qua boni viri nominantur.

quâ remotâ,

Macrob. Somn. 1. 8.

nec Reſp. nec exiguus hominum cœtus, imò ne domus quidem parva conſtabit;

Auguſt. d. Civ. D. Lib. 4. c. 4. Luc. 10. v. 21.

Et

Regna quid ſunt, niſi magna Latrocinia?

Quia

Digitized by Google

Quia & ipſa Latrocinia quid ſunt? niſi parva & prava regna; quo ſenſu

Alexander M. dicitur Latro. Sen 1 d. benef. c. 13.

Indeq; HÆC Imperii SCITA Scitè:

Wie hoch und viel dann ja an der heilſamen *Juſtitz* gelegen/ ohne welche kein Reich/oder guter Name in der Welt nimmer beſtehen kan: Receſſ. Imp. d. A. 1603.

Idemq;

Wenn aber alles dieſes unverfänglich/wo nicht vorhin redlich gut Regiment/ Recht / Gericht und Handhabung wäre / uff denen/ als Grund-Poſten/ alle Reiche und Gewalt beruhen. & Receſſ de A. 1500. in pr.

Hâc enim ſervatâ

ex Potentibus videmus Potentes procedere, ex divitibus divites; alleg. Nov. 69 in fin. pr.

Hâc autem neglectâ

in omne ævum penè ex potentibus proceſſerunt inanes, ex divitibus verò pauperes, dum Patrum injuſtitiam ſoboles eſt ſecuta, & hoc non cogitant, neq; repetunt.

Illa igitur ceſſet Eris,

quam coluit Furius Gentilis adverſus Aſtræam in ipſa diſputatione, quæ agitata ab eodem contra ipſam Juſtitiam, ut eſt ap. Cic. non abhorrens à vero locus, quem allegat Lacteus ille Lactantius, aliàs Lucius Cœlius Firmianus: Inſtit. Div. l. 5. c. 12.

Aſt inſuper adſit Eros, & quidem cum Tabb. Sæ. Themidos, quam in Zodiaco vitæ humanæ, tanquam Virginem, poſitam eſſe, inter Leonem & Libram, puta

propoſiti firmitatem & æquabilitatem:

Illam indicant dicta iſta:

Hoc eſt Rhadamanteum Judicium,

Trutinâ juſtius: Orphica vita:

Juſtitiâ juſtior: Clavum rectum oportet tenere, & eâdem penſare trutinâ, &c.

Huc interdum temperandam eſſe Juſtitiam innuit, quia haud fruſtra

Summum jus ſumma ſæpe injuria, Cic. 1. offic. Terent Heautont. Act. 4. Scen. 5.

factum eſt jam tritum ſermone Proverbium: nec oportet L. ſcribere ſanguine humano more Draconis: neque ingenio caret, quod Poëtæ clavam Herculis oleo madidam finxerint, ſignificare volentes, actûs Juſtitiæ leniendos eſſe oleo miſericordiæ. Unde

JurisConſultus jubetur eſſe ſtudioſus æquitatis: l. hac lege 8. C. de pact. convent.

&

Sub Juris (ſc. ſtricti & ſubtilis) *auctoritate ſæpe pernicioſè errari,* l. 91. §. 3. d. V. O. conf. l. 51. § 2. ad L. Aquil

ait Caſtrenſis ille JCtus Nobilis Paulus.

Præterea Juſtitia Auguſto vel Principi, ſecundùm Definitionem Lipſianam,

Plin. Paneg. fol. 5. m. c. 6. pt. Sueton. in Nero. c. 37. Pl. in Supplicib. act 2. p. 385. f.

nam, *primùm in ſe exercenda*, ne quidvis ei liceat, juxta Juliæ turpè dictum: vel illud in Principatu beatiſſimum, quod nihil cogitur.

Aut iſtud Neronis: qui neminem Principum ſciviſſe, dixit, quid ſibi liceret.

οὐδὲν τυράννου δυσμενέστερον πόλει, ὅπου τὸ μὲν πρώτιστον οὐκ εἰσὶν νόμοι κοινοὶ, κρατεῖ δ' εἷς τὸν νόμον κεκτημένος αὐτὸς παρ' αὑτῷ.

Facetè non nemo: Imperativus primâ perſonâ caret. Orgulaniam ſupra LL. amicitia Auguſtæ Liviæ, Tiberii Uxoris, extulerat. (Tac. l. 2. c. 34.)

Malleſius in 39. cap. Syrac. f. 144. confer l. 31. ff de LL. §. 6. l. de l. N. G. &c. v. Beſold. 1. pol. 2. ch. 32. & ſeq. & ibi alleg.

Si ergò vel amica Auguſtæ ſupra LL; quanto magis Auguſta? quanto magis Auguſtus?

Et Alius locus ex Platone, qui Magiſtratus vocat LL. miniſtros (ὑπηρέτας τοῖς νόμοις.) & addit: huic Civitati præſens, paratumq; exitium proſpicio, in qua non LL. Magiſtratibus, ſed legibus Magiſtratûs præſunt: ſalutem verò illi, ubi Lex Domina eſt Magiſtratuum, Magiſtratûs autem ſunt Legis ſervi, id eſt, legi ſe ſubjiciunt, eique obtemperant.

in l. 4. d. LL. (tom. 2. fol. 715.) in lib. 1. d. Clem. c. 1.

Ita Seneca Neronem eloquentem introducit:

Sic me cuſtodio, tanquam Legibus rationem redditurus ſim.

Alexandri, cognomento Magni Magnum Judicium:

Plut. Orat. 2. d. Ejus fort. 334. E. Tac. 3. Ann. 26. in f. Iuſtin. l. 3. c. 2. vid. Piccart. Dec. 12. c. 1. & Baud. in Orat. ad ſtud. p. 73. &c. Dionyſii ap. Plut. in Comment. ad PP. indoctum.

Τὸν βασιλέα πάντων δεῖ περιεῖναι, τοῦ Δικαίου δ' ἡττᾶσθαι:

Rex debet omnibus aliis ſuperior, juſtitiæ tamen ſubditus eſſe.

Servius Tullius, *ſanctor Legum fuit, quîs etiam Reges obtemperarunt.*

Lycurgus Spartanis LL. inſtituit, *non inventione earum magis*, quàm exemplo clarior. Siquidem nihil Lege ulla in alios ſanxit, cujus non ipſe primus in ſe documenta daret. Populum in obſequia principum, Principes ad Juſtitiam Imperiorum firmavit.

Huc quadrat hoc effatum: *nulla ex re alia magis beatitudinem Tyrannidis intelligi, quàm, ſi quid vellet, ocyſſimè perfici conſpicere.*

Quæ obſtrictio Imperium non minuit, nam * *ſine injuria levem*

* Cic. pro P. 2. p. 7. b. (cap. 9 f.) Salluſt. Catil. c. 12. f.

Potentiam atque inopem eſſe arbitrantur.

Liv. l. 26. c. 36.

Et injuriam facere id demum eſt, imperio uti.

Verum etiam illud Pompejanum: *Si quid injungere inferiori velis, id prius in te ac tuos ſi ipſe juris ſtatueris, faciléque omnes obedientes habeas.*

Sive idipſum Naturæ Interpretis:

* Plin. Paneg. fol. 57 m. conf. l. 4. C. de LL. l. 3. C. de Teſtam. l. 23. ff. d. Leg. 3.

Non eſt Princeps ſupra LL. ſed LL. ſupra Principem.

Sive

Sive illud ſuaviſſimi Cygni Socratis: *Potentiam nimiam, ſenatûs Auctoritate frangendam.* ex Plat. ap. Plutarch. in Lycurg. p. 42. D. E.

Vox tamen magis θεῖα Viri quoque θείου: *remotâ Juſtitiâ*, quid ſunt regna, niſi magna latrocinia? quia & ipſa latrocinia quid ſunt? niſi parva regna. Auguſtin. d. Civ. D. l. 4. c. 4.

Quô ſenſu Alexander M. dicitur *Latro.* Nam apud Sen. l. 1. d. benef. 13.

Vis lexque Naturæ non, uti inter pecudes, ſic inter homines, Lucan. 10. v.
Poteſtatem & Imperium valentioribus dedit, 21. Plin. Paneg. c. 38. f.
Igitur, Qui poteſt, plus urget. Sic piſces ſæpè minutos P. Faber. ſemeſtr. l. 2. c. 2.
Magnus comeſt, & aves enecat accipiter. p. 21. 22.

Apage; at recole: Καὶ νυ δίκης ἐπάκυε, βίης δ᾽ ἐπιλήθεο πάμπαν
Τὸν δὲ γὰρ, ἀνθρώποισι νόμον διέταξε χρονίων. Heſiod. l. 1.
ἰχθύσι μὲν, καὶ θήρσι, καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς. oper. v. 273.
ἔσθειν ἀλλήλους. ἐπεὶ ὐ δίκη ἐστὶ μετ᾽ αὐτοῖς.
Audi, Juſtitiæ vimque obliviſcere diram.
Hanc etenim Legem nobis Deus ipſe relinquit.
Piſcibus at nemorumque feris, avibusq; ſe ut ipſi
Invicem edant, Juris quia non diſcrimen in illis.

Quare nec εὔφημα ſunt: *Omnia retinendæ dominationis* honeſta eſſe. Salluſt. Orat. Lepid.
ubicunque tantùm honeſta dominanti licent, precariò regnatur. Seneca Thyeſt. act. 2.

—— Et apud Philippum Macedonem, *nulla turpis erat ratio* vincendi. Iuſtin. 9. c. 8.

Deinde, ſecundùm eandem Juſtitiæ delineationem, illam ipſam Princeps erga ſubditos ſervet, quia hâc cauſâ creatus maximè: Sic *Imperator Valentinianus* multos Magiſtratibus præditos, ut injurios, mulctavit, cùm diceret: à Principe imprimis Juſtitiæ flagitari curam: τὸν κρατοῦντα ἀπαιτεῖσθαι πρὸ τῶν ἄλλων δικαιοσύνης φροντίζειν. Zonar. tom. 3. p. 25 50.

Ad Manuariam autem Legem pertinet illud: Liv. l. 3. c. 12.

neque ſuum cuique jus modum faciebat; ſed virium ſpe & manu obtinendum erat, quod intenderes. Orat. l. d. Fort. Alex. p. 332. B.

Quæ Græcè dicitur χειροκρατία ſeu χειροπραγία, quam Plutarchus opponit Juſtitiæ.

Jus ideo ipſe Princeps dicat, reddat: *Quod ad Solem* converſum eſt, citius matureſcit: ſic cùm negocium tractatur in præſentia principis, à quo dependet approbatio, citius expeditur, quàm ſi ſolùm per Deputatos. Ioh. Keiſersbergii apophtegma ex ejus facetiis.

Quidam offenſus dolore pulicis, pedem mordentis, ſubſedit, & Herculem ἀλεξίκακον imploravit: mox deſiliente pulice, malè precatus eſt Herculi, qui cùm in tantillo periculo vocatus, non tuliſſet opem, non videri veriſimile, eum in gravioribus adfuturum. Eraſm. in Adag. ex Æſopo.

Digitized by Google

Ita cum cauſa vel tempore juris dicundi Princ. comp ratum eſt &c. confer hic quæſt. in Lipſ. Monit. ferè ſub fin. eorund. p.m.138.

Zonar. tom.3. p.57.f. & ſeq.

Imperator Juſtinus Curopalata, *cùm eſſet morbido* corpore, neque frequenter in publicum prodiret, multos ad inferendas aliis injurias, quaſi nullus earum vindex eſſet, audaciores reddidit.

Juſtin. l.1. c. 2. f.

Ninyas, & eum ſecuti Reges Aſſyriorum, *reſponſa Gentibus per internuncios dabant.*

Xiphil. in Marco. pag. 272. & ſeq.

M. Antoninus Imp. *quoties bellis non impediebatur, ſolebat* jus reddere, juberéque multos modios aquæ Oratoribus dari; in cauſis autem diligenter cognoſcendis atq; examinandis paulò longior eſſe, ut undecunque Jus inveſtigaret. Nam de eadem Cauſa dies 11. & ſæpè 12. aliquando etiam noctu cognovit. Cùm n. eſſet amans laboris, tùm verò diligenter applicabat animum ad omnia, quæ ad principatum pertinerent.

Curt. l.8. f.529.

Apud Indos Regia adeuntibus patet: *cum capillum* pectit Rex atque ornat, tum reſponſa Legationibus, tunc jura popularibus reddit.

Sueton. Cæſ. c.43.

Julius *Cæſar jus laborioſiſſimè ac ſeveriſſimè dixit.*

Plin. in Paneg. c.77.

Imper. Trajanus *tàm aſſiduus in tribunali, ut labore* refici ac reparari videretur.

Zonar. tom.3. p.17.18.

Imper. Julianus *cæteris Imperii curis, etiam Juris dicundi* munus adjunxit.

Liv. l.41. c.20. pr.

Perſeus Rex Macedoniæ *more Sellâ eburneâ poſitâ jus* dicebat, diſceptabatq; controverſias minimarum rerum.

Exner. Valer. Max. Chr. l.5. c.24. Ex. 2.

FRIDERICUS Imp. Principes, qui Juſtitiam non colerent, ſimiles ſibi videri dicebat eis, qui morbo caderent comitiali: nam cùm animæ materia ſit ſola juſtitia, qua tenditur ad vitam, (teſte *Lactantio*) quid reſtat Principibus, ſublatâ Juſtitiâ? h. e. ſublato vitæ nutrimento & cibo, niſi fore Caducarios. Tribuunt id nonnulli R. ALPHONSO.

id. Ex. 4.

RUDOLPHUS I. Imper. Juſtitiæ ſtudioſiſſimus, ſi quiſquam Impp. expulit & juſtè punivit latrones & prædones, dum Imperator fuit: Imò etiam arces & domûs Prædonum funditùs evertit. Unde rigidus Juſtitiæ Executor à multis cognominatus eſt.

ib. Ex. 10.

FRIDERICUS II Imper. luculentum Juſtitiæ ſpecimen præſtitit, quòd, cum A. C. 1225. Fridericum, Ducem Auſtriæ, creaſſet Regem Auſtriæ, & illum omni Regali dignitate condecoraſſet, Eundem iterum ea dignitate privaret Anno 1236. quòd ageret vitam Rege indignam & informem.

ib. Ex. ult.

MAXIMILIANUS II. Imper. non modò Supremum in Imperio Germanico Tribunal Spirenſe, verùm in omnibus etiam aliis Regnis & Ditionibus ſuis, Senatûs Judicum Sapientia, Doctrina & Juſtitia, ac Veritatis amore, præſtantium, à Patre inſtitutos retinuit & confirmavit, ut LL. & Juſtitiæ Cuſtodes, & Executores ſeveri & vigilantes in ſingulis Provinciis excubarent. Sicut CAROLUS IV. Auream Bullam: Ita

CARO-

Digitized by Google

CAROLUS V. Conſtitutiones Criminales Anno 1530. & 1532. promulgavit. Sicq;

FERDINANDUS I. ab Amore Juſtitiæ ſingulari cognominatus Juſtus.

Sub MATTHIA I. Juſtitia Vidua non fuit, nec pupillus.
Duas æquitate ſua peſtes ex Aula proſcripſit:
Favores & Munera.
Soli illi Juſtitia oculata fuit, quæ aliis cœca eſt:
Et ſic unicuiq; diſtribuens, quod ſuum eſt,
Sibi ſervavit, quæ aliis dabat!
An & MULIER His ſe inſeret?
Inſeret Marito! Nam
FRIDERICO
Luſitania Ulyſſipone non tàm Ventis, quàm Votis ELEONORAM
in Conſortem eduxit,
Fœminam, quæ non tantùm Majeſtatem & Coronam Imperii
ſed & ferre poſſet imperandi labores!
Et quod LEGES & LEGIONES

Plurib. leg. & de aliis iisd. Impp. Auſtr. Imperium Romano Germ. Vniv. Vienn. p. 281. It. Ejusdem Coronas XII. Cæſ. Rad. 2.

Ead. in Rad. 5.

ſint duo mundi brachia, quibus vim ſuam muniens Felix Romanorum (Germanorum) Genus omnibus anteponi Nationibus, omnibus dominati gentibus, tàm præteritis effecit temporibus, quàm Deo propitio in æternum efficiet: ait alicubi Juſtitiæ amantiſſimus JUSTINIANUS, non neſcis, quòd, ubi non ſit pudor, neq; cura Juris, Sanctitas, Pietas, Fides, inſtabile Regnum ſiet.

Cujus, procul dubio, IMPERATORIS, atq; MAJORUM etiam Exemplis incitatus, & Brachio Altero, *in ipſo virentis Ævi flore*, prehenſo maturrimè oblectatus

AUGUSTISSIMUS
LEOPOLDUS
IGNATIUS
Hungariæ & Bohemiæ &c.
REX
MODERNUS IMPERATOR.
INVICTISSIMUS.

PARS PRIMA

REGULAS

ex

Utroque Jure

SELECTISSIMAS

Quotidiè SIBI,

pòſt

Inſtitutiones Juris,

explicari curavit.

QUÆ

TRES CENTURIAE

à

Joh. Baptiſta Suttingero,

Cæſ. quondam Cancellari &c.

collectæ, hûc

quum

Hujus *ad* EXEMPLUM *totus componitur orbis.*

Et Vita S. PRINCIPIS, alîusq; Auguſti Magni Cenſura atq; Cynoſura, eaq; perpetua eſt, ad quam convertimur juxta Plin. l. mq; *referre, & oculis, animúq; Legentium ſubjicere* volui, debui.

Panegyr. c. 45. in f. p. 34.

L

Laudes & gratias, quas Domino Deo exhibere debemus, nec mens noſtra poteſt concipere nec lingua proferre.
l. 1. C. d. Officio Præfecti Africæ.

Legem condere ſoli Imperatori convenit.
l. fin. C. de Legib.

Legem interpretari debet is, qui eam condere poteſt.
l. 9. C. de LL.

Lege permittente quod fit, pœnam non meretur.
l. quid ſit fugitivus. 17 §. apud Labeonem 12. ff. d. ædil. edict.

Leges de futuris, non de præteritis diſponunt.
l. 7. C. de LL.

Leges indigent armis.
in Procem. Inſtit. Iuſtin.

Leges non dedignantur ſequi ſacros Canones.
Nov. 83. c. 1. & ib. Goth.

Leges ſunt ſacratiſſimæ, & ab omnibus ſciri debent.
l. Leges ſacratiſſimæ. 9. C. de LL.

Legibus, non Exemplis judicandum.
l. nemo 13. C. de Sent. & interl. omn. Iudicum.

Digitized by Google

Legis auxilium fruſtra implorat, qui in Legem committit.
l. auxilium 37. in fin. ff. de Minor.
Legislator commune bonum præferre debet privato.
l. utilitas. 3. C. d. Primipil. lib. 12.
Lex debet eſſe clara.
Nov. 107. c. 1.
Lex poſterior derogat priori.
l. non eſt novum. 26. ff. de LL.
Lex ſubditos tantùm ligat.
l. fin. ff de Iuriſd.
Lex ubi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.
l. de pretio. 8. ff. d. publ. in rem act.

E

Ea, quæ fortuitis caſibus accidunt, in nullo bonæ fidei judicio præſtantur.
l. quæ fortuitis. 6. & l. ſi nulla. 8. C. de pignorat. act.
Ea, quæ probari oſtendiq; nequeunt, pro non geſtis neq; exiſtentibus habentur.
l. in Lege 77. ff. d. contrah. empt.
E duobus malis minus eligendum.
l. exigendi. 12. C. d. Procuratoribus.
Emptor ejusdem juris eſt, cujus fuit author.
l. 156. §. 3. ff. de R. I.
Errantis nullus eſt conſenſus.
l. 116. §. fin. ff. de R. I.
Eſt quidem res ſanctiſſima Civilis ſapientia, ſed quæ pretio nummario non ſit æſtimanda.
l. 1. §. 5. ff. d. var. & extraord. cognit.
Etiam per unum actum contrarium perditur Privilegium.
l. 1. C. de his, qui ſponte pub mun. ſubeunt.
Exceptionem objiciens non videtur de intentione adverſarii confiteri.
cap. Exceptionem. 63. d. R. I. in 6.
Ex conſilio non fraudulento nemo obligatur.
c. nullus. 62. d. R. I. in 6.
Ex Conventione Contractûs legem accipiunt.
cap. Contractus. 85. de R. I. in 6.
Ex eo non debet quis fructum conſequi, quod niſus extitit impugnare.
cap. ex eo. 38. d. R. I. in 6.
Ex errore dati repetitio eſt.
l. 53 d R. I.
Exorbitantia à Jure ad conſequentiam non ſunt trahenda.
cap. quæ à jure. 28. de R. I. in 6.
Expedit Reip. ut delicta puniantur.
l. ita vulneratus. 51. §. fin. ff. ad L. Aquil.
Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.
l. 195. d. R. I.

O

Ob gratiam alicui conceſſum, non eſt trahendum in ipſius diſpendium.
cap. quod ob gratiam. 61. de R. I. in 6.

Obſcu-

Digitized by Google

Obſcura cum ſunt jura, reo favendum eſt potius, quàm actori.
cap. cum ſunt. 11. de R. I. in 6.
Oculis magis, quàm auribus eſt credendum.
§. fin. inſt. de grad. cogn.
Odia reſtringenda ſunt, favores autem ampliandi.
cap. odia 15. de R. I. in 6.
Odio duplici nemo debet prægravari.
l. navis onuſta. 4. §. cum autem. 2. ff. ad L. Rh. d. jactu.
Offenſa Magiſtratui facta, videtur eſſe facta Principi.
Dd. in l. 1. §. fin. ff. d. injur.
Offenſio quando eſt licita, defenſio eſt illicita.
l. prohibitum. 2. C. de Jure fiſci. lib. 10.
Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.
l. ſed ſi quis. 7. ff. Teſtam. quemadm. aper.
Omne qui dicit, nihil excludit.
l. Iuliano. 68. in pr. de legat. 3.
Omnes quod tangit, ab omnibus debet approbari.
cap. quod omnes. 29. de R. I. in 6.
Omnis Definitio in Jure eſt periculoſa.
l. 202. ff. de Reg. Iur.
Omnis obligatio tollitur, ſoluto eo, quod debetur.
Princip. Inſt. quib. mod. toll. oblig.
Onus qui ſentit, ſentiat & commodum.
l ſecundùm naturam. 10. ff. de R. I.
Onus rei tranſit cum re ipſa.
cap. Paſtoralis. 28. X. de decimis.
Ordinationi Dei reſiſtit, qui Imperatori reſiſtit.
can. qui reſiſtit. 11. q. 3.

P

Peccati venia non datur, niſi correcto:
cap. peccati. 5 de R. I. in 6.
Per alium qui facit, perinde eſt, ac ſi faciat per ſe ipſum.
cap. qui facit. 72. de R. I. in 6.
Plus cui licet, & minus licet.
l. 21. ff. de R. I.
Plus ſemper in ſe continet minus.
cap. plus. 35 de R. I. in 6.
Poteſt quis per alium, quod facere poteſt per ſe ipſum.
cap. poteſt. 68. de R. I. in 6.
Princeps præſumitur omnia jura habere in ſcrinio pectoris ſui.
l. omnium. 19. C. de Teſtamentis.
Princeps quandoque propter importunitatem concedit, quæ concedenda non ſunt, & ideo talis conceſſio non valet.
l. 1. C. d. petitionib. bonor. ſublatis, lib. 10.

Prin-

Digitized by Google

Princeps quod ex certa ſcientia fecit, improbare, eſt crimen ſacrilegii.
l.2.C. de Crim. ſacrileg.
Principi nihil eſt clarioris luminis, quàm recta Fides & Religio.
l.3. & ſeqq.C. de SS.Trin. & F.Cathol.
Prior tempore, potior Jure.
cap. qui prior.54. d.R.I. in 6.
Privilegium perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.
cap privilegii.7.de R.I.in 6.
Prohibito aliquo, prohibentur omnia, quæ ſequuntur ex eo.
cap.cùm quid.39 d.R I in 6.
Pro impleta habetur conditio, cùm non ſtat per eum, ad quem pertinet, quò minus conditio impleatur.
cap. cum non ſtat. 66. de R.I. in 6.
Pro infectis habentur, quæ contra jus fiunt.
cap quæ contra.65. de R.I in 6.
Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſiit poſſidere.
cap. pro poſſeſſore 36. de R.I. in 6.

O

Occidiſſe vulgò dicitur, qui mortis cauſam præbuit.
l. ita vulneratus. 51. in pr. ff. ad L Aquil.
Occupantis conditio melior eſt in pari cauſa.
l.ſi quis à multis.14. ff.d. noxal.act.
Occurrere in tempore melius eſt, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere.
l.1.C. quando lic.Vnic. ſine Iud. ſe vind.
Odio alterius nemo debet prægravari.
l.ſi quis ſuo teſtamento.33.§. fin C.d. inoff.Teſt.
Officia amicitiæ & fidei gratis præſtanda ſunt.
l 1. §.4. ff.Mandati.
Omnes ſcire debent, quod ſuum non eſt, hoc ad alios omnibus modis pertinere.
l fin.C. unde vi.
Omnia Judicia publica infamant.
l 1 ff.de public. judiciis.
Omnia, quæ recto conſilio geruntur, jure, meritoq; effectu & firmitate niti debent.
l.3.C. de repudiis.
Omninò non reſpondit, qui non ad interrogata reſpondet.
l. de ætate.11.§. quod ante.5. ff.d. interrog act.
Opinio non præjudicat veritati.
cap. cum Bertholdus.18. X.de ſent. & re jud.
Opponens exceptionem Solutionis, probare eam cogitur.
l.1.C. de probationibus.
Optima Legum interpres, conſuetudo.
l 37 ff.de LL.
Ordinarium Remedium facit ceſſare extraordinarium.
l.fin.C.ut lite pendent.

Digitized by Google

Ordinata charitas incipit à ſe ipſa.
l.præſes.6. C.de ſervit. & aqua.
Ordo Judiciarius pactis privatorum tolli non poteſt.
l.19. l. publicum.38.ff. de pactis.

L

Laborandum eſt, ut pugnantia potius concilientur, quàm ut Actus erroris arguatur.
l.12 ff d reb dub.
Lata culpa æquiparatur dolo.
l.quod Nerva.32.ff. depoſ.
Legitimè factum retractari non debet, licet caſus poſtea eveniat, à quo non potuit inchoari.
c.factum.73.de R.I. in 6.
Libera res qualibet præſumitur, donec contrarium probetur.
pr Inſt de Libertinis.
Liberalis nemo in neceſſitatibus præſumitur.
l.rem legatam.18 ff.d. adim.leg.
Libertas eſt res inæſtimabilis.
l.libertas.106 ff.d R.I.
Liberum corpus non recipit æſtimationem.
l.3 ff ſi quadr.pauper.fec dic.
Licita non ſemper honeſta ſunt.
l.144. ff. de R.I.
Liquidi ad illiquidum non eſt compenſatio.
l.fin.C. de compenſat.
Lite pendente nihil innovandum.
l.13.C. de appellat. & conſultat.
Lites non debent eſſe immortales.
l properandum C. de judiciis.
Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria vel jactura.
c. locupletari.48. de R.I. in 6.
Longè commodius eſt, rem ipſam poſſidere, & adverſarium ad opera petitoris compellere, quàm alio poſſidente petere.
l.24. ff. de rei vindicat.
Lucrum petentis durior cauſa eſt.
l 33. ff. de R. I.
Lucrum qui capit, factum præſtare debet.
l.149 ff.de R I.

D

Damnum dat, qui jubet dare.
l.169 ff de R I.
Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi & non aliis debet imputare.
c.damnum 86. de R.I. in 6.
Dei venia ſperanda, ubi multorum ſalus & incolumitas procuratur.
l. pen. C. de Feriis.

De-

Digitized by Google

Delictum perſonæ non debet in Eccleſia detrimentum redundare.
cap delictum.75.de R.I.in 6.

Denegare poteſt, qui concedere.
l. 102.§ fin.ff. de R.I.

Dies Feſtos Majeſtati Altiſſimæ dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari, nec ullis exactionum vexationibus profanari.
l. fin. C. de Feriis.

Digna vox eſt Majeſtate regnantis, LL. alligatum ſe Principem profiteri.
l 4.C de LL.

Disjunctorum alterutrum factum ſufficit.
l.110. §.3. ff. de R.I.

Dividi quæ nequeunt, ſolida debentur.
l.192. ff. de R.I.

Dolo caret, qui jure ſuo utitur.
l.55. ff. de R.I.

Dolo facit, qui petit, quod reſtituere oportet eundem.
c. dolo.59. de R.I. in 6.

Dolo non caret, qui Magiſtratui non paret.
l.199. ff. de R.I.

Dolus Tutoris pupillo non nocet.
l.198.ff de R.I.

Domus ſua cuiq; tutiſſimum refugium & receptaculum eſſe debet.
l.18 ff de in jus voc.

Dubii tollendi cauſâ adjectum non vitiat Jus.
l.quod dubitationis.81.ff. de R.I.

U

Vanæ voces populi audiendæ non ſunt.
l.12. §.1.C. de pœnis.

Velle eſt ejus, cujus eſt nolle.
l.3. ff. de R.I.

Velle quis non creditur, quod non poteſt.
l.Lucius.21. §.Impp 6.ff ad Municip.

Veniam Ætatis impetrans, non habet amplius beneficium reſtitutionis.
l.1.C.de his qui ven ætat.impetr.

Verba debent intelligi cum effectu.
l.1. §. hæc autem verba.1.ff. quod quisq. jur.

Verba non mutant ſubſtantiam rei.
l cum falſa.5.C de jur.& fact ign.

Verba ubi data ſunt, non fugiendum eſt ad interpretationes.
l. proſpexit.12. §.1. ff. qui & à quibus manumiſſ. lib. non fiant.

Veritas eſt amica ſimplicitati.
cap.veritatis.14.X.de jurej.

Veritas rerum geſtarum erroribus non vitiatur.
l.illicitas.6. § 1.ff. d. offic. præſid,

Veritas ſæpius examinata magis elucefcit.
can. grave. 35. q 9.
Veritati locus ſemper ſupereſt.
l. 29 §. 1. ff. de probat.
Viâ unâ electâ, non datur regreſſus ad aliam.
l. ſi mulier. 21. §. fin. ff. quod met. cauſ.
Viâ unâ prohibitum, aliâ non debet admitti.
cap. cum quid. 84. de R. I. in 6.
Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.
cap. quoſdam. 7. & cap. quanto. 8. X. d. Præſumpt.
Vim non facit, qui Jure ſuo utitur.
l. 155. §. 1. ff. de R. I.

S

Satius eſt nocentem dimittere, quàm innocentem condemnare.
l. 5. ff. de Pœnis.
Scienti & conſentienti non fit injuria, neq; dolus.
cap. Scienti. 27. d. R. I. in 6.
Scriptoris error partibus non nocet.
l. 92. ff. d. R. I.
Scriptura rei geſtæ probationem continere ſolet.
l. 5. C. de Transact.
Secundùm gradum dignitatis, vitæq; honeſtatem creſcit aut minuitur injuriæ æſtimatio.
§. 7. Inſt. de Injur.
Semel Deo dicatum non eſt ad uſus humanos ulterius transferendum,
c. ſemel. 5. de R. I. in 6.
Semel malus ſemper præſumitur malus.
c. Semel. 9. de R. I. in 6.
Semel quod placuit, amplius diſplicere non poteſt.
c. quod ſemel 22. de R. I. in 6.
Semel utiliter conſtituta ex poſt facto non vitiantur.
l. 85. §. 1. de R. I.
Semper in obſcuris, quod minimum eſt, ſequimur.
c. in obſcuris. 30. d. R. I. in 6. & l. 9. ff. d. R. I.
Sentiens onus, ſentire debet & commodum.
c. qui ſentit. 55. de R. I. in 6.
Servari ſibi fidem fruſtra quis poſtulat ab eo, qui fidem præſtitam ſervare recuſat.
c. fruſtra. 74. de R. I. in 6.
Sexûs muliebris fragilitas in perniciem ſubſtantiæ earum non debet converti.
pr. I. quib. alien. lic. vel non.
Si cui licet, quod plus eſt, licet etiam, quod minus eſt.
cap. cui licet. 53. de R. I. in 6.
Simplicitas eſt amica Legibus.
§. ſed quia. 7. I. d. Fideicommiſſ. hæredit.

I

Ignorantia facti, non Juris excuſat.
cap. ignorantia. 13. d. R. I. in 6.

Igno-

Digitized by Google

Ignorantia præſumitur, ubi ſcientia non probatur.
c. præſumitur 47. de R. I. in 6.

Imperator colit veritatem, & ea vult eſſe in Legibus, quæ re ipſâ obtinent.
l. un. C. d. dedititia. lib. toll.

Imperatoriæ Majeſtati convenit, ut omnipotentis Dei Templa, cultu aſſiduo, per omnia ſecula reditiva ſerventur.
l. ſi qui 10. C. de Hæretic. & Manich.

Imperatori nihil gratius, quàm humanitas.
l. fin. in pr. C. d. Epiſc. & Cleric.

Imperator quemadmodum viventibus providet, ita & morientibus proſpicere debet.
l. omne 2. C. comm. de leg. & fideic.

Imperiales contractûs Legis vicem obtinent.
l. pen. C. de don. inter vir. & ux.

Imputari non poteſt ei, per quem non ſtat, ſi non faciat, quod per eum erat faciendum.
cap. imputari. 41. d. R. I. in 6.

In alterius detrimentum conſilium mutare non licet.
cap. mutare 33. de R. I. in 6.

In Judiciis non eſt acceptio perſonarum habenda.
cap. in Iudiciis. 12. de R. I. in 6.

In re communi potior eſt conditio prohibentis.
cap. in c. communi. 50. d. R. I. in 6.

Inſpicimus in obſcuris, quod eſt veriſimilius, vel quòd plerumq; fieri conſuevit.
cap. inſpicimus. 45 d. R. I. in 6.

Judex quando aliquid facit, quod ad ejus non ſpectat officium, viribus non ſubſiſtit.
cap. ea quæ fiunt. 26. d. R. I. in 6.

Judicis juſſu aliquid faciens, dolo facere non videtur.
cap. quod quis. 24. d. R. I. in 6.

Jura vigilantibus, non dormientibus ſcripta.
l. 24. quæ in fraud. Credit.

G

Generalis locutio perſonam loquentis non comprehendit.
l. inquiſitio 18. C. de ſolut.

Generalis prohibitio etiam minima comprehendit.
cap. majorib. 8. X. de præbend.

Generaliter & indiſtinctè prolata, generaliter etiam ſunt intelligenda.
l. de pretio. 8 ff. d. public. in rem. act.

Generi per ſpeciem derogatur.
c. generi. 34. d. R. I. in 6.

Geometriam ſcire & diſcere, publicè intereſt.
l. artem. C. d. malefic. & mathem.

Gens ſub majori conſtituta Judice, majorem ſentiet providentiam.
Nov. 15. c. 6. quia vero §. audient.

Genus includit omnes ſpecies.
l. ſemper. 147. ff. d. R. I.

Gladii poteſtatem ſibi datam, nemo poteſt in alium transferre.
l. 70. ff. d. R. I.

Digitized by Google

Gratia à Principe ſuper delicto, vel aliàs alicui facta non præjudicat Juri Tertii.
c. quamvis. & ibi Dd. d. Reſcr. in 6.

Gratioſè conceſſum alicui, ab aliis non debet trahi in conſequentiam.
cap. quod alicui. 74. de R. I in 6.

Gravari nequit, qui honoratus eſt.
l. 1. §. ſciendum. d Reg. I.

Gravatus in uno ab alio debet relevari.
l. ſecundùm naturam. 10. ff. de R. I.

Grave eſt fidem fallere.
l. 1. in pr. ff. d. conſtitut. pecun.

Gravis eſt injuria, ut homines de rebus ſuis facere aliquid cogantur inviti.
l. dudum. 14. C. de contrah. emt.

Gravius in committendo, quàm in omittendo delinquitur.
l. Metrodorum. 40. ff. de Pœnis.

N

Natalium origo in deferendis honoribus ſpectatur.
l. honor. 14. §. 3. ff. d. Mun. & Honor.

Naturâ prohibita, lege non firmantur.
l. 188. §. fin ff. de R. I.

Neceſſitas non habet legem.
cap. quanto. 4. X. de Conſuetud.

Neceſſitatis causâ recepta, non debent in argumentum trahi.
l. 162. ff. de R. I.

Negligentibus non ſubvenitur, ſed neceſſitate rerum impeditis.
l. non enim. 16. ff. ex quibus cauſis majores.

Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.
l. Liber. 13. §. 1. ff. ad l. Aquil.

Nemo poteſt plus Juris in alium transferre, quàm ipſe habere dignoſcatur.
cap. nemo. 79. de R. I in 6.

Non debet aliquis alterius odio prægravari.
c. non debet. 22. de R. I. in 6.

Non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.
c. peccatum. 4. de R. I. in 6.

Non eſt in mora, qui exceptione legitima ſe tueri poteſt.
c. non eſt. 60. de R. I. in 6.

Non eſt magnum damnum, mora modici temporis.
l. ſi debitori. 21. ff. de judic.

Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum Juramentum.
cap. non eſt. 58. de R. I. in 6.

Non eſt ſine culpa, qui rei ſe immiſcet, ad ſe non pertinenti.
cap. non eſt 19. de R. I. in 6.

Non præſtat impedimentum, quod de Jure non ſortitur effectum.
c. non præſtat. 52. de R. I. in 6.

Non valenti agere, nec currit præſcriptio.
l. 2. & ibi Dd. C. qui admitti ad bon. poſſ.

A *Ab-*

Digitized by Google

A

Abſentia Reip. cauſâ non nocet.
l.140 ff de R l.
Abſolvere qui poteſt, poteſt & condemnare.
l.37.ff.de R.I.
Abundantia non vitiat ſcripturas.
l.94.ff.de R.I.
Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.
c acceſſorium.42 d R.I. in 6.
Actionem habere minus eſt, quàm rem.
l.204. ff. de R.I.
Actore non probante, reus abſolvitur.
l qui accuſare.4.C d. edendo.
Actori non licet, quod reo non permittitur.
cap. non licet 32. de R. I. in 6.
Actor ſequitur forum rei.
l. Juris ordinem. 2. C. de jurisd. omn. Jud.
Actus legitimi conditionem non recipiunt, neq; diem.
c. 50. de R I. in 6.
Ad agendum qui admittitur; ad excipiendum multo magis eſt admittendus.
cap. qui ad agendum. 71. de R.I. in 6.
A digniori ſemper fit denominatio.
arg. l. quæritur. 10. ff. de ſtat. hom.
Æquitas in Jure ſpectanda.
l. 90. d. R. I.
Æquitate deſiderante Jus mutatur.
l. 85. §. fin. ff. d. R. I.
Ætati in cauſis pœnalibus ſuccurritur.
l. 108. ff. de R. I.
Affirmanti incumbit probatio.
l. 2. C. de probat.

T

Tacens conſentire videtur.
c. qui tacet 43. d. R. I. in 6.
Tacens non fatetur, ſed nec utiq; negare videtur.
c. 44. de R. I. in 6.
Temporaria mutatio, Jus provinciæ non mutat.
l. 123. § fin ff. de R. I.
Temporis tractu non firmatur, quod ab initio non ſubſtitit.
cap. non firmatur. 18. de R. I. in 6.
Teſtamentaria ſucceſſio plenior eſt legitimâ.
l. 89. ff. de R I.
Teſtamentum inſinuatum Principi vel Judici valet ſine ſolemnitate teſtium.
l. omnium. 19. C. de teſtam.

Teſta-

Digitized by Google

eſtamentum Jure perfectum, per Reſcriptum Principis non poteſt reſcindi.
l. teſtamentum. 10. C. de teſtam.

Teſtatorum voluntates tuendæ ſunt.
l. 1. C. de SS Eccl.

Teſtatus & inteſtatus decedere nemo poteſt.
l. 7. ff. de R. I.

Teſtis nemo eſſe poteſt in propria cauſa.
l. nullus. 10. ff de Teſtib.

Timor vanus non excuſat.
l. 184. ff. d R I.

Traditionibus & Uſucapionibus, non nudis transferuntur pactis rerum dominia.
l. 20. ff. de pactis.

Transactione ſopita, neq; per Reſcriptum Principis ſunt reſuſcitanda.
l. cauſas. 16. C. de Transact.

Turpitudinem propriam allegans non eſt audiendus.
l. mercalem. 5. C. d. condict. ob turp. cauſ.

Tutela eò redire debet, quo hæreditas pervenit.
l. 37. in pr. ff. de R. I.

I

Imperitia culpæ annumeratur. l. 132. ff. d. R. I.

Impoſſibilium nulla eſt obligatio. l. 185. ff. de R. I.

In alternativis electio eſt penes debitorem. c. 70. de R. I. in 6.

In argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa.
c. in argumentum. 78. de R. I. in 6.

Infamibus non patent portæ dignitatum. c. infamib. 87. d. R. I. in 6.

In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.
c. 81. d. R. I. in 6.

Iniqua conditio alteri per alterum non eſt inferenda. l. 74. ff de R. I.

In Legem committit, qui Legis verba amplectens, contra Legis nititur voluntatem.
c. certum eſt. 88. de R. I. in 6.

In malis promiſſis fidem non expedit obſervari. c. 69. de R. in 6.

In pari delicto vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis. c. 65. de R. I. in 6.

In pœnis benignior eſt interpretatio facienda. c. 49. d. R. I. in 6.

Interpretatio contra eum eſt facienda, qui Legem potuit dicere apertius.
cap. contra eum. 57. d. R. I. in 6.

In toto partem non eſt dubium contineri. c. 80. d R. I. in 6.

Jura ſanguinis nullo Jure Civili dirimi poſſunt. l. 8. ff. de R. I.

Jus qui ſequitur, non fallitur. l. 116. §. 1. ff. de R. I.

V

Vim vi repellere licet. l. ut vim. 3. ff. d. I. & I.

Vis eſt etiam tunc, quoties quis id, quod deberi ſibi putat, per judicem non repoſcit.
l. 13. ff. quod metus cauſa.

Vita & fama pari paſſu ambulant. l. 9. ff. d. manum vind.

Uxor-

Digitized by Google

Unicuiq; ſua mora nocet. cap. mora. 25. de R. I. in 6.

Unius circumventio alteri non parit actionem.
l. 49. ff. d. R. I.

Unusquisq; rerum ſuarum moderator & arbiter.
l. 21. C. mand.

Volenti dolus non infertur. l. 34. C. de Transact.

Voluntarium ab initio ex poſt factô eſt neceſſarium.
l. ſicut ab initio. 5. C. de O. & A.

Voluntas & propoſitum delinquentis, maleficia diſtinguunt.
l. qui injuriæ cauſa. 53. ff. de furtis.

Voluntas hominis ambulatoria eſt, uſq; ad mortem. l. 4. d. adim. leg.

Voluntates legitimè contrahentium, omninò conſervandæ ſunt. l. 6. C. pro Soc.

Vox unius, vox nullius. cap. veniens. 10. in fin. X. de teſtibus.

Uſuras uſurarum exigere non licet. l. 28. C. de uſur.

Utile per inutile non vitiatur.
cap. 37. d. R. I. in 6.

Uxores à viris, non viros ab uxoribus defendi æquum eſt. l. quod ſi. 2. ff. de injuriis.

S

Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, nemo eſt puniendus.
c. 23. d. R. I. in 6.

Socius mei ſocii, ſocius meus non eſt.
l. 47. §. fin. ff. de R. I.

Solennia niſi ex æquitate non mutantur. l. 183. ff. d. R. I.

Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus. cap. in literis. 5. X. de reſt. ſpol.

Statutum fines ſuæ ditionis non egreditur. l. fin. ff. de juriſd.

Stylus ac conſuetudo Curiarum pro Lege habetur. §. fin. I. de Satisdat.

Sub auctoritate Juris plerumq; perniciosè erratur. l. 91. §. 3. ff. de V. O.

Subditorum commodis proſpicere, proprium eſt Principis. l. Imperialis. 23. C. de Nuptiis.

Subſtitutus in honore, ſuccedit in onere. cap. rationi. 77. de R. I. in 6.

Subtilitates ſine utilitate non ſunt ſequendæ. l. 7. in fin. C. de inſtitut. & ſubſtit.

Succedens in Jus alterius eo Jure, quo ille, uti debebit.
cap. is qui. 46. de R. I. in 6.

Suo quod non licet, nec alieno nomine licebit.
cap. quod alicui. 67. de R. I. in 6.

Superflua non nocent. l. 17. C. de teſtam.

Suprema voluntas ſemper potior habetur. l. ſi quis. 22. de leg. 3.

Suſpectus eſt, qui operam ſuam ingerit invito. l. quæ omnia. 25. ff. de procurat.

H

Hæredi non eſt relinquendum, quod ſcelere quæſitum eſt.
l. cum falſi. 12. ff. ad L. Corn. d. falſis.

Hæreditas non poteſt dari pactionibus. l. 5. C. de pact. convent.

Digitized by Google

Ita cum cauſa vel tempore juris dicundi Princ. comp ratum eſt &c. confer hic quæſt. in Lipſ. Monit. ferè ſub fin. eorund. p.m.138.

Zonar. tom.3. p.57.f. & ſeq. Imperator Juſtinus Curopalata, *cùm eſſet morbido* corpore, neque frequenter in publicum prodiret, multos ad inferendas aliis injurias, quaſi nullus earum vindex eſſet, audaciores reddidit.

Juſtin. l 1. c. 2. f. Ninyas, & eum ſecuti Reges Aſſyriorum, *reſponſa Gentibus per internuncios dabant.*

Xiphil. in Marco. pag. 272. & ſeq. M. Antoninus Imp. *quoties bellis non impediebatur, ſolebat* jus reddere, jubereque multos modios aquæ Oratoribus dari; in cauſis autem diligenter cognoſcendis atq; examinandis paulò longior eſſe, ut undecunque Jus inveſtigaret. Nam de eadem Cauſa dies 11. & ſæpè 12. aliquando etiam noctu cognovit. Cùm n. eſſet amans laboris, tùm verò diligenter applicabat animum ad omnia, quæ ad principatum pertinerent.

Curt. l.8. f.329. Apud Indos Regia adeuntibus patet: *cum capillum* pectit Rex atque ornat, tum reſponſa Legationibus, tunc jura popularibus reddit.

Sueton. Cæſ. c.43. Julius *Cæſar jus laborioſiſſimè ac ſeveriſſimè dixit.*

Plin. in Paneg. c.77. Imper. Trajanus *tàm aſſiduus in tribunali, ut labore* refici ac reparari videretur.

Zonar. tom.3. p.17.18. Imper. Julianus *cæteris Imperii curis, etiam Juris dicundi* munus adjunxit.

Liv. l.41. c.20. pr. Perſeus Rex Macedoniæ *more Sellâ eburneâ poſitâ jus* dicebat, diſceptabatq; controverſias minimarum rerum.

Exner. Valer. Max. Chr. l.5. c.24. Ex. 2. FRIDERICUS Imp. Principes, qui Juſtitiam non colerent, ſimiles ſibi videri dicebat eis, qui morbo caderent comitiali: nam cùm animæ materia ſit ſola juſtitia, qua tenditur ad vitam, (teſte *Lactantio*) quid reſtat Principibus, ſublatâ Juſtitiâ? h.e. ſublato vitæ nutrimento & cibo, niſi fore Caducarios. Tribuunt id nonnulli R. ALPHONSO.

id. Ex. 4. RUDOLPHUS I. Imper. Juſtitiæ ſtudioſiſſimus, ſi quisquam Impp. expulit & juſtè punivit latrones & prædones, dum Imperator fuit: Imò etiam arces & domûs Prædonum funditùs evertit. Unde rigidus Juſtitiæ Executor à multis cognominatus eſt.

ib. Ex. 10. FRIDERICUS II Imper. luculentum Juſtitiæ ſpecimen præſtitit, quòd, cum A. C. 1225. Fridericum, Ducem Auſtriæ, creaſſet Regem Auſtriæ, & illum omni Regali dignitate condecoraſſet, Eundem iterum ea dignitate privaret Anno 1236. quòd ageret vitam Rege indignam & informem.

ib. Ex. ult. MAXIMILIANUS II. Imper. non modò Supremum in Imperio Germanico Tribunal Spirenſe, verùm in omnibus etiam aliis Regnis & Ditionibus ſuis, Senatûs Judicum Sapientia, Doctrina & Juſtitia, ac Veritatis amore, præſtantium, à Patre inſtitutos retinuit & confirmavit, ut LL. & Juſtitiæ Cuſtodes, & Executores ſeveri & vigilantes in ſingulis Provinciis excubarent. Sicut CAROLUS IV. Auream Bullam: Ita

CARO-

CAROLUS V. Conſtitutiones Criminales Anno 1530. & 1532. promulgavit. Sicq;

FERDINANDUS I. ab Amore Juſtitiæ ſingulari cognominatus Juſtus.

Sub MATTHIA I. Juſtitia Vidua non fuit, nec pupillus.

Duas æquitate ſua peſtes ex Aula proſcripſit:
Favores & Munera.
Sol; illi Juſtitia oculata fuit, quæ aliis cœca eſt:
Et ſic unicuiq; diſtribuens, quod ſuum eſt,
Sibi ſervavit, quæ aliis dabat!
An & MULIER His ſe inſeret?
Inſeret Marito! Nam
FRIDERICO
Luſitania Ulyſſipone non tàm Ventis, quàm Votis ELEONORAM
in Conſortem eduxit,
Fœminam, quæ non tantùm Majeſtatem & Coronam Imperii
ſed & ferre poſſet imperandi labores!

Pluribus leg. & de aliis itid. Impp. Auſtr. Imperium Romano Germ. Univ. Vienn. p. 281. It. Ejuſdem Coronas XII. Cæſ. Rad. 2.

Ead. in Rad. 5.

Et quod LEGES & LEGIONES ſint duo mundi brachia, quibus vim ſuam muniens Felix Romanorum (Germanorum) Genus omnibus anteponi Nationibus, omnibus dominari gentibus, tàm præteritis effecit temporibus, quàm Deo propitio in æternum efficiet: ait alicubi Juſtitiæ amantiſſimus JUSTINIANUS, non neſcis, quòd, ubi non ſit pudor, neq; cura Juris, Sanctitas, Pietas, Fides, inſtabile Regnum ſiet.

Cujus, procul dubio, IMPERATORIS, atq; MAJORUM etiam Exemplis incitatus, & Brachio Altero, *in ipſo virentis Ævi flore*, prehenſo maturrimè oblectatus

AUGUSTISSIMUS
LEOPOLDUS
IGNATIUS
Hungariæ & Bohemiæ &c.
REX
MODERNUS IMPERATOR.
INVICTISSIMUS,

Digitized by Google

PARS PRIMA

REGULAS
ex
Utroque Jure
SELECTISSIMAS
Quotidiè SIBI,
poſt
Inſtitutiones Juris,
explicari curavit.
QUÆ
TRES CENTURIAE
à
Joh. Baptiſta Suttingero,
Cæſ. quondam Cancellari &c.
collectæ, hùc
quum
Hujus *ad* EXEMPLUM *totus componitur orbis.*
Et Vita S. PRINCIPIS, aliusq; Auguſti Magni Cenſura atq; Cynoſura, eaq; perpetua eſt, ad quam convertimur juxta Plin.
Panegyr. c. 45. in f. p. 34.
l. mq;
referre, & oculis, animoq; Legentium ſubjicere
volui, debui.

L

Laudes & gratias, quas Domino Deo exhibere debemus, nec mens noſtra poteſt concipere nec lingua proferre.
l. 1. C. d. Officio Præfecti Africæ.

Legem condere ſoli Imperatori convenit.
l. fin. C. de Legib.

Legem interpretari debet is, qui eam condere poteſt.
l. 9. C. de LL.

Lege permittente quod fit, pœnam non meretur.
l. quid ſit fugitivus. 17 §. apud Labeonem 12. ff. d. ædil. edict.

Leges de futuris, non de præteritis diſponunt.
l. 7. C. de LL.

Leges indigent armis.
in Prooem. Inſtit. Iuſtin.

Leges non dedignantur ſequi ſacros Canones.
Nov. 83 c. 1. & ib. Goth.

Leges ſunt ſacratiſſimæ, & ab omnibus ſciri debent.
l. Leges ſacratiſſimæ. 9. C. de LL.

Legibus, non Exemplis judicandum.
l. nemo 13. C de Sent. & interl. omn. Iudicum.

Legis

Digitized by Google

Legis auxilium fruſtra implorat, qui in Legem committit.
l. auxilium 37. in fin. ff. de Minor.
Legiſlator commune bonum præferre debet privato.
l. utilitas. 3. C. d. Primipil. lib. 12.
Lex debet eſſe clara.
Nov. 107. c. 1.
Lex poſterior derogat priori.
l. non eſt novum. 26. ff. de LL.
Lex ſubditos tantùm ligat.
l. fin. ff de Iuriſd.
Lex ubi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.
l. de pretio. 8. ff. d. publ. in rem act.

E

Ea, quæ fortuitis caſibus accidunt, in nullo bonæ fidei judicio præſtantur.
l. quæ fortuitis. 6. & l. ſi nulla. 8. C. de pignorat. act.
Ea, quæ probari oſtendiq; nequeunt, pro non geſtis neq; exiſtentibus habentur.
l. in Leg: 77. ff. d contrah. empt.
E duobus malis minus eligendum.
l. exigendi. 12. C. d. Procuratoribus.
Emptor ejusdem juris eſt, cujus fuit author.
l. 156. §. 3. ff. de R. I.
Errantis nullus eſt conſenſus.
l. 116. §. fin. ff. de R. I.
Eſt quidem res ſanctiſſima Civilis ſapientia, ſed quæ pretio nummario non ſit æſtimanda.
l. 1. §. 5. ff. d. var. & extraord. cognit.
Etiam per unum actum contrarium perditur Privilegium.
l. 1. C. de his, qui ſponte pub mun. ſubeunt.
Exceptionem objiciens non videtur de intentione adverſarii conſiteri.
cap. Exceptionem. 63. d. R. I. in 6.
Ex conſilio non fraudulento nemo obligatur.
c. nullus. 62. d. R. I. in 6.
Ex Conventione Contractûs legem accipiunt.
cap. Contractus. 85. de R. I. in 6.
Ex eo non debet quis fructum conſequi, quod niſus extitit impugnare.
cap. ex eo. 38. d. R. I. in 6.
Ex errore dati repetitio eſt.
l. 53 d R. I.
Exorbitantia à Jure ad conſequentiam non ſunt trahenda.
cap quæ à jure. 28. de R. I. in 6.
Expedit Reip. ut delicta puniantur.
l. ita vulneratus. 51. §. fin. ff. ad L. Aquil.
Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.
l. 195. d. R. I.

O

Ob gratiam alicui conceſſum, non eſt trahendum in ipſius diſpendium.
cap. quod ob gratiam. 61. de R. I. In 6.

Obſcu-

Digitized by Google

Obſcura cum ſunt jura, reo favendum eſt potius, quàm actori.
cap. cum ſunt. 11. de R. I. in 6.
Oculis magis, quàm auribus eſt credendum.
§. fin. inſt. de grad. cogn.
Odia reſtringenda ſunt, favores autem ampliandi.
cap. odia 15. de R. I. in 6.
Odio duplici nemo debet prægravari.
l. navis onuſta. 4. §. cum autem. 2. ff. ad L. Rh. d. jactu.
Offenſa Magiſtratui facta, videtur eſſe facta Principi.
Dd. in l. 1. §. fin. ff. d. injur.
Offenſio quando eſt licita, defenſio eſt illicita.
l. prohibitum. 2. C. de jure fiſci. lib. 10.
Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.
l. ſed ſi quis. 7. ff. Teſtam. quemadm. aper.
Omne qui dicit, nihil excludit.
l. Iuliano. 68. in pr. de legat. 3.
Omnes quod tangit, ab omnibus debet approbari.
cap. quod omnes. 29. de R. I. in 6.
Omnis Definitio in Jure eſt periculoſa.
l. 202. ff. de Reg. Iur.
Omnis obligatio tollitur, ſoluto eo, quod debetur.
Princip. Inſt. quib. mod. toll. oblig.
Onus qui ſentit, ſentiat & commodum.
l ſecundùm naturam. 10. ff. de R. I.
Onus rei tranſit cum re ipſa.
cap. Paſtoralis. 28. X. de decimis.
Ordinationi Dei reſiſtit, qui Imperatori reſiſtit.
can. qui reſiſtit. 11. q. 3.

P

Peccati venia non datur, niſi correcto:
cap. peccati. 5 de R. I. in 6.
Per alium qui facit, perinde eſt, ac ſi faciat per ſe ipſum.
cap. qui facit. 72. de R. I. in 6.
Plus cui licet, & minus licet.
l. 21. ff. de R. I.
Plus ſemper in ſe continet minus.
cap. plus. 35 de R. I. in 6.
Poteſt quis per alium, quod facere poteſt per ſe ipſum.
cap. poteſt. 68. de R. I. in 6.
Princeps præſumitur omnia jura habere in ſcrinio pectoris ſui.
l. omnium. 19. C. de Teſtamentis.
Princeps quandoque propter importunitatem concedit, quæ concedenda non ſunt, & ideo talis conceſſio non valet.
l. 1. C. d. petitionib. bonor. ſublatis, lib. 10.

Princeps quod ex certa ſcientia fecit, improbare, eſt crimen ſacrilegii.
l.2.C. de Crim. ſacrileg.

Principi nihil eſt clarioris luminis, quàm recta Fides & Religio.
l.3. & ſeqq.C. de SS. Trin. & F.Cathol.

Prior tempore, potior Jure.
cap. qui prior.54. d.R.I. in 6.

Privilegium perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.
cap privilegii.7.de R.I.in 6.

Prohibito aliquo, prohibentur omnia, quæ ſequuntur ex eo.
cap.cùm quid.39.d.R.I in 6.

Pro impleta habetur conditio, cùm non ſtat per eum, ad quem pertinet, quò minus conditio impleatur.
cap. cum non ſtat. 66. de R.I. in 6.

Pro infectis habentur, quæ contra jus fiunt.
cap.quæ contra.65. de R.I in 6.

Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſiit poſſidere.
cap. pro poſſeſſore 36. de R.I. in 6.

O

Occidiſſe vulgò dicitur, qui mortis cauſam præbuit.
l ita vulneratus. 51. in pr. ff. ad L. Aquil.

Occupantis conditio melior eſt in pari cauſa.
l.ſi quis à multis.14. ff.d. noxal.act.

Occurrere in tempore melius eſt, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere.
l.1.C. quando lic. Vnic. ſine Iud. ſe vind.

Odio alterius nemo debet prægravari.
l.ſi quis ſuo teſtamento 33.§. fin C.d. inoff.Teſt.

Officia amicitiæ & fidei gratis præſtanda ſunt.
l 1. §.4. ff Mandati.

Omnes ſcire debent, quod ſuum non eſt, hoc ad alios omnibus modis pertinere.
l fin.C. unde vi.

Omnia Judicia publica infamant.
l 1 ff. de public. judiciis.

Omnia, quæ recto conſilio geruntur, jure, meritoq; effectu & firmitate niti debent.
l.3.C. de repudiis.

Omninò non reſpondit, qui non ad interrogata reſpondet.
l. de ætate.11.§. quod ante.5. ff.d. interrog act.

Opinio non præjudicat veritati.
cap. cum Bertholdus.18. X.de ſent. & re jud.

Opponens exceptionem Solutionis, probare eam cogitur.
l.1.C. de probationibus.

Optima Legum interpres, conſuetudo.
l.37 ff.de LL.

Ordinarium Remedium facit ceſſare extraordinarium.
l.fin.C.ut lite pendent.

G Or-

Digitized by Google

Ordinata charitas incipit à ſe ipſa.
l.præſes.6. C.de ſervit. & aqua.

Ordo Judiciarius pactis privatorum tolli non poteſt.
l.19. l. publicum.38.ff. de pactis.

L

Laborandum eſt, ut pugnantia potius concilientur, quàm ut Actus erroris arguatur.
l.12 ff d reb dub.

Lata culpa æquiparatur dolo.
l.quod Nerva.32.ff. depoſ.

Legitimè factum retractari non debet, licet caſus poſtea eveniat, à quo non potuit inchoari.
c.factum.73.de R.I. in 6.

Libera res qualibet præſumitur, donec contrarium probetur.
pr Inſt de Libertinis.

Liberalis nemo in neceſſitatibus præſumitur.
l.rem legatam.18 ff.d. adim.leg.

Libertas eſt res inæſtimabilis.
l.libertas.106 ff.d R.I.

Liberum corpus non recipit æſtimationem.
l.3 ff ſi quadr.pauper.fec dic.

Licita non ſemper honeſta ſunt.
l.144. ff. de R.I.

Liquidi ad illiquidum non eſt compenſatio.
l.fin.C. de compenſat.

Lite pendente nihil innovandum.
l.13.C de appellat. & conſultat.

Lites non debent eſſe immortales.
l properandum C. de judiciis.

Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria vel jactura.
c.locupletari.48. de R.I. in 6.

Longè commodius eſt, rem ipſam poſſidere, & adverſarium ad opera petitoris compellere, quàm alio poſſidente petere.
l.24. ff. de rei vindicat.

Lucrum petentis durior cauſa eſt.
l 33. ff. de R. I.

Lucrum qui capit, factum præſtare debet.
l.149 ff.de R.I.

D

Damnum dat, qui jubet dare.
l.169. ff de R I.

Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi & non aliis debet imputare.
c.damnum 86. de R.I. in 6.

Dei venia ſperanda, ubi multorum ſalus & incolumitas procuratur.
l. pen. C. de Feriis.

De-

Digitized by Google

Delictum perſonæ non debet in Eccleſia detrimentum redundare.
cap delictum.75.de R.I.in 6.
Denegare poteſt, qui concedere.
l. 102.§ fin.ff. de R.I.
Dies Feſtos Majeſtati Altiſſimæ dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari, nec ullis exactionum vexationibus profanari.
l. fin. C. de Feriis.
Digna vox eſt Majeſtate regnantis, LL. alligatum ſe Principem profiteri.
l 4.C.de LL.
Disjunctorum alterutrum factum ſufficit.
l.110. §.3. ff. de R.I.
Dividi quæ nequeunt, ſolida debentur.
l.192. ff. de R.I.
Dolo caret, qui jure ſuo utitur.
l.55. ff. de R.I.
Dolo facit, qui petit, quod reſtituere oportet eundem.
c. dolo.59. de R.I. in 6.
Dolo non caret, qui Magiſtratui non paret.
l.199. ff. de R.I.
Dolus Tutoris pupillo non nocet.
l.198. ff de R.I.
Domus ſua cuiq; tutiſſimum refugium & receptaculum eſſe debet.
l.18 ff de in jus voc.
Dubii tollendi cauſâ adjectum non vitiat Jus.
l.quod dubitationis.81.ff. de R.I.

U

Vanæ voces populi audiendæ non ſunt.
l.12. §.1.C. de pœnis.
Velle eſt ejus, cujus eſt nolle.
l.3. ff. de R.I.
Velle quis non creditur, quod non poteſt.
l.Lucius.21.§.Impp 6.ff ad Municip.
Veniam Ætatis impetrans, non habet amplius beneficium reſtitutionis.
l.1.C.de his qui ven ætat.impetr.
Verba debent intelligi cum effectu.
l.1. §. hæc autem verba.1.ff. quod quisq. jur.
Verba non mutant ſubſtantiam rei.
l cum falſa.5.C de jur & fact ign.
Verba ubi data ſunt, non fugiendum eſt ad interpretationes.
l. proſpexit.12. §.1. ff. qui & à quibus manumiſſ. lib. non fiant.
Veritas eſt amica ſimplicitati.
cap veritatis.14.X.de juref.
Veritas rerum geſtarum erroribus non vitiatur.
l.illicitas.6.§ 1.ff. d. offic. præſid,

Digitized by Google

Veritas ſæpius examinata magis eluceſcit.
can. grave. 35. q 9.

Veritati locus ſemper ſupereſt.
l. 29 §. 1. ff. de probat.

Viâ unâ electâ, non datur regreſſus ad aliam.
l. ſi mulier. 21. §. fin. ff. quod met. cauſ.

Viâ unâ prohibitum, aliâ non debet admitti.
cap. cum quid. 84. de R. I. in 6.

Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.
cap. quosdam. 7. & cap. quanto. 8. X. d. Præſumpt.

Vim non facit, qui Jure ſuo utitur.
l. 155. §. 1. ff. de R. I.

S

Satius eſt nocentem dimittere, quàm innocentem condemnare.
l. 5. ff. de Pœnis.

Scienti & conſentienti non fit injuria, neq; dolus.
cap. Scienti. 27. d. R. I. in 6.

Scriptoris error partibus non nocet.
l. 92. ff. d. R. I.

Scriptura rei geſtæ probationem continere ſolet.
l. 5. C. de Transact.

Secundùm gradum dignitatis, vitaq; honeſtatem creſcit aut minuitur injuriæ æſtimatio.
§. 7. Inſt. de Injur.

Semel Deo dicatum non eſt ad uſus humanos ulterius transferendum,
c. ſemel. 5.. de R. I. in 6.

Semel malus ſemper præſumitur malus.
c. Semel. 9. de R. I. in 6.

Semel quod placuit, amplius diſplicere non poteſt.
c. quod ſemel 22. de R. I. in 6.

Semel utiliter conſtituta ex poſt facto non vitiantur.
l. 85. §. 1. de R. I.

Semper in obſcuris, quod minimum eſt, ſequimur.
c. in obſcuris. 30. d. R. I. in 6. & l. 9. ff. d. R. I.

Sentiens onus, ſentire debet & commodum.
c. qui ſentit. 55. de R. I. in 6.

Servari ſibi fidem fruſtra quis poſtulat ab eo, qui fidem præſtitam ſervare recuſat.
c. fruſtra. 74. de R. I. in 6.

Sexûs muliebris fragilitas in perniciem ſubſtantiæ earum non debet converti.
pr. I. quib. alien. lic. vel non.

Si cui licet, quod plus eſt, licet etiam, quod minus eſt.
cap. cui licet. 53. de R. I. in 6.

Simplicitas eſt amica Legibus.
§. ſed quia. 7. I. d. Fideicommiſſ. hæredit.

I

Ignorantia facti, non Juris excuſat.
cap. ignorantia. 13. d. R. I. in 6.

Igno-

Ignorantia præſumitur, ubi ſcientia non probatur.
c. præſumitur 47. de R. I. in 6.

Imperator colit veritatem, & ea vult eſſe in Legibus, quæ re ipsâ obtinent.
l. un. C. d. dedititia, lib. roll.

Imperatoriæ Majeſtati convenit, ut omnipotentis Dei Templa, cultu aſſiduo, për omnia ſecula redditiva ſerventur.
l. ſi qui 10. C. de Hæretic. & Manich.

Imperatori nihil gratius, quàm humanitas.
l. fin. in pr. C. d. Epiſc. & Cleric.

Imperator quemadmodum viventibus providet, ita & morientibus proſpicere debet,
l. omne 2. C. comm. de leg. & fideic.

Imperiales contractûs Legis vicem obtinent.
l. pen. C. de don. inter vir. & ux.

Imputari non poteſt ei, per quem non ſtat, ſi non faciat, quod per eum erat faciendum.
cap. imputari. 41. d. R. I. in 6.

In alterius detrimentum conſilium mutare non licet.
cap. mutare 33. de R. I. in 6.

In Judiciis non eſt acceptio perſonarum habenda.
cap. in Iudiciis. 12. de R. I. in 6.

In re communi potior eſt conditio prohibentis.
cap. in c. communi. 50. d. R. I. in 6.

Inſpicimus in obſcuris, quod eſt veriſimilius, vel quòd plerumq; fieri conſuevit.
cap. inſpicimus. 45 d. R. I. in 6.

Judex quando aliquid facit, quod ad ejus non ſpectat officium, viribus non ſubſiſtit.
cap. ea quæ fiunt. 26. d. R. I. in 6.

Judicis juſſu aliquid faciens, dolo facere non videtur.
cap. quod quis. 24. d. R. I. in 6.

Jura vigilantibus, non dormientibus ſcripta.
l. 24. quæ in fraud. Credit.

G

Generalis locutio perſonam loquentis non comprehendit.
l. inquiſitio 18. C. de ſolut.

Generalis probibitio etiam minima comprehendit.
cap. majorib. 8. X. de præbend.

Generaliter & indiſtinctè prolata, generaliter etiam ſunt intelligenda.
l. de pretio. 8. ff. d. public. in rem. act.

Generi per ſpeciem derogatur.
c. generi. 34. d. R. I. in 6.

Geometriam ſcire & diſcere, publice intereſt.
l. artem. C. d. malefic. & mathem.

Gens ſub majori conſtituta Judice, majorem ſentiet providentiam.
Nov. 15. c. 6. quia vero §. audient.

Genus includit omnes ſpecies.
l. ſemper. 147. ff. d. R. I.

Gladii poteſtatem ſibi datam, nemo poteſt in alium transferre.
l. 70. ff. d. R. I.

Gratia à Principe ſuper delicto, vel aliàs alicui facta non præjudicat Juri Tertii.
c. quamvis. & ibi Dd. d. Reſcr. in 6.
Gratioſè conceſſum alicui, ab aliis non debet trahi in conſequentiam.
cap. quod alicui. 74. de R. I in 6.
Gravari nequit, qui honoratus eſt.
l. 1. §. ſciendum. d Reg. I.
Gravatus in uno ab alio debet relevari.
l. ſecundùm naturam. 10. ff. de R. I.
Grave eſt fidem fallere.
l. 1. in pr. ff. d. conſtitut. pecun.
Gravis eſt injuria, ut homines de rebus ſuis facere aliquid cogantur inviti.
l. dudum. 14. C. de contrah. emt.
Gravius in committendo, quàm in omittendo delinquitur.
l. Metrodorum. 40. ff. de Pœnis.

N

Natalium origo in deferendis honoribus ſpectatur.
l. honor. 14. §. 3. ff. d. Mun. & Honor.
Naturâ prohibita, lege non firmantur.
l. 188. §. fin ff. de R. I.
Neceſſitas non habet legem.
cap. quanto. 4. X. de Conſuetud.
Neceſſitatis causâ recepta, non debent in argumentum trahi.
l. 162. ff. de R. I.
Negligentibus non ſubvenitur, ſed neceſſitate rerum impeditis.
l. non enim. 16. ff. ex quibus cauſis majores.
Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.
l. Liber. 13. §. 1. ff. ad l. Aquil.
Nemo poteſt plus Juris in alium transferre, quàm ipſe habere dignoſcatur.
cap. nemo. 79. de R. I in 6.
Non debet aliquis alterius odio prægravari.
c. non debet. 22. de R. I. in 6.
Non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.
c. peccatum. 4. de R. I. in 6.
Non eſt in mora, qui exceptione legitima ſe tueri poteſt.
c. non eſt. 60. de R. I. in 6.
Non eſt magnum damnum, mora modici temporis.
l. ſi debitori. 21. ff. de judic.
Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum Juramentum.
cap. non eſt. 58. de R. I. in 6.
Non eſt ſine culpa, qui rei ſe immiſcet, ad ſe non pertinenti.
cap. non eſt 19. de R. I. in 6.
Non præſtat impedimentum, quod de Jure non ſortitur effectum.
c. non præſtat. 52. de R. I. in 6.
Non valenti agere, nec currit præſcriptio.
l. 2. & ibi Dd. C. qui admitti ad bon. poſſ.

Digitized by Google

A

Abſentia Reip. cauſâ non nocet.
l.140 ff de R l.
Abſolvere qui poteſt, poteſt & condemnare.
l.37.ff.de R.I.
Abundantia non vitiat ſcripturas.
l.94.ff.de R.I.
Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.
c.acceſſorium.42.d.R.I.in 6.
Actionem habere minus eſt, quàm rem.
l.204. ff. de R.I.
Actore non probante, reus abſolvitur.
l qui accuſare.4.C d. edendo.
Actori non licet, quod reo non permittitur.
cap. non licet 32. de R. I. in 6.
Actor ſequitur forum rei.
l. Juris ordinem. 2. C. de jurisd. omn. jud.
Actus legitimi conditionem non recipiunt, neq; diem.
c. 50. de R. I. in 6.
Ad agendum qui admittitur; ad excipiendum multo magis eſt admittendus.
cap. qui ad agendum. 71. de R.I. in 6.
A digniori ſemper fit denominatio.
arg. l. quæritur. 10. ff. de ſtat. hom.
Æquitas in Jure ſpectanda.
l. 90. d. R. I.
Æquitate deſiderante Jus mutatur.
l. 85. §. fin. ff. d. R. I.
Ætati in cauſis pœnalibus ſuccurritur.
l. 108. ff. de R. I.
Affirmanti incumbit probatio.
l. 2. C. de probat.

T

Tacens conſentire videtur.
c. qui tacet 43. d. R. I. in 6.
Tacens non fatetur, ſed nec utiq; negare videtur.
c. 44. de R. I. in 6.
Temporaria mutatio, Jus provinciæ non mutat.
l. 123. § fin ff. de R. I.
Temporis tractu non firmatur, quod ab initio non ſubſtitit.
cap. non firmatur. 18. de R. I. in 6.
Teſtamentaria ſucceſſio plenior eſt legitimâ.
l. 89 ff. de R. I.
Teſtamentum inſinuatum Principi vel Judici valet ſine ſolemnitate teſtium.
l. omnium. 19. C. de teſtam.

Teſta-

Digitized by Google

Unicuiq; ſua mora nocet. cap. mora. 25. de R. I. in 6.
Unius circumventio alteri non parit actionem.
l. 49. ff. d. R. I.
Unusquisq; rerum ſuarum moderator & arbiter.
l. 21. C. mand.
Volenti dolus non infertur. l. 34. C. de Tranſact.
Voluntarium ab initio ex poſt facto eſt neceſſarium.
l. ſicut ab initio. 5. C. de O. & A.
Voluntas & propoſitum delinquentis, maleficia diſtinguunt.
l. qui injuriæ cauſa. 53. ff. de furtis.
Voluntas hominis ambulatoria eſt, usq; ad mortem. l. 4. d. adim. leg.
Voluntates legitimè contrahentium, omninò conſervandæ ſunt. l. 6. C. pro Soc.
Vox unius, vox nullius. cap. veniens. 10. in fin. X. de teſtibus.
Uſuras uſurarum exigere non licet. l. 28. C. de uſur.
Utile per inutile non vitiatur.
cap. 37. d. R. I. in 6.
Uxores à viris, non viros ab uxoribus defendi æquum eſt. l. quod ſi. 2. ff. de injuriis.

S

Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, nemo eſt puniendus.
c. 23. d. R. I. in 6.
Socius mei ſocii, ſocius meus non eſt.
l. 47. §. fin. ff. de R. I.
Solemnia niſi ex æquitate non mutantur. l. 183. ff. d. R. I.
Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus. cap. in literis. 5. X. de reſt. ſpol.
Statutum fines ſuæ ditionis non egreditur. l. fin. ff. de juriſd.
Stylus ac conſuetudo Curiarum pro Lege habetur. §. fin. I. de Satisdat.
Sub auctoritate Juris plerumq; pernicioſè erratur. l. 91. §. 3. ff. de V. O.
Subditorum commodis proſpicere, proprium eſt Principis. l. Imperialis. 23. C. de Nuptiis.
Subſtitutus in honore, ſuccedit in onere. cap. rationi. 77. de R. ſt. in 6.
Subtilitates ſine utilitate non ſunt ſequendæ. l. 7. in fin. C. de inſtitut. & ſubſtit.
Succedens in Jus alterius eo Jure, quo ille, uti debebit.
cap. is qui. 46. de R. I. in 6.
Suo quod non licet, nec alieno nomine licebit.
cap. quod alicui. 67. de R. I. in 6.
Superflua non nocent. l. 17. C. de teſtam.
Suprema voluntas ſemper potior habetur. l. ſi quis. 22. de leg. 3.
Suſpectus eſt, qui operam ſuam ingerit invito. l. quæ omnia. 25. ff. de procurat.

H

Hæredi non eſt relinquendum, quod ſcelere quæſitum eſt.
l. cum falſi. 12. ff. ad L. Corn. d. falſis.
Hæreditas non poteſt dari pactionibus. l. 5. C. de pact. convent.

Digitized by Google

Hereditas perſonæ defunctæ vicem ſuſtinet. pr. l. d. ſtipul. ſerv.
Hereditas una duobus in ſolidum dari nequit. l. 141. §. fin. ff. d. R. I.
Hæres de dolo ſuo in ſolidum; defuncti verò in id, quod ad eum pervenit, tenetur. l. 44. ff. de R. I.
Hæres ejusdem juris eſt, cujus fuit defunctus. l. 120. ff. de R. I.
Hominem homini inſidiari nefas eſt. l. 3. ff. de I & I.
Homo unus plurium vicem ſuſtinere non poteſt. l. ſi plures. 9. ff. de Pactis.
Honorem omnem reatus excludit. l. 1. C. ubi Senat. vel clariſſimi.
Honores & Munera non ſunt continuanda. l. 18. ff ad municip.
Honores gradatim ſunt deferendi. l. ut gradatim. 11. ff. d. mun. & honor.
Honoris augmentum non ambitione, ſed labore ad unumquemq; convenit devenire. l. contra. 14. C. de re milit. lib. 12.
Honor omni lucro præferendus eſt. l. reprehendendæ. 5. C. de Inſt. & Subſtit.
Honor unius alteri non debet eſſe damno. l. fin. C de ſtat. & imag.
Humana natura novas ſemper formas edere deproperat. l. 2. §. 18. C. d. V. I. E.

B

Beneficia Principum latiſſimè ſunt interpretanda. l. 3. ff. de Conſtit. Princ.
Beneficio adjuvari nos, non decipi oportet. l. 17. §. 3. ff. commodati.
Beneficium à jure alicui indultum, non eſt ei auferendum. c. 17. de R. I. in 6.
Beneficium à Principe conceſſum, decet eſſe manſurum. c. 16. d. R. I. in 6.
Beneficium invito non datur. l. 69. ff. de R. I.
Benè merentibus præmia tribui oportet. l. fin. C. d. ſtat. & imag.
Benignior Sententia in dubio eſt præferenda, l. 56. ff. de R. I.
Bona fides in Contractibus eſt obſervanda. l. 31. ff. depoſ.
Bona fides non patitur, ut ſemel exactum iterum exigatur. c. 83. d. R. I. in 6.
Bonam fidem non habere præſumitur, qui contra jura mercatur. c. 82. d. R. I in 6.
Bona non dicuntur, niſi deducto ære alieno. l. 72. ff. de jure dot.
Bona qui non habet, luat in corpore. l. fin. ff. de in jus voc.
Boni & innocentis viri officio Judicem fungi oportet. l. 4. §. 1. ff. fam. herciſc.
Bonus præſumitur, qui de bono loco, & genere natus eſt. l. 31. §. 21. ff. d. ædil. edict.

R *Raro*

R

Rarò accidentia non conſtituunt jus.
l. 64. ff. d. R. I.

Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.
c. 10. d. R. I. in 6.

Ratio eſt anima Legum.
l. 17. ff. de Legibus.

Ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum.
c. 9. de R. I. in 6.

Realis cautio potior eſt perſonali.
l. 25. ff. de R. I.

Rebus, non verbis Lex imponenda.
l. 28. C. de uſuris.

Rei alienæ ſe immiſcens culpâ non caret.
l. 36. ff. d. R. I.

Rei litigioſæ nulla eſt Venditio.
l. fin. C. de litigioſ.

Reipublicæ intereſt, ut dignitas familiarum ſalva ſit.
l. 1. § 13. ff. de ventr. inſpic.

Religio Jurisjurandi contempta ſatis Deum habet ultorem.
l. 2. C. de reb. cred.

Remotâ causâ removetur effectus.
cap. cum ceſſante. 60. X de appellat.

Reſcriptum ſemper hanc clauſulam requirit: Si preces veritate nitantur.
l. 7. C. de diverſ. reſcriptis.

Res incerta certam non habet æſtimationem.
l. ubi a. 75. ff. de V. O.

Res inter alios acta tertio non præjudicat.
l. 1. C. res inter alios acta.

Res Judicata pro Veritate habetur.
l. 207. ff. de R. I.

Itaq; Juſtitia quoq; adminiſtranda ſine affectu & adſpectu, quia — V. Summus Princeps. in Comp. p. IV.
Qui ſtatuit aliquid parte inauditâ alterâ;
Æquum licet ſtatuerit, haud æquus fuit. — Senec. in Med.
Quamvis inviſus ac nocens, more tamen audiendus eſt. — Tac. 2. hiſtor.
Injurius videar, ſi ſummo vobiſcum (cum Patre de Literarum Officio) — Sym. l. 1. epiſt. 1. (m.)
Jure contendam. Nam præter æquum cenſet, qui inter diſpares obſequium par requirit.

Eademq; etiam ex LLum. præſcripto, interdum tamen temperanda: quia haud fruſtra *Jus ſummum, ſumma ſæpe moleſtia eſt.* — Terent. Heauton. 4. 5. 48.

Novæ itidem LL. parcè ferendæ:

Τῦτο δὲ ϗ, Πλάτων, εἴρηκεν, ὅτι παρ' οἷς πλεῖστοι νόμοι, ϗ δίκαι παρὰ τῦτοις, ϗ βίοι μοχθηροί. Καθάπερ ϗ παρ' οἷς ἰατροὶ πολλοί, ϗ νόσους εἰκὸς εἶναι πολλάς. — Strabo ſub fin. l. 6 fol. 179. f.

Atq;

Atq; hoc etiam Plato dixit, *apud quos plurimæ ſunt LL. apud hos etiam lites eſſe & malos mores: ſicut morbi ſolent eſſe multi, ubi multi ſunt medici.*

Ammian. Marcellin. l. 22.

Aliâs inde litigandi ſtudium, cui dediti Ægyptii,

Genus hominum controverſum, & adſuetudine perplexius litigandi ſemper lætiſſimum.

Querelam noſtri Ævi quære in *Sleid. l. 3. de IV. Monarch. p. 424. & ſeqq.* Quamobrem Rabularum (d. ab Ulpiano, *litium Concinnatores*: ab Apulejo, *togatis Vultures*: à Plauto, *canes curiarum*: à Platone, *accipitres pecuniarum*) Cauſidicinam, Δουρείῳ ἵππῳ, Equo ligneo ſive Trojano, hoc eſt, hoſti domeſtico comparavit *Themiſtocles*

ap. Plut. in ej9 vita p. 114. A.

* Conf. Lipſ. Miſcell. cent. 3 ep. 78. Barcl Argenid. p. 263. & ſeq. Heinſii Orat. 18. p. 448. & ſeq. Lauſ. & Acad. 20. 21. Phœb. in Parnaſſ. Traſani Boccalini. Cent. 2. fol. 73. &c.

v. Salluſt. in frag. p. 110. p. Quintil. l. 12. c. 9.

Ea eſt prorſus canina, ut ait Appius, *eloquentia, cenſuram malè dicendi ſubire.*

Et *Columella* initio Operis, ſed nec caninum quidem, ut dixêre Veteres, ſtudium præſtantius, locupletiſſimum quemq; adlatrandi, & contra innocentes, ac pro nocentibus; neglectum à majoribus, à nobis etiam conceſſum intra mœnia & in ipſo foro latrocinium.

Tacit in dial. d. Orat. conf. Cujac. 4. obſ. 40.

Nam lucroſæ hujus eſt ſanguinantis Eloquentiæ uſus recens & malis moribus natus, atque, ut tu dicebas, in locum teli repertus.

LL. optimæ quidem ſunt, atteſtante alicubi *Menandro*, ſed qui eas nimis acutè inſpiciunt, fiunt Sycophantæ.

vid. Suet. in Galb. c. 7. It. Ærodium l. 1. rer. judicat. & Th. Zvving. vol. 18 l. 5. p. 3441. Confer quoq; Piccart. obſ. decad. 16. c. 4.

Quantumvis etiam ſubtiliter interdum vel ſagaciter Juſtitia ſit inquirenda, prout id ipſum *Lipſius* hîc in Monitis, *Exemplo Salomonis & Galbæ*, tum quidem Proconſulis Aſiæ, & *Rudolphi* Auſtriaci Imperatoris declarat. Nos adponamus adhuc duo Exempla:

I^um. CAROLI M. homicidam callidè detegentis vid. *ap. Andr. de Iſernia in cap. 1. §. Publici latrones, d. pac. tuenda, & ejus viol.* ex quo refert *Didacus Covarruvias. l. 1. var. reſol. c. 2. n. 16.*

II^um. Imp. CLAUDII, qui fœminam non agnoſcentem filium ſuum, dubia utrinq; argumentorum fide, ad confeſſionem compulit, indicto matrimonio Juvenis. Nequaquam enim fore arbitrabatur, ut, ſi filium ſuum ſciviſſet mulier, cum eo commercium haberet.

Ea Pudoris & Conſcientiæ vis eſt!

HUJUS STELLÆ PRIMÆ PRIMUS RADIUS EST

JUSTITIA RELIGIOSA.

Eſt

Eſt autem *propriè* PIETAS, ut quæ, tanquam vitæ decus,

ad omnia utilis, 1. Tim. 4. 8.

Et *verus Imperii ornatus eſt,* Sozom. præf. Tripart.

Cujus nomen gratius, quàm poteſtatis, Tert. apol. 34.

atq; tituli omnibus honoribus pulcriotes, Plin. 3. ep. 8.

ex ipſis nempe *nominibus & epithetis ſigna etiam Virtutis elucent:* Epiph. hær. 78.

PIETAS (inquam) propriè eſt THEOSEBIA, id eſt, Cultus Dei interior, qui propriè pertinet ad Virtutes Theologicas, Auguſt. lib. 10 de C. D. cap. 4.

RELIGIO verò eſt ΛΑΤΡΙΑ, quæ pertinet ad Servitutem divinam exteriorem.

Illius ergò duo membra: Senſus ſive Agnitio divina, & Cultus Dei; ſine utroq; mutila aut manca. Et quinq; ſunt Libri:

Imus. Liber Naturæ. IIdus. Liber Creaturæ. IIItius. Liber Scripturæ. IVtus. Liber Gratiæ. Vtus. eſt Liber Gloriæ. Dithm. Met. p. 393. ſeq.

De priori ſuccinctè heîc loci.

Conſtat igitur ante omnia,

Unum eſſe Numen.

Et Plato: *Deos eſſe perſuaſit.* Licet pagani fuerint, & circa Deorum religiones minimè negligentes. Tac. 5. Hiſt. 5. Symma. l. 1. epiſt. 4.

Sic M. Tullius & M. Varro, in libb. de Nat. Deor. & in Libb. Mythicæ Theologiæ.

tamen gentiles

irrident, qui plures eſſe Deos crediderunt, & Martem, Mercurium, Jovem, totamq; illam Deorum, quam Ethnici ponunt, turmam, homines fuiſſe, perinde ac nos, mortales affirmant.

Siquidem Pagani

non ſe plures Deos ſequi, ſed ſub uno Deo Magno, plures miniſtros venerari fatentur. Oroſ. 6. cap. 1. Auguſt. 4. C. D. 31. & 6. 5.

Illum verò unicum Deum in parte deſcripſerim

[*Ens enim abſq; Ente: & Cauſa ſine Cauſa; meraq; Eſſentia, à finito & mortali, ob Majeſtatis Excellentiam, definiri nequit.*] Scal. Exerc. 359. ſ. 2.

PRINCIPIUM primum & univerſaliſſimum; (*non reſpectu principiorum Metaphyſicorum, ſed Phyſicorum.*)

In IPSO namque, & per IPSUM, & ab IPSO

omnia ſunt, resq; omnes in eſſendo, conſervando, applicando, dirigendo, & determinando Dithm. diſp. metaph. p. 88. 93. & 398.

dependent:

Ipſe verò

à nullo, per nullum, & in nullo eſt!

H 3 neq;

neq; hæc tamen rimanda, ſed miranda, & veneranda: quia non latet Sententia Sapientum, quæ probè admodum dicit: *

* Ruffinus in Expl. Symb. Apoſt. ad Lautium Papam (Cypriano falsò adſcribitur) mox à pr.

Extat. in oper. Hieron. Tom. 4. p. 101. f. *De Deo dicere etiam vera, periculoſum eſt:*

Et

PARENTIS Univerſitatis *nulla ſcientia eſt in anima, niſi ſcire, quomodo Eum neſciat.*

Ille tamen *Omnium Effector,*

D. Auguſtin. l. 2. de Ordine. c. 18. in med. (f. 1. col. 492. c.)

in Effectis, & ab in noſcendus:

Scal. Ex. 6. f. 3. Nam ad illum *omnia referuntur,*

ab Uno, & ad Unum omnia.

Id. exerc. 307. f. 27. *Tria ſunt, quæ ſunt omnia. Unum ſimpliciter, & à ſe ipſo, qui eſt Deus.*

Id. ex. 6. f. 2. *Reliqua duo aliquo modo.*

Id. ib. *Materia namq; prima eſt Omnia poteſtate Receptionis: Cœli ſunt Omnia poteſtate efficiendi.*

Ibid. *Solus Deus ſimplex eſt, in quo nihil in Potentia, ſed in Actu omnia, imò Ipſe Purus, primus, medius & ultimus Actus.*

CREATOR OPT. MAX.

Id. d. Exerc. f. 5. *anteit nos, Poteſtate ac Sapientiâ, Qui noſtra hæc utenda nobis dedit.*

DEUS

Id. Exerc. 28. f. 1. *eſt ævi Dominus. Hoc juſſit ille, ut ſui iſti Vicarii (cœlos puta) præ ſe ferrent Ipſius æternitatis imaginem.*

Ambr. Rom. 8 Idem *Orbis potens Opifex juſtus:*

& ſcit, quid faciat, nec retractandum eſt ejus Judicium.

Scal. Ex. 6. f. 2. *A ſummè Bono non poteſt aliquid non bonum vel fieri, vel conſervari.*

Auguſt. l. de Civ. Dei 28. Non *ideò credas,* DEUM *iſta negligere, quia permittit, quod nemo impunè committit.*

Silius. l. 15. *Idem Juſtitiæ Cultor, quæcunq; capeſſes,*

Teſtes Factorum ſtare arbitrabere Divos.

ILLE Actionum, Cogitationum & Conſultationum Arbiter & Inſpector.

Iuvencus. l. Hiſt. Evang. *Nil abſente Deo loquimur; nil abdita clauſum*

Pectoris antra tegunt, cernit Deus omnia præſens.

Huc refer Briſſonii

Formulam olim receptam,

Liv. l. 5. c. 56. *quâ DEOS ESSE*

exclamabant.

Dum per ſe quiq; Deos eſſe, & non negligere humana fremunt.

id. l. 8. c. 6. Et Manlius ait Torq.

EST COELESTE NUMEN, ES MAGNE JUPITER.

Scal. præd. loc. *De quolibet Ente cogitatione comprehendi poteſt, ubi ſit, & ubi non ſit, præter Deum.*

Tha-

Digitized by Google

Thales dixit:

Homines æſtimare debere, omnia, quæ cernerentur, Deorum eſſe plena; fore enim omnes caſtiores, veluti qui in fanis eſſent maximè religioſis. Eſt enim quadam opinione ſpecies Deorum in oculis, non ſolùm in mentibus. Cic. l. 2. de legib. b. 227. (b. 27.)

Epictetus: *Dei ſtatuâ aut ſimulachro præſente, non auſis tale aliquid facere, qualia facis: Ipſo autem Deo intrinſecus præſente, ac omnia inſpiciente, & audiente, non verecundaris hæc cogitare, hæc agere, ô ignare naturæ tuæ, & Diis infeſte.* l. 2. differt. c. 8

Nec Inſpector ſolùm, ſed ſimul Judex & Vindex:

Magnum neſcio quid, majusq;, quàm cogitari poteſt, Numen eſt. Cui vivendo operam damus, huic nos approbemus. Nihil prodeſt incluſam eſſe conſcientiam: putamus Deo? Senec. citat. à Lactant. l. 6. Divinat. Inſt. 24. c.

Demens, quid tibi prodeſt, non habere conſcium, habenti conſcientiam? Ib.

Divina bonitas iraſcitur hoc Seculo,
ne iraſcatur in futuro. Auguſt. Sent. Proſper. 5.

Tarditatem ſupplicii Deus gravitate compenſat; & Val. Max. l. 2.

Lenta ira, Deorum eſt: Iuvenal. 13.

atq; bonis piisq; præmia certiſſima, Pauſan. l. 8.

& ſontibus ex Deorum ira ſupplicia ſunt propoſita.

IDEM *omnia gubernat.* Scal. exer. 3.

Namq; Deus

nutu gubernat omnia; nemo mentis compos negare poteſt. Neceſſariò ergo omnia effecit. Nam ſi non fecit, igitur ab alio factum accepit, vel mutuò, vel commodatò, vel vi, vel emptione, vel depoſito, vel locatione, vel legitima ſucceſſione, vel in vacuam venit poſſeſſionem, vel juſſu tanquam miniſter, aut ſervus, aut mercenarius à Domino. Sed hæc omnia meræ nugæ ſunt, eaq; impia. Id. ibid.

Sublunare numen nil aliud, quàm natura movens & generans eſt. Id. ex. 6. ſ. 2.

Deus

non eſt primus motor, ſed aliud quid ſupra & extra omnem motum, d. ex. ſ. 3.

Nos hujus Notitiæ oportet ſimus tincti Notitiâ, alioquin

Τῦτο πάντων αἴτιον τῶν κακῶν, τὸ μὴ εἰδέναι τὰς γραφάς. Chryſoſt homil. 9. ad Coloſſ.

Malorum omnium hæc cauſa eſt, quod Scripturæ (in quibus ſc. ſcientia Dei reperitur) ignorentur.

Sed tincti, non imbuti, quia & hoc verum:

ὐδὲν σοφιζόμεσθα τοῖς Δαίμοσιν. Eurip. in Bacchis. act. 1. (p. 451.)

Nihil cum Diis arguté commentari decet.

Noli intelligere, ut credas (Sec. S. Auguſtinum) ſed crede, ut intelligas.

Intellectus, merces fidei eſt.

Δυσθεώρητοι οἱ περὶ τῶν θείων λόγοι, καὶ μάλα ἀκατάληπτοι: Gregoras. l. 10 c. 11. p. 358.

Difficiles, perceptuq; arduæ ſunt rationes divinarum rerum.

θεὸν νοῆσαι μὲν χαλεπὸν φράσαι δὲ ἀδύνατον. Id. l. 10. p. 359. à. ex Platone,

Druſus

Tacitus in Germ. fol. 447. c. 34.
vid. D. Ritterh. Salvian. p. 71. & ſeqq.

Druſus Germanicus Herculis Columnas inquirere voluit:
Sed obſtitit Oceanus, in ſe ſimul atq; in Herculem inquiri.
Mox nemo tentavit, quia
ſanctius ac reverentius eſt,
de actis Deorum credere
quàm ſcire.

* * *

RUD. I. cùm quidam cunctaretur Sacramentum dicere,
Cæſar arreptâ vicinâ ara & crucifixô, inquit:

In COR. XII. Cæſ. V. V.

Hoc Sceptro, quo Deus regnat,
utar contra hoſtes
DEI, & Imperii.
Ad quæ ſternebantur extemplò cunctatores,

Ibid.

Inq; Cæſaris jurant manum.

ALB. I. juſſit, inter Signa Auſtriæ, & Imperii Ideam Crucis Signum ſibi à Filio præferri,
ut vindicaret Imperia eodem ritu, quo acceperat,
DEUM ſequendo.

vid. allegatos A. Lanſii Orat. contra Germ. p. 826.
vid. Ex. d. tt. l. 7. c. 26. Inſig. Imp. R. G. l. 1. p. 234. cum ſeq.

FRID. PULCHER contra LEOPOLDUM A. dæmonem crucis ſigno fugavit.
Id. mira pietate proſecutus eſt à Brugenſibus captum,, & à ſe redemptum Filium MAXIMILIANUM.
FRID. IV. Non aliis uſus armis,
Quàm quæ prima ſunt Regnorum firmamenta:
PIETATE & JUSTITIA.
Hieroſolymam abiens Princeps Pacificus,
Viſurus oculis, quod exprimebat moribus.
E Terra Sancta redux,
ne alterius profanaretur attactu ſoli,
In Solio excipitur Majeſtatis.

In COR. XII. Cæſ. V. V.

Id. tandem Orator apud Deum factus, & ſibi pacem precabatur:
Nunc dimittas ſervum tuum, Domine, ad pacem & tranquillitatem, quam prædeſtinâſti mihi, ſecundùm magnam miſericordiam tuam!
Ita Phœnix ſeculi ſui pretioſiſſimus non occidit, ſed in Filio reſurexit
Hoc uno funus creditus, quia videri voluit.

Ex d. l. 7. c. 26.

MAX. I. pientiſſimus in defunctum Patrem FRID. III. Imp. imperfectum ſepulchrum à Parente, ſumma cura annis penè 32. elaborari & perfici curavit, erogatis plus 40000. aureis nummis.

CAR.

CAR. V. manè, priuſquam veſtiretur, longa talari ſubuculæ in jecta, genibus incumbens orabat. Deinde cubiculariis admiſſis preces canonicas legebat, poſtea Reipubl. negotia tractabat: hinc ad ſacrum audiendum, quod adeò nullo die negligere etiam in profectionibus ſolebat, acceſſit, ut Adminiſtri perhiberent *Id. c. 25.*

Carolum ſæpius cum Deo, quàm cum hominibus loqui.

Id quâ Pietate & Fraterna Charitate erga unicum Fratrem FERD. extitit. vid. *cap. Sig. Ejusd.*

In FERD. I. ſupra omnes virtutes, quibus nulli ſecundus, Pietatis & Pacis in Domo Dei conſtituendæ præcipuum ſtudium erat. *Thuan. hiſt. l. 36.*

FERD. II. auditus eſt: *Imp. R. G. V. V. p. 291 conf. G. Lamorm. lib. in Vitam Aug. Imp. quam Edid.*

Domine; ſi eſt ad gloriam tuam, & ſalutem meam, ut major ſim;
Exalta me, & ego glorificabo te;
Si eſt ad gloriam tuam, & ſalutem meam, ut minor ſim;
Humilia me, & ego glorificabo te.

ELEONORA MANTUANA, Auguſta hujus Imperat. Auguſti, inter alia prædicatur: quod fuerit admodum PIA: quâ VIRTUTE CLARUISSE QUAM PLURIMAS IMPERATRICES AUSTRIACAS AUGUSTAS, hiſtoriarum monumenta docent. *Ah. Fritſch de Auguſt. cap. ult. n. 8.*

FERD. III. Unum hoc ſuorum, ſuiq; in morte conteſtans: *Imp. R. G. V. V. p. 303.*

VOLUNTAS DEI VITA MEA:
Vita omninò tua hæc FERDINANDE,
Sed quâ apud DEUM & poſteros etiam vives poſt mortem,
Hac TIBI in DEO: hac nobis vive in LEOPOLDO!

Unde

SUMMUS PRINCEPS IN COMPENDIO P. I.

Cum Deus omnipotens per S. Literas dicat: Per me Reges regnant, & LL. Conditores juſta decernunt; certum eſt, Principem ab Ipſo conſtitutum eſſe, ut Populis, Gentibusq; regimine præſit. Ideò ante omnia neceſſe eſt, ut Eundem Deum, à quo munus iſtud accepit, ante oculos ſibi ponat, & nihil contra Mandata ejus agat, nec unquam ab ejusdem voluntate recedat: Proponet ſibi illud *Sap. 6.* Audite ergo Reges, &c. It. *3. Reg. 3. & ex Juſtin. Imp. in Concept. Digeſt.* Deo Authore noſtrum gubernante Imperium, quod nobis à cœleſti Majeſtate traditum eſt, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & Statum Reipubl. ſuſtentamus, & illa noſtros animos ad DEI Omnipotenti erigimus adjutorium, ut neq, armis confidamus, neq; noſtris militibus, neq; bellorum Ducibus, vel noſtro ingenio, ſed omnem ſpem ad ſolam referamus Summæ Providentiam Trinitatis.

Digitized by Google

STELLÆ PRIMÆ
Radius Secundus.
FATUM.

DE Fato, velut Pietatis Theoreticæ appendice & voce, Veterum quidem more, ſed non mente adpoſitâ, inſequor. Quod non aliud
Pſ. 119. 90. 91. (ceu innuere videtur Regius Pſaltes) quàm Series Causarum Secundarum, Quam Deus Ab Initio Creationis Fando Constituit.

Nam eſſe Providentiam, & Deum omnium providam curam habere paſſim ex S. pagina patet.

Act. 17, 27. 28. Matth 10, 29. 30. Luc. 12. 6. & 21, 18. it. Matth. 6. à verſ. 26. usq; 31.

Quod enim alii Fatum olim vocarint ordinem cauſarum naturalium, quæ (niſi impediantur) vi & naturâ ſuâ certum, eundemq; producant
Lipſ. 1. de Conſtant. 18. effectum: Alii appellarint, quod liget ac nectat firmiter actiones omnes eventusque, ad vim Siderum, & poſituram Stellarum. Alii denique idem definierint Fatum neceſſitatem rerum omnium, actionumq; quàm nulla vis rumpat.

Abuſi eo Veteres, nos utemur: non intelligendo Fatum Mathematicum, nec Phyſicum, multò minus Stoicum, aſt verum & Chriſtianum, quod conſiſtit in Divina Providentia & Diſpoſitione naturæ naturantis, &
Senec. 4. de Benef. 7. naturatæ. Siquidem *DEUS libertimus rerum Auctor. Et prima omnium Cauſa, ex qua cætera pendent:*

Cui ſoli hoc convenit, quod non habeat principium.

Scal. ex 7. Lipſ. cit. lib. 1. de Conſt. c. 17. Si verò Deus eſt, Providentia eſt: ſi Hæc, Decretum & Ordo rerum: ſi Iſtud, firma & rata neceſſitas eventorum:

Id. d. l. c. 20. Is enim, qui fando omnia fecit, fovet eadem, movet, promovet, ſed non niſi bono favet: Ad virtutem accingeris? Illo Sciente & Juvante fit. Ad vitium? ſciente & ſinente. Nec voluntas cogi poteſt, ut velit, quod non vult: non enim vellemus, ſi nollemus.

l. 2. de Rep. (tom. 2. p. 379. d.) Platonem adi & audi: bonarum quidem rerum nulla alia cauſa ſtatuenda eſt, præter DEUM: malarum autem aliæ quæpiam cauſæ inveſtigandæ ſunt. Sed nullo modo Deus mali Author exiſtimandus eſt, &c.

Verùm enimverò tanta vis Fati in humana, ut nullis conſiliis vel auxiliis vitetur. Nam non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum.

Τὸ μέλλον γὰρ ἐξ ἀντιπράττει καὶ τῷ φρονεῖν.

Quod in Fatu eſt, oppugnat Sapientiam.

Proverb. 21. 30. conf. Eccl. 9, 11. & Sophocl. in Ajace flagellif. verſ. 455. 456. Pachymer. l. 2. c. 9.

Unde

Digitized by Google

Unde

Pompejus, ubi nihil ſani, nec recti egiſſet, ſemper invictus fuit; at pro ſalute & libertate Patriæ propugnantem, fortuna deſtituit. CatoVticenſis ap. Plutarch. in ejus vita l. 785. R.

Plerumq; Fortuna & Conſilia mala vincunt.

Sic

humana conſilia caſtigantur, ubi ſe cœleſtibus præferunt: Liv. 25. c. 15. m.

Et

humana conſilia divinâ neceſſitate ſuperantur. Val. Max l. 1. c 6. Exemp. 11.

Non quippe *rumpitur Fati neceſſitas humanis conſiliis.* Cic. pro Q. Ligario.

Liv. 1. c. 42. pr v. Eraſ. adaginm: Exitii nulla eſt ratio. p. 1749.

Nec vitatur ullis monitis aut prodigiis:

Græci illi rectè, Plutarch. in Pyrrho. p. 393. D. Pindar. Pithio Od. 12.

Τὸ μὲν εἱμαρμένον διαφυγεῖν ἀδύνατον.
Τὸ μόρσιμον οὐ παρφυκτόν.
Τὸ πεπρωμένον, οὐ πῦρ οὐ σιδαροῦν χάλκεον τεῖχος.

Itaque:

Octavius Conſul dirum omen quemadmodum timuit, ita vitare non potuit. ex Pind. cit. Plut. in Marcello. p. 315.

Nullâ enim *Providentiâ Fatum imminens moveri poteſt:* Quia Valer. Max. l. 1. c. 6. ex. 10.

Inexſuperabilis vis Fati. Liv. 25. c. 61.

Fatum nemo effugit. pr. Id. 8. c. 7.

Ineluctabilis Fati vis, cujus Fortunam mutare conſtituit, conſilia corrumpit.

Piccart. dec. 2. c. 9. & Iuſtin. l. 12. c. 13. m. Vell. Paterc. l. 2. c. 57. Exempl. V. ap. Nic. Greg. l. 9. c. 16. pag. 294. b. I. & l. 10. p. 353. c. vid Camer. Cent. 1. c. 20. & Cent. 1. c 56.

Huic tamen ordini Cauſarum, Eventuumque ordinariè Suprema Illa Vis non intercedit cogendo, ſed diſponendo intervenit!

Aliâs Penelope ad Nutricem: ap Homer. Pſ. (23.) Odyſſ. v. 11. 12.

—— Μάργην σε θεοὶ θέσαν, οἵ τε δύνανται
Ἄφρονα ποιῆσαι καὶ ἐπίφρονά περ μάλ' ἐόντα.

—— Non te fecere Deorum
Inſanam turbæ. Sapientem reddere ſtultum,
Et mutare animos, poſſunt & vertere mentes
Inſipidoq; jubent veniat ſapientia rerum.
Hi te læſerunt. Fueras nam mente ſuperſtes,
Ipſa prius ſana ——

Stultum facit fortuna, quem vult perdere. Pub. Syr. in Iam. 6.

Cum Galli Romam eſſent occupaturi, non Deorum modo monita, ingruente fato, ſpreta: ſed humanorum quoq; opem, quæ una erat, M. Furium ab urbe amovêre Romani: quo manente, ſi quicquam humanorum certi eſt, capi Roma non potuerat. Liv. l. 5. 32. & 33. p.

Digitized by Google

Curt. l. 5. c. 12. poſt. pr.

Sic Darius fortiſuæ deſtinatus (à Beſſo prodendus) jam nullius ſalubris CONSILII PATIENS erat.

Dicis? colenda igitur improba Syren, deſidia, & committenda Fatis cætera? Neutiquam: Ubi enim ſocordiæ atq; ignaviæ te tradideris, nequicquam Deos implores: irati, infeſtiq; ſunt. Pande modo ſinum, & viventi Fortunæ occurre.

Tacit. l. hiſt. 52

Juſtin. 24. c. 5. fin.

Macedonibus, ob Cladem à Gallis acceptam, deſperantibus, Soſthenes monuit, non votis agendum, ſed contracta Juventute hoſtes compeſcendos.

Eraſ. adag. p. 936. & ſeq. Liv. 8. c. 29. m. & l. 34. c. 36. m. conf. Eraſ. adag. 229.

Vero verius illud adagium:

Dii facientes adjuvant.
Fortes fortuna juvat.

Odyſſ. H.

Huic Sententiæ accinit & illa Homerica:

θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων.
ἔργοισιν τελέθει, εἰ καὶ πόθεν ἄλλοθεν ἔλθοι,

Tibi quis à Fati Notitia fructus?

Patientiæ: Rerum Volubilitatem tecum aſſidue revolve, cum

Liv. l. 45. c. 41. in m.

Ex ſummo retro volvi fortuna conſueverit.

atque

Lucan. l. 1.

Invida fatorum ſeries, ſummiſq; negatum
Stare diu. -- -- --

Vell. Paterc. l. 2. c. 11. f.

Quemadmodum Urbium, Imperatorumque; ita gentium (ſeu familiarum) nunc floret fortuna, nunc ſeneſcit, nunc interit.

Pachymerius l. 2. c. 27.

Τὸ εἱμαρμένον ὥσπερ ἐμψύχοις οὕτω καὶ πόλεσιν
ἄφυκτον:

Fatum ut animantibus; ita etiam civitatibus inevitabile

Faber Semeſtr. l. 1. c. 8. p. 39. f. & ſeq.

Vetuſtas non ſolum opera manufacta, ſed etiam ipſam naturam paulatim exedendo perimit.

Ideo Fatum ſequere, id eſt, ἕπου θεῷ, & quô ILLE ducit, & abducit ſequamur.

Eurip. Oreſt. act. 2. p. 97. f. Id. in Androm. act. 5. p. 270. Æſchyl. Perſ. verſ. 263.

—— Δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν.
Τὸ γὰρ πεπρωμένον δεῖ σ' ἐκκομίζειν· ζηνὶ γὰρ
δοκεῖ τάδε.
—— ἀνάγκη πημονὰς βροτοῖς φέρειν.
θεῶν διδόντων ——

Babriæ Præceptum eſt:

Ἃ σοι πέπρωται, ταῦτα τλῆθι, γενναίως,
καὶ μὴ σοφίζου. Τὸ χρεὼν γὰρ οὐ φεύξῃ.
Fer fortiter, quicquid feret Fatum,
Nec tergiverſare. Haud enim effugies Fatum.

Philo-

Digitized by Google

Philoſophus ille, & Neronis Præceptor adducit verſus * Cleanthis ſanè egregios & pios: Sen. Ep. 107. * extant in Epicteti Enchiridio in fine.

Ἄγου δέ μ' ὦ ζεῦ, καὶ σύ γ' ἡ πεπρωμένη
Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμι διατεταγμένος
ὡς ἕψομαι, γ' ἄοκνος. ἢν δὲ μὴ θέλω
Κακὸς γενόμενος οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.

Hoc eſt, Interprete Seneca.

Duc me, Parens, Celſiq; Dominator Poli
Quocunq; placuit: nulla parendi mora eſt.
Aſſum impiger, fac, nolle, comitabor gemens:
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt:
Malusq; patiar, quod pati licuit bono.

Aſt affatim, præter & contra (fateor) noſtram intentionem, de Fato effatus, verto proram:

Euclides olim multa de Diis interroganti percommodè reſpondit: cætera quidem neſcio, illud ſcio, quod odére curioſos. Idem de Fato, cum prælaudato Lipſio in alleg. Lib. de Conſtantia (cujus Lipſiana olim acerbius forſan traduxére H. Stephanus, & D. Heinſius, Apollinea altâs Capita & Muſarum Deliciæ; quamvis magnam quidem Literæ omninò Jacturam in eo fecerint, majorem tamen factura, ſi, quæ verbis docuit Conſtantiam, vita exhibuiſſet) Cap. 21. Cauſabon. ep. 513. ad Scalig.

Ipſe judico: quod aſpici vult, non inſpici, credi non cognoſci:

Sed hoc prætextu ignaviam (de qua etiam ſupra) velare nefas fuerit, ad ea quoq; ignoranda, quæ cognitioni noſtræ, Divina Bonitas expoſita, pariter & commendata voluit! Dn. Boecler. in diſſ. doctiſſ. ad Lipſ. Doctr. Polit.

Hæc universè de Fato: Sed in Exemplis etiam diſtinctius vid. Regna & Reges à Deo dari: Multa in Hiſt. vet. & noſtri ævi: Unum addam inquit Lipſ. *in Mon.* hoc loco.

PHILIPPUS II. Rex Hiſpan. quid niſi Fato in illud Luſitaniæ regnum venit? Et ſubjicit Idem: Magnus Favor Numinis, nec ſemel in hac Gente (Auſtriam dico) ſe oſtendit, quæ per hæreditates & adventitia incrementa ferè crevit!

De Fatali Imperiorum Periodo vid *Eund. in lib. d. Conſtant.* 1. *cap.* 16. *Add. Exempl. ap. Bodin. in Meth. Hiſt. l.* 4. *c.* 1. *& Richter. Ax. Pol.* 1. *&* 2. *ubi de Rom. Germanico, Ungarico, Polonico & Gallico. Confer quoq; Bernegg. in QQ. Miſcell.* 153.

RUDOLPHUS I. Arrepta Cruce, ut ſupra dictum, In Coron. XII. Cæſ. Rud. I.
Inſtar Sceptri, repentè æther miſit nubem,
Sive aureo, ſive argenteo fulgore coruſcam,
adſpectabilem ſingulis.

 Donec

Donec à ſolidâ horâ in ſanguinem verſa deficeret,
Delato ad Cæſarem portento, piè exclamat:
Si Dominus vitam, proſperitatemq; mihi conceſſerit,
Trans marinas partes adibo,
Et Domino JESU ſanguinem meum conſecrabo.

Imp. R. G. p. 171. Ejusdem IMPERATORIS Fatum non Unus pronunciavit Vates.
Proavus ALBERTUS Poſterorum Fortunam
non præpoſterè ominaturus,
Hoc de RUDOLPHI ortu edixit augurium:
Olim Calendis Maji aureum mihi caput naſcetur:

Id. pag. 308. Aſtrologus Cæſaris, neſcio quid Sidereum in Rudolpho obſervans,
Officioſo nutu quotidiana Majeſtatis in Eo incrementa notat:
Donec à FRIDERICO rogatus, quid de Comite commententur aſtra?
Dum Aſtrolabium conſulit, vel ex aſtro monitus labium aperit,
Hac Voce,
Te deficiente, Imperio RUDOLPHUS præficietur Romano.
Dictum, factum,
Nunquam minus à Stellis errantibus aberrarunt Mathematici!

FERD. IV. Quo die Rex electus eſt, matutina Iris apparuit;
Pacis publicæ per Imperium nos omen accepimus:
Suæ privatæ FERDINANDUS, in qua requieſceret.
Prænuncia pluviarum fuit, quæ cum late inundaſſent Auſtriam.
Omnium pene lumina extinxerunt.
Arcum mortis in ea ſpeculari nos decuiſſet,
Qui intempeſtivo gaudio triumphalem Regi gratulabamur.
Sed non animadvertebant,

Ib. p. 312. LEOP. IMP.] Eo tempore nobis illum feliciſſimo fato ereptum,
Quo redivivus è tumulo DEUS
Gementis terræ lachrymas abſtergebat, ut intelligerent inde.
In AUSTRIACORUM PRINCIPUM funeribus ſemper eſſe Paſcha;
Quo, qui emoriuntur, reſtituentur recentiores.
Non obſervaverant,
Moriente FERD: arſiſſe Palatinas ædes;
ut arguerent non vani augures,
In novi Aſcanii vertice flammam radiare.
Non ſentiebant, Aprilem Menſem eſſe,
Quo fœcundiſſima hæc Regum terra,
cui Deus benedixit,
Si in tumulos recluditur, aperitur & in Flores.
Non meminerant, Diem eſſe Secundam,

Quæ

Digitized by Google

Quæ nunquam poteſt eſſe Felicitati ſuprema.
Non cogitabant horam eſſe matutinam,
Ut jam AURORAM aſſurgere lætarentur.
Sed non deerant quoque, qui de cœlo caperent omen;
Neque fruſtra TE eo die Orbi datum crederent,
Quo Ipſo Ipſius (FELICIS) memoria ageretur.
Augurabanturque boni omnes, fore,
Ut huic temporum infelicitati, Tu Felicitatem reſtitueres:
FELIX AUGURIUM! augurium quippe quoddam futurorum in mentibus hærer Tullio Teſte:

Auguratur Europa, magis magiſque feliciora, Hoc peractâ Anno præprimis ſolenniſſimâ, ſplendidiſſimâ ac Feliciſſimâ in Sereniſſimam Domum Auſtriaco-Palatinam Deductione Auguſtæ Neonymphæ ELEONORÆ THERESIÆ MAGDALENÆ (NOMINE & OMINE AUGUSTÆ TERTIÆ.) AB IMPERATORE AUGUSTISSIMO, à Qua non rarò, comprobante Experientiâ, aut Felicitas, aut Infelicitas Imperii dependet!

ANNO (inquam) AUGUSTÆ VIRGINEO, SACRO, & QUIETARIO, Veluti Ἐνναδικῷ: En Augurium Arithmeticum de Septenario 1. Numero, & quidem

VIRGINEO; quia magnam ipſius eſſe vim augurantur; Sicut Virgo eſt integris Viribus. Vim autem illam cerni augurantur in rebus concretis, non verò pendere ab ipſa quantitate. Vel: quia nullum ex ſe pariat numerum duplicatus, qui intra denarium coarctetur, quem primum limitem conſtet eſſe numerorum. Dein, SACRUM augurantur, quia reſultet è numero ternario, qui dicitur Numerus DEI, & Quaternario, qui ſit numerus mundi. Quod alicui videri poſſit ſuperſtitioni affine, niſi reſpiciat naturam harmoniæ. Hinc Poëtæ perfectionem ſignificaturi conjunxerunt duo adverbia *ter quater*. QUIETARIUS; quia ſeptimus dies & annus in ſacris Sabbati detur: & 7. dies ap. Aſtron. conſtituant ſeptimanam: & ſeptimus quiſque annus mutationem adferat.

Eademque inſuper DEUM OPT. MAX. (ſine quo felix nihil eſſe poteſt) iterum atque iterum ſupplex veneratur, uti NUPTIAS HAS IMPERIALES SECUNDAS licet, verè ſecundas eſſe velit, omniique genere bonorum & AUGUSTUM & AUGUSTAM feliciter atque ſecundet; QUÆ S. CÆS. TUÆ MAJESTATIS Semidea cum ſit, Auſtriacos ſemideos paritura, AUSTRIACAM DOMUM Cœlum faciet:

ELEONORA THERESIA MAGDALENA: Ἀναγρ. Magna Dea; Selene Throni; Heros, alo! vel: ô da Mehre An Cron/ Alle Sieg!

Feliciſſimo Imperii omine, ſi etiam dii poſthac
Ex EADEM imperarent.

Non

Non gaudebatis ſolùm veſtra gaudia,

Et Teutones illa imprimis tangunt, qui ſemper

ἐξ ἄκρου μυελοῦ ψυχῆς, καὶ χαῖρόν τι συγχαίρομεν, καὶ λυπουμένου συλλυπούμεθα !

Poterat ad Purpuram Majeſtatis erubuiſſe Modeſtiſſima Serenitas, & Rebeccæ verecundiam imitari, niſi maluiſſet potiùs Oraculi, quod edebatur, divinitatem venerari, & tot inter æmulas, quibus certaverat, inveniri digniſſima. Tot Illuſtriſſima Conjugis Diademata, quot Principis Sereniſſima Nomina. Ut adeo neceſſarium ſit illud:

StIrpe paLatIna sVrreXIt RegIa Virgo
ELeonora MagDaLena TheresIa.

Et alterum quoque feliciter impleatur Augurium:

MagDaLIs IgnatIo ſe IVnget tertIa ConIUX.

Fœcundior nunquam eſt Olea, quàm cum Viti inſeritur: & Olivas gignit & Uvas. Sperate fruges denique Teutones, inſerta Viti Nobilis Auſtriæ Oliva ſuccreſcente Ramo Vitiferum cumulabit Hortum. Vid. Sertum Nuptial. Auguſtiſſ. Sponſ. Vatum Palatino-Neoburgenſ.

STELLÆ PRIMÆ
RADIUS TERTIUS
CULTUS.

Oroſ. 6.4. AD Cultum Cogniti Numinis depropero, qui conſiſtit in conceptione piarum precum, & vitæ integritate; Eccleſia namque interventu fidelium precum meritas Mundi pœnas, Juſtumque Judicium DEI, exorata ipſius clementia, temperat.

Pontan. 5. de Obed. & præm. *Et nullum Deo ſacrificium poteſt eſſe acceptius, quàm mens ſana, innocens animus, vita proba.*

Perperam Religionem vulgò appellitant, Indeq; Religionis plenum, Religioſum, qui

Cic. de nat. Deor. l. 2. *omnia, quæ ad Cultum Divinum pertinent, diligenter retractet, & quaſi relegat.*

De qua haud vana (præcipuè) ex profanis hæc habe.

Nullam Rempublicam legimus tam barbaram fuiſſe, quæ non Deum coluerit:

Hinc etiam Flumen illud Eloquentiæ Romanæ affirmat,

Idem l. 1. Tuſc. QQ. & l. 1. de LL. n. 54. aliiſque in locis. *Nullam gentem tam feram, tamq; immanem eſſe, cujus mentem non imbuerit Opinio Deorum.*

In ſummo Regum Ægyptiorum & Æthiopum ſceptro Ciconiæ figura ſculpta erat; in imo verò Hippopotamus:

Quo

Digitized by Google

Quo Symbolo admonebantur

Reges, ut eſſent pietati dediti, — Garſias de Expens. & Melior. pag 75.
& alieni à violentia.

Decet enim, quod optimum eſt, ab optimo coli, & quod imperat ab imperante:

Quod inter priſcos quoque monet, movetque Valerius; — lib.1.c.1. ex 9.

Non dubitaverunt, ſacris Imperia ſervire, ita ſe rerum humanarum curam gerere, ſi Divinæ potentiæ benè atq; conſtanter eſſent famulata.

Jam verò ſupremum illum Poli REGEM REGUM, per Quem ſoli Reges regnant, à Quo ſolio Regali imponuntur, & rurſus deponuntur, ex Quo omnia, per QUEM omnia, in Quo omnia, rectè in omni Sorte agnoſcere & ſincerè colere, — Dan.2.21. Lactant. l.7. cap.10.

ſummum hominis bonum; — Bodin. l.4. de Rep. cap.ult.

Totius Imperii fundamentum,

&

almæ Juſtitiæ firmamentum.

Hæc ſola virtus, TIMOR DEI & — Liv. lib.1. pag.25.

Religio vinculum eſt ſive coagulum omnis ſocietatis: hac ſola Gens Romana Orbem terrarum ſubegit:

Hic murus aheneus, hoc propugnaculum, hoc tutamen eſt!

Non contra eò deveniendum, ut cum Machiavello, qui maximus erat

Contemptor Superûm, Maculoſi nomine notus — L. Scribonius Spinter Belga in vindicat. Cor tyr.
Velleris, Etruſcus, Scurra, Sophiſta, loquax:
Arte mala, populi Harpyas, ſævosq; Tyrannos
Inſtruit, peſtis maxima Chriſtiadum.

Statuamus, *Principem, ſi exactè vir bonus eſſe velit, diu inter homines agere non poſſe:* — c.15. de Princ. & c.18.
& Principi ante omnia optandum eſſe, ut pius videatur, etiamſi non ſit.

Verùm rectè ei reſpondet Antimachiavellus, cujus author eſt Innocentius Gentilletus, JCtus Delphinenſis: — Lib.2 de regn. theor. p. 95. & l.3 theor. 27.p.906. & ſeqq.

Quod ſi Machiavellus, Deum eſſe, crediδiſſet, utiq; etiam credidiſſet, Ipſum nolle ludibrio haberi à ſuis creaturis.

Quia quomodo ibi erit felicitas, ubi vera non eſt pietas: Quæ amoris meretur plurimùm: nec — ad Gal.7. Auguſt 4.Civ. Dei.23.
quisquam facilè inſidiis petet illum, quem ob pietatem Deo curæ eſſe perſuaſum habuerit, — Valer. Max. l.5.c.4.

Ut piè loquitur Cyrus Ille Laudatiſſimus, cujus παιδίας Βιόγραφος magis ad Exemplum vitæ, quàm ad fidem rerum propoſui. — Xenoph. lib.8.

Itaque Principes potentiorem, ſublimibus ſoliis inſidentes ſubliniorem timete. — Nazian. orat. 43.

K Nam

Nam quanto ſempiternus Ille Rex Regum & DOMINUS Dominantium timore debet ſuſcipi; qui temporales etiam Reges præcipit honorari? adeò

Fulgent. l. ad Thraſimund. 3. 9. Sidon. carm. 13.

Eſt Princeps Magni maxima Cura DEI!

RUDOLPH.I. quomodo tuitio ſacrorum famam & potentiam donarit: &

Lipſ in mon. 2. & 3. hoc loc.

CAR. V. ſacra nec in periculis deſeruerit aut neglexerit prolixè exequitur.

FERD.III. S. Codicem 14. vice à capite ad calcem usque, etiam in expeditionibus militaribus perlegiſſe traditur: fortaſſe Alphonſi Regis Aragoniæ Exemplo perpulchro pulchrè pulcher commotus:

Matthæſ. fol. 254.

adeò hic

Princ. Chriſtianiſſimus Chriſtianam Religionem conſtantiſſimè coluit!

conf. Ex. l. 8. c. 6. d. Tr.

CAR. V. capto ad Ticinum Franciſco Rege Galliæ, publicæ lætitiæ ſigna uſitatè edi ſolita prohibuit, rectà in Templum, ut Deo ob tantam Victoriam gratias ageret, ſe contulit: Regumq; in Aula ſua Legatis gratulantibus reſpondit, ſe DEI erga ſe Benevolentiam agnoſcere & optare, ut hac victoria ad pacem & tranquillitatem Orbis Chriſtiani rectè conſtituendam & bellum contra Nominis Chriſtiani hoſtes gerendum ſalutariter uti poſſit.

Id. l. 7. c. 25.

Id: novas preces in ſingulas Expeditiones ſuo Marte concipiebat, ſuaque manu conſcribebat, 7. fere Pſalmorum longitudine perductas, & has quotidie in agmine & acie exiſtens legebat. Divertens ſe nonnunquam (cum in Oratione incaleſceret) per ſpeciem lotii reddendi, vel alvi exonerandi, ab agmine, ut prolixius ferventiusque oraret.

Id. d. l. 8. & 6.

Id: cum Wormatiæ, non longis intervallis, de Regno Navarræ à Gallis occupato, de Belgii populationibus, & Hiſpaniæ tumultibus nuncios accepiſſet: palam teſtatus eſt, ſe invitum & repugnantem ad arma trahi, ac dolere ſe, Turcis, qui in Ungaria Belgradum oppugnaturi eſſent, inteſtinis bellis viam in Germaniam ſterni. Orare autem Deum, ut ſibi Rempublicam Orbis Chriſtiani tranquillam: & florentem perpetuo manere cupienti, opem ferat, & in cauſa Juſta Adjutor, cuſtos & vindex adſit: Has preces pluribus verbis à ſe conceptas, quotidie recitare ſolitus eſt!

Id. ibid.

Id: dixit, ſe nolle vaſtari Germaniam, cum & Patria ſit, & ſummum ab Ea Imperii decus acceperit, & Imperator ſaluti Orbis terrarum, quantum poteſt, Deo juvante, conſulere debeat.

Ibid. plur.

FERD.I. cum in Auſtria & Bavaria paulò ante mortem, facultatem exhibendæ Laicis utriusque ſpeciei in S. Synaxi accepiſſet, Se valdè lætari Eo Beneficio, & gratias DEO agere vero pectore oſtendit: & de cœteris etiam

Fuſius Id. ibid.

etiam capp. controverſis, viam concordiæ idoneam, Pontif. Pii IV. aſſenſu inire poſſe optavit.

Hic ſubſiſto; Alia enim Exempla occurrent in Altera parte ſub R.Pr. Div.

Hoc quidem libenter damus, Pietatem à Principe colendam cum modo; Munus enim ejus à Divinis ad humana etiam eum vocat: in quo ipſo eſt Dei quidam cultus & honos. Liv. 1. c. 32.

Latini Ancum, deſidem Rom. Regem, inter ſacella & Aras acturum eſſe Regnum rati ſunt.

Haraldus V. Danorum Rex, ſolis ſacrorum officiis deditus, impunitas omnium noxas, enervi legum indulgentia præteriens omnia ſtatuti Juris munimenta convulſit, ignavus plus DEO ſinceram Regni adminiſtrationem, quàm inania ſuperſtitionis momenta placere, ſeverumque Juſtitiæ cultum ſupervacua precum adulatione gratiorem exiſtere: præterea Divinum plenius propitiari Numen, ubi jura, quàm thura promuntur: plus ſcelerum, quàm pectorum confuſionem probare, libentius criminum, quàm genuum flexus aſpicere. Saxo l. 11. plura vid. ap. Toloſ. 8. d. Rep. 2. n. 16 & Clapm. arcan. 4. l. c. 4.

Quare habenda religio citra ſuperſtitionem, ne quoque vera evadant iſthæc Senecæ effata: 2. de Clem. 5. Id. ep. ult.

Religio Deos colit; ſuperſtitio violat.

Superſtitio error inſanus eſt: amandos timet: quos colit, violat. 4. d Benef 19.

Deum nemo ſanus timet. Furor eſt enim metuere ſalutaria: nec quiſquam amat, quos timet.

Ad quam inclinamus, & trahuntur etiam ii,

qui ſui quæſtûs causâ fictas ſuſcitant ſententias: Sic illi Ennius ap. Cic. 1. d. Divin.

Sacrificuli ac Vates ceperant hominum mentes, & quæſtus ex alieno errore facilis, quem velut ex conceſſæ artis uſu exercebant. Liv l. 25 c. 1. Add. 39. c. 8. m

Eaque ad regendum efficax: Sic

Mydas Phrygum Rex ab Orpheo ſacrorum ſolennibus initiatus, Phrygiam religionibus implevit, quibus tutior omni vita, quàm armis fuit. Iuſtin l. 11. fo. 3. c. 7. p. 91. f. Amſtel. a. 1626.

Numa Religionibus & divino Jure populum devinxit. Tac. 3. Annals c. 26.

Alex: M. haud quaquam rudis tractandi militares animos, ſpeciem ſibi Herculis in ſomno oblatam eſſe pronunciat, dextram porrigentis, illo Duce, illo aperiente in Urbem intrare ſe viſum. Curt. l. 4. c. 2. m.

Hoc actu milites ſuos ad Obſidionem Tyri, alioqui torpentes excitavit, quia, ut judicant,

Nulla res multitudinem efficaciùs regit, quàm ſuperſtitio, alioqui impotens, ſæva, mutabilis, ubi vana religione capta eſt, melius vatibus, quàm ducibus ſuis paret. Curt. l. 4. c. 10. poſt princ.

Hujus rei aliud memorabile exemplum extat in Curtio:

Cum enim luna deficeret, ingens religio & formido incuſſa fuit militibus Alexandri. Quare Alexander Vates Ægyptios, ut peritos Aſtronomos, expromere jubet, quid ſentirent? Illi rationem Ecclipſeos ipſis quidem perceptam non edocent vulgus: cæterum affirmant, ſolem Græcorum, Lunam eſſe Perſarum: quotiesq́; illa deficiat, ruinam, ſtragemq́; illis Gentibus portendi. Igitur edita in Vulgus Ægyptiorum reſponſa, rurſus ad ſpem & fiduciam erexere torpentes. Rex impetu animorum utendum ratus, caſtra movit adverſus Darium.

vid. Valer. Max. lib. 1. c. 2. it. Plutarch. Themiſt. p. 116. & Polyb. Tac. l. Ann. 28.

Aliud adhuc Exemplum potentiæ in populo, per Titulum Religionis, inſigne præbuit Savanarola Florentinus:

Chalcondyl. l. 2. ter. Turc. p. 59. & ſeq. ad. de Girard. Hiſtoriæ de Frãce. l. 21. f. 716. Ioh. Hordal. Tr. ſingul. Pontemuſſ ed.

Aliud etiam *Virginis illius Gallicanæ, Johannæ Aurelianæ, vulgo la pucelle d' Orleans, enthuſiaſmus ſive Dolus, quem ſtruxit Carolo VII. Gallorum Regi.*

Quamvis non nemo hujus puellæ de præſtigiis accuſatæ innocentiam vindicare conetur. Unde Cretenſis Ille Geographus celeberrimus pulchre & ex vero adyto: ἄπαντες τῆς δεισιδαιμονίας, ἀρχηγὺς οἴονται τὰς γυναῖκας, αὔτας δὲ, ϗ τὺς ἄνδρας προκαλῦνται πρὸς τὰς ἐπὶ πλέον θεραπείας τῶν θεῶν, ϗ ἑορτὰς, ϗ πολνιασμὺς. σπάνιον δὲ ἔι τις ἀνὴρ καθ' αὐτὸν ζῶν εὑρίσκεται τοιῦτος. Superſtitionis auctores & Duces eſſe fœminas, omnes opinantur. Eæ enimverò viros invitant ad ſupervacuos, nimioſque Deorum cultus, & dies feſtos & venerationes. At rarò profectò vir cœlebs & ſibi vivens invenietur talis.

Strabo. l. 7.

At Summum Principem dedecet illa religionis rubigo, ſuperſtitio, & aniles perſuaſiunculæ: Nam

Senec. in fragm.

ſi cui intueri vacet, quæ faciunt, quæq́; patiuntur ſuperſtitioſi, inveniet tam indecora honeſtis, tam indigna liberis, tam diſſimilia ſanis, ut nemo fuerit dubitaturus, furere eos, qui cum paucioribus furerent. Nunc ſanitatis patrocinium eſt, inſanientium turba.

Sen. 1. Clem. 16. f.

Timor autem & angor ſuperſtitionis nota:

Contunditur animus & quicquid eſt indolis, comminuitur trepidatione degeneri.

Liv. l. 27. c. 25. à pr. Plut. in Alex. ſub f. p. 706. B.

Atque minimis etiam rebus, prava religio inſerit Deos. Sic, teſte Philologo Illo Chæroneo,

Alexander M. poſtquam ſemel religione obſtrictus eſt, tumultuante & trepidante animo præditus, nulla res inſolita & aliena tam oblata exigua eſt, quam non verteret in prodigium & oſtentum, ſed ſacrificantium, expiantium, vaticinantium erat inſerta regia.

Et ſubjicit Idem præſtantiſſimus Philologus hanc ſuam ἐπίκρισιν.

adeò res eſt horrenda, incredulitas & contemptio Deorum, (ἀπιςία πρὸς τὰ θεῖα) horrenda item ſuperſtitio, quæ aquæ modo vergit ad demiſſa, impletq́; abſurdis opinionibus & metu mortales, ut tum Alexandrum.

Mens

Digitized by Google

Mens inſuper excolenda ſemper:

Animadverto etiam Deos, non tàm accuratis adorantium precibus, quàm innocentiâ & ſanitate lætari, gratioremq́ʒ exiſtimari, qui Delubris eorum puram, caſtamq́ʒ mentem, quàm qui meditatum carmen intulerit! Plin. in Paneg. c.3.

Et ſapientiæ Parens, *ne in victimis quidem, licet optima ſint, auroq́ʒ perfulgeant, Deorum eſt honos: ſed piâ, ac rectâ Voluntate venerantium.* l.1. de Benef. c.6.

Hinc *qui innocentiam colit, Domino ſupplicat: qui juſtitiam DEO libat: qui fraudibus abſtinet, propitiat DEUM: qui hominem periculo ſubripit, optimam Victimam cedit.* Minutius Felix in Dialogo. qui Octavius inſcribitur.

Abſque Ritualium tamen abjectu, niſi ſi impia. Nam

Majorum inſtituta tueri, ſacris, ceremoniisq́ʒ retinendis, ſapientis eſt. Cic. l.2. d. divinat. c.72.

Comicus, *atqʒ hoc cæleſti illi*, inquit, *in animum inducunt ſuum, Jovem ſe placare poſſe, donis hoſtiis; Et operam, & ſumtum pendunt: ideo fit, quia nihil ei acceptum eſt à perjuris ſupplicii. Facilius ſi quis pius eſt, à Diis ſupplicans, quàm qui ſceleſtus eſt, inveniat veniam ſibi. Illeq́ʒ verè credit, qui exercet operando, quod credit.* Contra Ceremonias & externum cultum Vid. etiam Senec. ep. 95. p.604. Gregor. homil.26.

Nec in verborum argutiis Religio, ſed in vita & factis! Poſſem hîc quædam appoſitè & verè: Verùm ob noſtri ævi curioſitatem, & Theologiæ profanationem Niceph. Gregoras mihi inclamat: lib.11. c.21. pag.391.

Μὴ δεῖ τὰ ἱερὰ τῆς θεολογίας μυστήρια
βεβήλοις τοῦ Δήμου προτίθεσθαι ἀκοαῖς:
Μηδὲ περὶ τούτων οὐκ ἐν ὁδῷ!

STELLÆ PRIMÆ
RADIUS QUARTUS
CONSCIENTIA.

De Conſcientia, velut Religionis aut Pietatis Practicæ Lacinia, nunc videamus: EST enim EX RELIGIONE & DEI METU ANIMI JUDICIUM ORTUM, BONA APPROBANS, MALA ABHORRENS. Omnes illuc vocamur ab interno iſto bonorum, malorumque facinorum Judice & Indice, velut ad Tribunal: & homini formato indelebilem hunc characterem DEUS impreſſit. Satis utiliter autem: Lipſ. in Monit. l.1. c.6. confer definit. Ioh. de Anania con. ſil.34. n.5.

Ut ſit Cuſtos, ſingularis præfectus, domeſticus ſpeculator, proprius Curator, intimus Cognitor, aſſiduus Obſervator, individuus Arbiter, inſeparabilis Teſtis, malorum Improbator, bonorum prolator, in rebus incertis proſpector, periculoſis Tutator, dubiis præmonitor, egenis opitulator: Drexel. Aurif. A. part.2. c.6.

Digitized by Google

Id. in Tr. ſingul. d. Conſcientia per tot. Oroſ. l. 2. Explan. in Epiſt. ad Rom. Senec. Epiſt. 105. f.

Etiam Antigrapheus accuratiſſimus:

Imò pædagogus & Rector animæ, qui eam de melioribus moneat, vel de culpis caſtiget & arguat.

Conſcientia enim res una eſt omnium efficaciſſima:

Tutum aliqua res in mala conſcientia præſtat, nulla ſecurum. Putat enim ſe, etiam ſi non deprehenditur, poſſe deprehendi. Et inter ſomnos movetur: Et quoties alicujus ſcelus loquitur, de ſuo cogitat. Non ſatis illi obliteratum videtur, non ſatis tectum. Nocens habuit aliquando latendi fortunam, nunquam fiduciam.

D. Aug. ſup. Genes.

Itaque bona illa in ſolatium:

ſed in homine lætitia, quidam bona conſcientia paradiſus eſt.

Exclamandum cum Philoſopho noſtro:

Senec. de vit. beat. c. 20.

Nihil opinionis Cauſâ, omnia conſcientiæ faciam populo ſpectante fieri credam, quicquid me conſcio faciam.

Idem Ep. 43. f.

Tunc felicem te eſſe judica, *cum potens in publico vivere, cum te parietes circumdatos nobis judicamus*, non ut tutius vivamus, ſed ut peccemus occultius. Vix quemque invenies, qui poſſit aperto oſtio vivere. Janitores conſcientia noſtra, non ſuperbia appoſuit. Sic vivimus, ut deprehendi, ſit ſubito aſpici. Quid autem prodeſt, abſcondere ſe, aures, oculosq; hominum vitare. Bona conſcientia turbam hominum advocat: mala etiam in ſolitudine anxia atque ſolicita eſt: ſi honeſta ſunt, quæ facis, omnes ſciant: ſi turpia, quid refert, neminem ſcire, cum tu ſcias. O te miſerum, qui contemnis hunc teſtem!

Et nobiliſſimus Encomiaſtes naturæ ait: *Diſcimus Experimento, fidiſſimam eſſe cuſtodiam Principis ipſius innocentiam.*

Plin. in Panegyr.

Mala verò, in tormentum:

Senec. Epiſt. 97. f. 609.

Poteſt enim nocenti contingere, ut lateat, latendi fides non poteſt. Aut ſi hoc modo melius hunc (Epicuri) ſenſum explicari poſſe judicas: Ideo non prodeſt latere peccantibus, quia latendi etiamſi facultatem habent, fiduciam non habent. Ita eſt: tuta ſcelera eſſe poſſunt: ſecura non poſſunt.

Et idem, alibi ita: οὐκ ἔςι τὸν λάθρα τὶ ποιοῦντα πιςεύειν, ὅτι λήσει κὰν μυριάκις ὑπὸ τοῦ παρόντος λανθάνη. Μέχρι γὰρ καταςροφῆς ἄδηλον εἰ καὶ λήσει. *Non eſt, ut, qui clam aliquid facit, confidat, latere ſe ſemper & ſi millies in præſenti lateat. Usq; ad finem incertum eſt, an ſemper latebit.*

Epicurus in Epiſt. ad Menæcea. ap. eund.

Sen. Epiſt. cit. 97.

Imò multos fortuna liberat pœna, metu neminem. Nunquam fides latendi fit etiam latentibus; quia coarguit illos conſcientia, & ipſos ſibi oſtendit.

Polybius in fragm.

Eaque nec teſtis fallax: nam ut innuit Scipionis Africani Præceptor: οὐδεὶς οὕτως οὔτε μάρτυς ἐςὶ φοβερὸς, οὔτε κατήγορος δεινὸς, ὡς ἡ σύνεσις, ἡ κατοικοῦσα ταῖς ἑκαςῶν ψυχαῖς. *Nullus neq; teſtis tàm formidabilis, neque*

Digitized by Google

que Judex tàm gravis, quàm Conſcientia, quæ mentibus cujusq; inſidet & inhabitat.

Et alius: Τὸ συνειδὸς, ἀδέκαστον κριτήριον: ὁ σὺν τῷ συνειδότος, ὡς ἄξιον τὴν καρδίαν ἰσόστοιχον. Pachymr. l. 2. c.15.& l.3.c.14 in f. de Palæol.

Poëta etiam ſapienter: Iuven. Satyr. 13

Cur tam hos tu — — —
Evaſiſſe putes, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum:
Pœna autem vehemens, & multo ſævior illis,
Quas & Caditius gravis invenit, & Rhadamanthus
Nocte, dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem.

Cujus ſigna ſunt; *erubeſcere, pallere, inconſtanter loqui*, quæ malam quoq; faciunt præſumptionem. Favin. l. 2. de Indic. Q. 52. n. 93.

Hinc *ex vultu, aſpectu, conſtantia, trepidatione, ex oculorum, ſermonum indicio, delinquentis conſcientia obſervari poteſt, qualis ſit.* Text. in l. 10. ff. de Quæſt.

Br. in l. 15. qui reus. n. 12. in f. ff de publ. jud.

Nec conſcientia Judicis ſecura de proprio ipſius ſinu vel pectore, ſed de mero & conſcientia legis, regulata ſecundùm tramites Juris, proficiſci debet. Bald. in l. 1. & 5. c. ſi plur. un. Sent.

Nec *utilitas privata publicæ & communi præferenda.* Can. 4. ubi

Et *relinquenda conſcientiarum libertas.* cauſ. 3. q. 7. §. omnis. Nov.

Neq; aliter Vir bonus; ſecus enim ſine conſcientia eſſet. 122. & v. R. A.

Unde Cicero: *Mea mihi conſcientia pluris eſt, quàm omnium ſermo.* 1544. 1548. 1555.

Et eſt ſecura Reſpublica, cujus Princeps vir eſt probatæ conſcientiæ; Iaſ. in §. ſed Sinceræ quippe conſcientiæ vir nihil in Republ. mali agere poteſt. Imò iſtæ. l. de actione. n. 110. nec ULLA FELICIOR RESP. quàm quæ à ſinceræ conſcientiæ Principe Ad Attic. ep. gubernatur:. Indeſinenter optemus igitur, cum pio Antiſtite, 246.

Principem dulciſsima Pace gaudentem, pietate Religioſum, benignum mente, ſanum corpore, moribus caſtum, conſcientia ſecurum! August. tr. de Civ. Dei. 3.

Qualis Heros quondam laudatiſſimus Stephanus Bathorius Rex Poloniæ fuit, qui crebris ſermonibus uſurpare ſolitus eſt: *Deum tria ſibi reſervaſſe, in quibus nec velit, nec poſsit habere parem: dominari conſcientiis, ſcire futura, & ex nihilo aliquid facere.* Quare idem dixit: *Ego ſum Rex populorum & non conſcientiarum.*

Id quoq; MAXIMILIANO II. Cæſari invictiſſimo viſum, dicendo: utrumq; leg. *Nullam intolerabilem eſſe Tyrannidem, quàm dominari velle conſcientiis, quæ imperandi ratio dira ſit carnificina.* ap. Exner. l. 2. c. 17. d. tr.

Quod Conſcientia ſit mille teſtes, ejusq; vulnus teſtati Hiſpani in Teſtamento CAROLI V, & PHILIPPI II. ap. Thuan. l. 21. p. 947. & l. 120. p. 509.

Et quia iſthæc Materia quoq; recurret infra ſub Parte II, Actum agere nolens eò me, & interim etiam ad Antigrapheum Drexelii remiſſum volo.

STEL-

Digitized by Google

STELLAE PRIMAE
RADIUS QUINTUS.
PROBITAS.

DE duobus Pietatis utriusq; Surculis, qui ſub arbore hac, imò ex ea nati, quorum prior ex Senſu; poſterior ex Cultu originem ducit, proximè egimus: Solam prætermus Probitatem, quam tamen, ſi modo vera ſit, neceſſariò, utpotè ejuſdem Comes, infert Pietas.

Probitatem autem hîc appello cum perpolito noſtro Politico, RECTAM IN MORIBUS ET ACTIONE OMNI VITAM, EX HONESTI NORMA. *Juſtus* enim *probusq; eſto, & ex profunda mente pullulabunt honeſta, & utilia conſilia. Nec enim iſta ſeparemus: non*, inquam, *honeſtum ab utili.* Et errat ab Italia Doctor, * qui ducit aliò: qui Tyranniones mimutos, non Reges, aut Principes legitimos format: Abeat: Tolle tu fucum & fraudem, quæ nec valida, nec diuturna eſſe poſſunt. Interna Probitas, quæ ubiq; laudatur, at alget, ſola proba, quâ

Lipſ. in Mon. & Exempl. Pol c. 7.

(* Machinoſus ille Machiavellus)

eſſe, quàm videri (cum Catone) *probi malumus.*

Criſp. Salluſt. in Catil c. 54. 1. Probitas ſit ſeria ſine fuco

Quo loco Romanæ Hiſtoriæ Princeps manifeſtò fuit interpretatus hunc Senarium Æſchyli, qui Amphiarai auguris naturam, probitatemque laudans, inquit:

οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ᾽ εἶναι θέλει.

in Sept. ad Theb. v. 546.

Nec enim videri hic Juſtus, ſed eſſe vult.

Plut. in Ariſtide poſt pr. p. 320. C.

Hoc de Ariſtide quoque dictum refert ille, in Politicis nulli veterem Philoſophorum ſecundus: imò fortaſſe major, quia & Πρακτικὸς fuit Auctor

Cic. l. 2. Tuſc. Quæſt. c. 26. ſub fin. p. 146, 48.

Mihi laudabiliora videntur omnia; quæ ſine venditatione, & ſine populo teſte fiunt: non quod fugiendus ſit, (omnia enim benefacta ſe in luce collocari volunt) ſed tamen nullum theatrum virtutu conſcientia majus eſt.

Tac. 2 Hiſt. c. 10.

Non igitur ſit Princeps cum Vivio Criſpo, in numero *clarorum magis, quàm bonorum.* Nam

Sen. ep. 113. f.

qui virtutem ſuam publicari vult, non virtuti laborat, ſed gloriæ.

Et *honeſtatis fructus in Conſcientia potiùs, quàm in fama reponendus.*

Plin l 1. ep. 8. 2 Omnibꝰ externis prælata Plin. in Paneg. c. 103. pr.

nec eorum, qui nimis cultum aut corpus curant:

Sic UXOR IMPERATORIS TRAJANI, *quàm modica cultu, quàm parca comitatu, quàm civilis inceſſu.*

Tacit. in Agr. c. 40. v. 465. c.

Sic AGRICOLA *cultu modicus, ſermone facilis.*

Sic CORBULO *non ſpecie manium validus.*

Tac. Ann. 13 c. 8.

Contra

Digitized by Google

Contra, cum Helvidio Priſco, 3. Integra per omnes officiorum partes

Opum contemptor, recti pervicax, conſtans adverſus metûs. Tac. 4. hiſt. c. 6

Atq; animus ſolus colendus, qui magnus; hinc ille omnium horatum Vates:

—— Magnum hoc ego duco, Horat. l. Serm. 6. Satyr.

Quod placui tibi, qui turpe & ſecernis honeſtum:

Non Patre præclaro, ſed vita & pectore puro.

Qui æternus: nam

Ingenii præclara facinora, ſicut anima, immortalia ſunt: Salluſt. Iug. c. 2.

Quam

in æternitatem primus aſſeruit Pythagoras. Symm. l. I. ep. 4.

Sicut Imper. Rom. Probus, verè probus, extitit; Sic ab eadem Virtute LEOPOLDUS II. cognominatus eſt Probus atque militiæ decus. Idem agnomen tulit

FRIDERICUS Pulcher, Quem
Natura Pulchrum, Virtus & Probum fecit.
Utrumq; Imperatorem,
Ut neſciam, an majore Naturæ
Miraculo factum ſit,
ut Fortis, Pulcher, eſſet:
(Adeò rarus natus eſt ad arma Paris.)
An verò Virtutis?
Quæ maximè diſſita ita conjunxit,
Ut cum bina videre poſſint, unum miraculum ſint. I In Cor. XII. Cæſ. R. 3.

Ejusdem Auguſta Eleonora eâdem pulchritudinis Notâ cùm interna tùm externa, præ aliis Imperatricibus t. t. inſigniebatur. Cuſp. in vita huius Imp.

ALBERTO II. omnia aderant dona, quæ ad bonum Imperatorem pertinent: Animus erga Remp. bonus, Peritia multarum rerum, Facultas, qua poterat, & Fortitudo corporis animique, qua gaudebat exequi negotia Reip. neceſſaria. Henr. Mutius l. 28. f. 320.

MAXIMILIANUS I. pro corde Germaniæ cor ſuum,
pro ſcuto pectus ſuum oppoſuit.
Ita fidem fecit Illi,
Quod in Conſtantienſi Conventu ad Imperii Ordines dixerat:
Se centies centena aureorúm millia è ſuis opibus Reip. impendiſſe.
Cui enim Ille ſumptui parceret pro Republ.
cui etiam impendit ſanguinem.
Nihil illud vulnus aliud egit, quàm quod aditum ad cor aperuerit.
Ut in eo omnes viderent, quàm ſui cives ſibi cordi eſſent! In Cor. XII. Cæſ. R. 6.

De FRIDERICO I.

adde Busbeq. ſub fin. epiſt. 4. de Legat. Turc. & fatebere, Speculum fuiſſe boni Principis. Neq; abs re

MATTHIAS I. cognomento Boni benè inſigniebatur, ut videre eſt *in Cor. XII. Cæſ.* fuſiſſimè.

Et quemadmodum MAXIMILIANI I, primi Conjugii AUGUSTA MARIA, dotibus animi, corporis & fortunæ præſignibus prædita erat; Iisdemq;

Ejusdem MARIA tertii Matrimonii Auguſta tantopere excelluit, ut integrum Imperium Romano-Germanicum in admirationem nunquam non rapta fuerit.

Ita FERDINANDI I. Auguſta, ANNA, tàm pulcrè pia & virtuoſa fuit, ut poſt Ipſius obitum Imperator ad ſecunda Vota non convolare amplius in animum induxerit.

Cuſpin. in vit. Impp. Verbo dicam: AUSTRIACI ſunt AUGUSTI, & AUSTRIACÆ AUGUSTÆ. Sat dictum!

Et hoc tantùm Majores, quò meliores!

STELLAE PRIMAE
RADIUS SEXTUS
JUSTITIA DISTRIBUTIVA FIDA.
Sive
DE FIDE ERGA QUOSCUNQUE.

APparet alius Radius ex præfulgente Stella, de cujus fulgore & q. repercuſſu præradiat Fides, cujus Vocabulum πολύσημον eſt; nos autem, ut noſtro inſervit Propoſito, eam deſcribere breviter poſſumus, cum viro quidem non tantùm Chriſti ignaro, ſed etiam parco ſuorum Deorum Cultore DICTORUM CONVENTORUMQUE CONSTANTIAM ET VERITATEM: Sicq; appellatam Stoicis à fiendo, quia fiat, quod dictum eſt.

Cic. 1. off. 240 a. 60.

v. Ph. Camer. h. ſt. med. cent. 7. c. 77.

Et in hoc ſenſu etiam capitur in ſacro Codice. Hìc illud valeat Auguſtini eleganter.

Sup. Ioh. Serm. 22.

Fides dicta eſt ab eo, quod fit, duæ Syllabæ ſonant, cùm dicitur Fides; Prima Syllaba eſt à facto, ſecunda à Deo: Interrogo te ergo, utrum credas? dicis, credo: fac quod dicis, & fides eſt.

Hinc

Hinc Gentiles & infideles *jurarunt per ſuam fidem.* Quocirca apud Comicos Poëtas ſæpè dicitur: *Dî veſtram fidem*, q. Deos fidei ſponſores appellent, ut ſibi opem, auxiliumque afferant, perfidiamque ulſciſcantur. Neque temerè Romani etiam Fidem in Capitolio Junctam Jovi ſacraverunt, ſed ut indicarent Jovi ſacram eſſe fidem, vindicare perfidiam, neque poſſe Imperium ſine fide ſtare, regive. Virtus hæc

Alex. in l. ſi quis major n. 16. ibique laſ. n. 28. C. d. Trans. Cat. Cenſ. cit. Cic. l. 3. off. c. 29. pr. p. 275. 35.

* *Eſt & Juſtitiæ & Amicitiæ fundamentum.*

Quæ *inter maxima humani generis colitur.*

* Cic. d. l. 1. off. & de Amicit. p. 108. b. Sen. 5 d. benef. c. 10.

Sine qua omnes Regum ac Principum virtutes obſcuriores fiunt; ab ea enim ſingulæ ſic lumen accipiunt, ut à Sole, Luna, Sydera ac Stellæ omnes. JUSTITIA ſine fide ſæva ac ſanguinaria eſſet, FORTITUDO ignava ac torpida; TEMPERANTIA triſtis ac Verecunda; PRUDENTIA vana ac mendax eſſet & vafra quædam, verſutaque calliditas. FIDEM itaque in Repub. firmiter ſervandam, FAMA vovet:

Quoniam *Turpe eſt aliud ſentire, aliud loqui,*
quantò turpius, aliud ſcribere & aliud ſentire.
Turpiſſimum eſt fidem datam fallere.
Grave eſt privatis, promiſſa non adimplere;
Ita multò gravius eſt Principi, ratione dignitatis:
gravius enim peccat Princeps frangendo fidem, quàm inferior & privatus.

Addo, *quisquis alteri fidem promiſſam negat, falſi eum teneri:* mendacium autem ſervile peccatum eſt: igitur Princeps fidei ſuæ dubius, in ſervilem naturam transformatur. Hinc meritò ſapiens:

Non decent ſtultum verba compoſita, nec Principem labium mentiens. Quod effatum pulchrè à Günthero Ligurino carmine redditum, lippiſque & tonſoribus notum eſt.

Id. ep. 24.
Bod. 5. Pol 5.
arg. l. 8. C. de Epiſc 5. 8. c. 12. d Jur. e. r. c. 6. d. homic. Pariſ. conſ. 82. n. 49. vol. 1. Peregr conſ. 87. n. 11. vol. 1. & alii plur.
Scip. Amir. Dippol. diſc. 8.
Prov 17. 7.
l. 3. verſ. 515.

Contra, veritatem profiteri heroicum & Regium, pateſcit hoc ex antiquo illo:

ex Spec. Sax. lib. 3. art. 54

Als man den König wöhlet / ſo ſoll er dem Reich Hulde thun / und ſchwören / daß er die Warheit ſagen will / und alles Unrecht brechen.

Et finis ita favet: Nam

Fide abrogata, omnis humana ſocietas tollitur.

Et *ubi ſemel quis pejeravit, ei credi poſtea, etiamſi per plures Deos juret, non oportet.*

Imò *veritatis tanta vis eſt, ut contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contraq; ficta omnium inſidias facilè per ſe ipſam ſe defendat.*

Et * *ſi quis veritate vincitur, non ipſe vincitur, ſed ignorantia, quæ in ipſo eſt, & victus cum victore coronatur.*

Liv. l. 6. c. 41. f.
Cic. pro C. Rabir. Poſtum. p. 565.
c. vincens omnia 4. & ſeq. diſt. 8. v. Afflict. deciſ. 235. n. 7. cum Al.

* Clem. l. 2. recogn.

Zahn. d. Mend. lib. 1. c. 1. n. 3 §. pen. Hinc illud *veritas odium parit.*

de veritate particulari, non univerſali, quia objectum eſt intellectûs proprium; at nulla facultas objectum ſuum proprium in univerſali poteſt averſari, intelligi debet.

Planè ergò iſtis Doctoribus novis

Ariſtoph. Acharn. act. 2. ſc. 2. v. 29. *Οἷσιν ὔτε βωμὸς, ὔτε πίσις, ὔθ' ὅρκος μένει.*

(quòd ab Ariſtophane dictum eſt in Spartanos, quorum perfidiam quoque taxavit Euripides:

Σπάρτης ἔνοικοι δόλια βουλευτήρια:
Spartæ incolæ, doloſa conſultamina.

Cic. 3. Offic. p. 68. b. & Suet. in Cæſ. c. 30. Ex Eurip. in Phœniſ. act. 2. poſt. m. (100. m.) Qui illud Euripidis, quod frequenter in ore Cæſari:

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ τυραννίδος πέρι κάλλισον ἀδικεῖν τ' ἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών:

Sivè, *S'il faut meſchant, ſois, le pour eſtre Roy,*
Mais au reſte ſois juſte, & vie ſelon la Loy.

Quinimò

Principem quidvis & ſimulare & diſſimulare, adeoque etiam juratam fidem fallere debere, quoties ipſi utile videbitur:

in Laconic. c. 94. Inſuper inſuſurrant, *fidere ſæpè nocebit, & diffidere usq; docebit.* Talem Pſeudo-Politicum Plutarchus deſcribit *Lyſandrum, Spartanorum ducem, hominem verſutum, & pleraq; fraudibus miſcentem.*

Juſtin. 41. c. 3. f. Tales extitiſſe Parthos ſcribit quisquam, apud quos

Fides dictis, promiſſisq; nulla, niſi quatenus expedit.

in Theb. act. ult. f. Heu vani, falſi! *Nam frangenda fides nullâ vi:* Sic Polynices apud Senecam

——— pro Regno velim
Patriam, penates, conjugem flammis dare.
Imperia pretio quolibet conſtant bene.

Curt. 6. cap. 9. poſt. pr. Et

Avita ſpes Regni, præcipitem animum
ad ultimum ſcelus agit.

Cic. l. 1. off. c. 13. in f. Nullâ fraude: *Cum enim duobus modis, aut vi aut fraude fiat injuria, fraus quaſi vulpeculæ, vis Leonis videtur. Utrumq; ab homine alieniſſimum eſt: ſed fraus odio digna majore. Totius autem injuſtitiæ nulla capitalior eſt, quam eorum, qui tum, cum maximè fallunt, id tamen agunt, ut viri boni eſſe videantur.* Ergo

Id. lib. 3. pag. 79. a. & b. præclarè Ennius: *O fides alma, apta pennis, & jusjurandum Jovis.*

Et autem jus etiam bellicum, fidesque jurisjurandi ſæpè hoſti ſervanda. Quod enim ita juratum eſt, ut mens conciperet fieri oportere, id ſervandum eſt: quod aliter, id ſi non fecerit, nullum perjurium eſt.

Non

Non enim falſum jurare, pejerare eſt: ſed quòd ex animi tui ſententia juraveris, ſicut verbis concipitur, more noſtro, id non facere, perjurium eſt. Scitè enim Euripides:

Juravi lingua, mentem injuratam gero.

Ob fidem invidis datam laudatur ita Regulus à Silio: Hæc ex Sil. Liv. & Plut. Balth.Conr. Zahn. d tr. lib.3.c.8.n. 137.cum ſeqq.

Qui longum ſemper, famâ gliſcente per ævum
Infidis ſervaſſe fidem, memorabile Pœnis.

Probatur hoc Decreto illo Romani Senatûs, quô, poſtulante Hannibale, ad eum remiſſi ſunt captivi illi poſt cladem Cannenſem, quibus redimendi ſe poteſtatem feciſſet Hannibal, fide ab eis accepta redeundi, niſi res confici queat, propoſita illis conditione; illique doloſè unius diei iter progreſſi, ſimulato negotio in Caſtra hoſtium reduſſent, putantes, ſe hoc ſacramento eſſe ſolutos.

Corroboraturque ex memorabili illa Oratione Camilli, cùm Faliſcorum pueri à ſuo Magiſtro fraude in Caſtra ipſius protracti eſſent.

Hinc dicitur, Imperium Romanum tria imprimis auxiſſe & conſervaſſe:

1. Sanum Conſilium in Republ. 2. paupertatem privatam. 3. fidem in promiſſis & factis omnibus, etiam hoſtibus ſervatam.

Nam

tàm ſponſiones, quàm fœdera ſancta ſunt apud eos homines, apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur. Poſtumius ap. Liv. l.9. c 9.

Sic apud Homerum Agamemnon ſuos milites affatur l. d. Iliad. verſ.234. & ſeqq.

——— nunc ſumite vires,
Non erit auxilio perjuris hoſtibus olim
Juppiter, at primi frangentes fœdera Trojes
Vulturibus lanianda dabunt ſua Corpora ſævis.

Et apud Thucyd:

Lacedæmonii ex eo Victoriam ſibi potiſſimum pollicentur, quòd Athenienſes priores fœdera violâſſent. l.7. p. 495.

Nam *profectò lento gradu ad vindictam ſui Divina procedit ira, tarditatemq; ſupplicii gravitate compenſat.* Val. Max. l. 1. c. 1. ex. extr.3.

Conſueverunt liquidem *Dii Immortales, quo gravius homines ex rerum commutatione doleant, quos pro ſceleribus eorum ulciſci volunt, his ſecundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem concedere.* C. Iul. Cæſ. in Comment. de Bell.Gall. c.14.

Imp. Juſtinus Rhinotmetus rupit fœdus Arabicum: & quamvis Arabes orarent, ne id faceret, Deum obteſtati, cujus Numine interpoſito pactorum tabulæ confirmatæ eſſent, eumque vindicem invocarent contra eos, qui pugnæ cauſam præberent, tamen Imp. obduratis auribus ad pugnam ferebatur. Arabes igitur induciarum tabulis haſtâ ſuſpenſis ac ve-

 xil-

Zonar. t 3. p.75. xilli inſtar ante ſuum Exercitum elatis, cum Romanis congrediuntur, eosque vincunt.

FRIDERICUM III. Imp. juraſſe nunquam compertum eſt, ob inſignem fidem, quâ prælucebat ſuis, niſi cum in Civitate Aquenſi apud Belgas & Romæ coronatus eſſet. Idque juramentum conſtantiſſimè tenuit: cum enim jurejurando promiſiſſet, quæ bona poſſideret Imperii, nullatenus ſe alienaturum: eâdem ratione modò hoc, modò illud ex eo peteretur, maluit avarus negando, quàm concedendo perjurus videri.

Prolixius Exner. d. tr. l. 4. c. 2.

MAXIMILIANUS I.

Cum à Brugenſibus intra mœnia receptus inermis,
(Eundem diceres in carcere detentum,
Niſi Ipſe ſua ſibi ſemper regia fuiſſet.)
Cuſtodiebatur intèr muros & mœnia, quæ Ipſe cuſtodiebat.
Et apud quos non ſatis ſecurus erat, per eum omnes ſecuri erant.
Veniam enim cum optimo Principe pacti,
Illius fidem ſuæ perfidiæ oppoſuerunt.

In Cor. XII. Cæſ. R. 6.

CAROLUS V. Cur hoſti & deſertori Religionis ſervaret fidem in A. 1521. rogatus ab Adminiſtris? Reſpondit, fidem rerum promiſſarum, etſi toto mundo exularet, tamen apud ſeſe conſiſtere oportere: nec ullius rei ergo labefactandam aut mutandam.

Fuſius præcit. Exn. d. loc. Exempl. 8. & 20.

Cum à FERDINANDO I. veteranus quidam miles inveſtituram Feudi promiſſi contenderet, & Conſiliarii Authores Imper. exiſterent, ne tam amplum feudum in militem conferret, ſed aliis minus opulentis concederet. Reſpondit, ſi damnum aliquod contrahere debeam, melius & honeſtius eſt, ut bona mea, quàm fides promiſſa, jacturam faciant.

Id. Ex. 21.

Cum MAXIMILIANUS II. Filius ejus, in abſentia Philippi Anno 1548. qui à Patre Car. V. in Germaniam accerſitus fuit, Hiſpaniam adminiſtrare deberet, ad iter præparatum ei hanc inſtructionem dedit. 1. ſacra & preces omnibus negotiis anteponito: 2. paraſitis fidem non adhibeto, etiam amicis non omnia concredito. 3. Nihil laboris aut Curæ remittito, ut quamprimùm Patris tui ſigillum & Chirographa reluere poſſis: Inutilis enim eſt Dominus, qui fidem datam violat, aut à prædeceſſorum ſuorum contractibus diſcedit.

Id. Ex. 21.

Sic nec LEOPOLDUM Imp. Invictiſſ. neque ANTECESSORES AUGUSTISSIMOS Glorioſiſſimæ Memoriæ, Capita Capitulationis à PROCERIBUS Imperii præformata vel reformaſſe, vel reſpuiſſe, vel revocaſſe, nulla penna pinget candida.

Exoretur modo Rex Regum, & Princeps Principum ſupremus, ut Sereniſſimam hanc FAMILIAM AUSTRIACAM ſartam tectam conſervare porro dignetur.

Ha-

Hactenus de Prima Virtutis Stella JUSTITIA, ejusque Radiis aliquibus. De reliquis enim ex ſubſequentibus liquidè liquebit; neque iſta libenter iteramus, quæ pene in Homericum τὸν δ' ἀπαμειβόμενος abierunt.

Gronov. ad Liv. p. 24.

DE SECUNDA VIRTUTIS STELLA *FORTITUDINE.*

AT Fortitudo Stella Virtutis altera eſt, quam primæ non appono ſolùm, ſed in parte præpono. Nam

Nobiliſſima & labore digniſſima eſt illa tractatio, quæ in nobiliſſima & difficillima re occupatur.

ex Ariſtot. princ. 2. de Anima.

Fortitudo autem omnium virtutum difficillima & pulcherrima exiſtit, atque ſine ea Civilis Societas conſtare non poteſt. Hæc

Comes Juſtitiæ eſt fidiſſima, ſine qua manca omninò & debilis eſſet. Hæc etiam ζωὸς δοτ☉,

Ab ipſo DEO eſt. Imò eapſe præditi, DEO ſimiles habendi. Nulla enim virtus majorem laudem, & plura munera accipit, quàm fortitudo, quin imò aliæ quaſi immunes eſſe videntur. Quot munera, quot præmia, quot honores, à Regibus, Impp. Ducibus, ac populis Viris fortibus ſtatuuntur? teſtes ſint coronæ militares, haſtæ, torques, armillæ, pedeſtres, equeſtresque Statuæ, trophæa, ovationes, triumphi, & alia multa, quibus Viii Virtute præſtantes in præliis honeſtantur. Adnecto amplius;

Fr. Patric. d. Inſt. Reip. 3. lib. 1. Tit. 29. verſ. 9. Dan. 2. 20. Præalleg. Fr. Patr. Tr. d. R. & R. Inſt. 7. l. 1. T.

Hæc Virtus Regia, omniumque Virtutum prima, quæ ad Reges pertinent;

Omnis enim regendi vis in animi fortitudine & magnitudine ponenda eſt, quam deinde virtutes reliquæ facilè comitantur.

Id. d. loc. lib. 5. Tit. 1.

Hæc reliquarum quaſi eſt conſervatrix, & fermè Domina: Invictum animi robur, quô contra omnem fortunæ novercantis aut ridentis impetum ſtamus immoti, inſtar columnæ: contra vitæ diſcrimina, ſupremamq; neceſſitatem perſeveramus inconcuſſi, & magis magisque illo rationis & ſapientiæ pondere ſub qualicunque onere erigimur, inſtar palmæ. Scivit idipium Sophus noſter, ideò appellitat fortitudinem

Senec. ep. 113.

Munimentum humanæ imbecillitatis inexpugnabile; quod qui circumdedit ſibi, ſecurus in hac vitæ obſidione perdurat.

Quam quoque ſolam Virtutis nomine indigitari à Doctiſſ. vetuſtate cernimus, indeq; eadem virum adeo decet, ut hæc Virtus à Græcis deſignetur ἀνδρεία ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, non quod in ſolos viros cadat; ſed quod VIRI PROPRIA MAXIME SIT FORTITUDO.

Cic. Tuſc. 2.

ra-

Zonar. t 3. p.75. xilli inſtar ante ſuum Exercitum elatis, cum Romanis congrediuntur, eosque vincunt.

FRIDERICUM III. Imp. juraſſe nunquam compertum eſt, ob inſignem fidem, quâ prælucebat ſuis, niſi cum in Civitate Aquenſi apud Belgas & Romæ coronatus eſſet. Idque juramentum conſtantiſſimè tenuit: cum enim jurejurando promiſiſſet, quæ bona poſſideret Imperii, nullatenus ſe alienaturum: eâdem ratione modò hoc, modò illud ex eo peteretur, maluit avarus negando, quàm concedendo perjurus videri.

Prolixius Exner.d.tr. l.4. c,2. MAXIMILIANUS I.

Cum à Brugenſibus intra mœnia receptus inermis,
(Eundem diceres in carcere detentum,
Niſi Ipſe ſua ſibi ſemper regia fuiſſet.)
Cuſtodiebatur intèr muros & mœnia, quæ Ipſe cuſtodiebat.
Et apud quos non ſatis ſecurus erat, per eum omnes ſecuri erant.
Veniam enim cum optimo Principe pacti,
In Cor. XII. Cæſ. R. 6. Illius fidem ſuæ perfidiæ oppoſuerunt.

CAROLUS V. Cur hoſti & deſertori Religionis ſervaret fidem in A. 1521. rogatus ab Adminiſtris? Reſpondit, fidem rerum promiſſarum, Fuſius præcit. Exn. d. loc. Exempl. 8. & 20. etſi toto mundo exularet, tamen apud ſeſe conſiſtere oportere: nec ullius rei ergo labefactandam aut mutandam.

Cum à FERDINANDO I. veteranus quidam miles inveſtituram Feudi promiſſi contenderet, & Conſiliarii Authores Imper. exiſterent, ne tam amplum feudum in militem conferret, ſed aliis minus opulentis concederet. Reſpondit, ſi damnum aliquod contrahere debeam, melius & Id. Ex. 21. honeſtius eſt, ut bona mea, quàm fides promiſſa, jacturam faciant.

Cum MAXIMILIANUS II. Filius ejus, in abſentia Philippi Anno 1548. qui à Patre Car. V. in Germaniam accerſitus fuit, Hiſpaniam adminiſtrare deberet, ad iter præparatum ei hanc inſtructionem dedit. 1. ſacra & preces omnibus negotiis anteponito: 2. paraſitis fidem non adhibeto, etiam amicis non omnia concredito. 3. Nihil laboris aut Curæ remittito, ut quamprimùm Patris tui ſigillum & Chirographa reluere poſſis: Inutilis enim eſt Dominus, qui fidem datam violat, aut à prædeceſſorum ſuorum contractibus diſcedit.

Id. Ex. 21. Sic nec LEOPOLDUM Imp. Invictiſſ. neque ANTECESSORES AUGUSTISSIMOS Glorioſiſſimæ Memoriæ, Capita Capitulationis à PROCERIBUS Imperii præformata vel reformaſſe, vel reſpuiſſe, vel revocaſſe, nulla penna pinget candida.

Exoretur modo Rex Regum, & Princeps Principum ſupremus, ut Sereniſſimam hanc FAMILIAM AUSTRIACAM ſartam tectam conſervare porro dignetur.

Ha-

Hactenus de Prima Virtutis Stella JUSTITIA, ejusque Radiis aliquibus. De reliquis enim ex ſubſequentibus liquidè liquebit; neque iſta libenter iteramus, quæ pene in Homericum τὸν δ' ἀπαμειβόμενος abierunt. Gronov. ad Liv. p.24.

DE SECUNDA VIRTUTIS STELLA *FORTITUDINE.*

AT Fortitudo Stella Virtutis altera eſt, quam primæ non appono ſolùm, ſed in parte præpono. Nam

Nobiliſſima & labore digniſſima eſt illa tractatio, quæ in nobiliſſima & difficillima re occupatur. ex Ariſtot. princ. 2. de Anima.

Fortitudo autem omnium virtutum difficillima & pulcherrima exiſtit, atque ſine ea Civilis Societas conſtare non poteſt. Hæc

Comes Juſtitiæ eſt fidiſſima, ſine qua manca omninò & debilis eſſet. Hæc etiam ζεὸς δοτός,

Ab ipſo DEO eſt. Imò eapſe præditi, DEO ſimiles habendi. Nulla enim virtus majorem laudem, & plura munera accipit, quàm fortitudo, quin imò aliæ quaſi immunes eſſe videntur. Quot munera, quot præmia, quot honores, à Regibus, Impp. Ducibus, ac populis Viris fortibus ſtatuuntur? teſtes ſint coronæ militares, haſtæ, torques, armillæ, pedeſtres, equeſtresque Statuæ, trophæa, ovationes, triumphi, & alia multa, quibus Viri Virtute præſtantes in præliis honeſtantur. Adnecto amplius; Fr. Patric. d. Inſt. Reip. 3. lib. 1. Tit. 29. verſ. 9. Dan. 2. 20. Prææalleg. Fr. Patr. Tr. d. R. & R. Inſt. 7. l. 1. T.

Hæc Virtus Regia, omniumque Virtutum prima, quæ ad Reges pertinent;

Omnis enim regendi vis in animi fortitudine & magnitudine ponenda eſt, quam deinde virtutes reliquæ facilè comitantur. Id. d. loc. lib. 5. Tit. 1.

Hæc reliquarum quaſi eſt conſervatrix, & fermè Domina: Invictum animi robur, quô contra omnem fortunæ novercantis aut ridentis impetum ſtamus immoti, inſtar columnæ: contra vitæ diſcrimina, ſupremamq; neceſſitatem perſeveramus inconcuſſi, & magis magisque illo rationis & ſapientiæ pondere ſub qualicunque onere erigimur, inſtar palmæ. Scivit idipſum Sophus noſter, ideò appellitat fortitudinem Senec. ep. 113.

Munimentum humanæ imbecillitatis inexpugnabile; quod qui circumdedit ſibi, ſecurus in hac vita obſidione perdurat.

Quam quoque ſolam Virtutis nomine indigitari à Doctiſſ. vetuſtate cernimus, indeq; eadem virum adeo decet, ut hæc Virtus à Græcis deſignetur ἀνδρεία ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, non quod in ſolos viros cadat; ſed quod VIRI PROPRIA MAXIME SIT FORTITUDO. Cic. Tuſc. 2.

Krakern.2. Syſt. Eth.4.
rariusq; in Sexu muliebri reperiatur, quippe quod
illa requirat ad ſuas actiones Temperamentum calidius, & Cor Spirituoſius & compactius; qua Conſtitutione Corporis rarò fœminæ excellunt.

Latinis denominatur eadem

Cic.l.4. Tuſc. quæſt.
à ferendo, quia eſt ſcientia rerum perferendarum, vel affectio animi in patiendo ac perferendo, ſummæ Legi parens ſine timore.

Vel ut Auctor eſt Stagirites, ſumitur pro

Ariſt.1. Rhet. 9.
ea virtute, per quam res magnæ geruntur in ſuſceptione periculorum, ita ut Lex jubet.

Hinc Rex Ille, magnitudine animi ſupra humanam potentiam præditus, ait:

Iuſtin. hiſt.11.
Animi magnitudine didici adverſus virès hoſtium, non adverſus calamitates contendere.

Quò etiam illud Sapientis Solonis elogium:

Valer. Max. l.7.c.2.
Si in unum locum cuncti ſua mala contuliſſent, futurum, ut propria deportare domum, quàm ex omni miſeriarum acervo portionem ſuam ferre mallent.

Unde rurſus noſtra Suada:

Cic.1. Offic.
Ea, quæ eximia pleriq; & præclara videntur, parvi ducere, eaq; ratione ſtabili firmaq; contemnere, fortis animi, magniq; ducendum eſt: & ea, quæ videntur acerba, ita ferre, ut nihil à Statu Naturæ diſcedas, nihil à dignitate ſapientis, robuſti animi eſt, magnæq; Conſtantiæ.

Vel:

Fortis animi & Conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis: nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur: ſed præſentis animi uti conſilio: nec à ratione diſcedere.

Et alibi:

Id.5 Tuſc. Quæſt.
Si qui inducant animum illa, quorum ſplendore capiuntur, vires, valetudinem, pulchritudinem, divitias, honores, opes contemnere; eaq;, quæ iis contraria ſunt, pro nihilo ducere: tum poterunt clariſſima voce profiteri, ſe neq; fortunæ impetu, nec multitudinis opinione, nec dolore, nec paupertate terreri, omniaq; ſibi in ſeſe eſſe poſita, neq; eſſe quicquam extra ſuam poteſtatem; quod ducant in bonis.

Ad Summam:

Sen.epiſt.120. Id.in lib.Q. bonis.v.c.5. Id. Epiſt 59. ferè in med.
Paupertas nulli mala, niſi repugnanti. Ignis aurum probat, miſeria fortes viros. Sapiens ad omnem incurſum munitus & intentus, non ſi paupertas, non ſi luctus, non ſi ignominia, non ſi dolor impetum faciat, pedem referet: Interritus & contra illa ibit, & inter alia.

Et

Id.d. lib. q. bon v. mala. acc. cap.3.
Fortitudo fortiſſimos ſibi pares quærit: & quoſdam faſtidio tranſit: contumaciſſimum quemq; & rectiſſimum aggreditur, adverſus quem ſuam vim intendat:

dat: Ignem experitur in Mutio, paupertatem in Fabricio, exilium in Rutilio, tormenta in Regulo, venenum in Socrate, mortem in Catone. &c.

Quando autem vir fortis, cum illo Gentium Doctore, Philipp. 1.

expedit vitam,

hoc facit, ut aliis prodeſſe queat. Aliâs, cum eodem,

Optat diſſolvi, & eſſe cum CHRISTO.

Atq; ita mortem non reformidat, ut molles illi, qui conſcientiam habent ſemper Lipſ. Civ. d. c. 5. poſt. pr.

malorum facinorum Judicem & Indicem.

Multò minùs ut Epicurus, cujus vox athea:

Acerbiſſimum malorum eſt, & horrendum maximè, mors nihil ad nos: quoniam cum nos ſumus, mors non adeſt: cum verò mors adeſt, nos jam non ſumus. Neq; igitur ad viventes, neq; ad mortuos pertinet: Nam iis, qui ſunt, illa non eſt. quibus verò adeſt, jam illi non ſunt &c. Laërt. l. 10 d. vitis Philoſ.

Quippe quod non neſcius, ſibi

Mortem eſſe januam vitæ, 2. Cor. 5. & Rom. 6.

Igitur adverſus ipſius, amaritudinem,

ſine qua nemo egrediente anima, expiravit, Cypr. ſerm. de Paſſ. Chriſti. p. 463.

Pugnat his, inter alia, armis;

Solatur ſe 1. ſpe læti eventûs,

Nam I.

Tunc animus noſter habebit, quod gratuletur ſibi, cum emiſſus his tenebris, in quibus volutatur, non tenui viſu clara proſpexerit, ſed totum diem admiſerit, & redditus cœlo ſuo fuerit, cum receperit locum, quem occupavit ſorte naſcendi. Surſum vocant illum initia ſua. Erit autem illic etiam, antequam hac cuſtodia exſolvatur, cum vitia disjecerit, purusq; ac levis in cogitationes divinas emicuerit. Hoc nos oportet agere, in hoc ire impetu toto! Senec. ep. 79.

Hæc à Gentili haud gentilia vota ingeminat aliis verbis breviter alius, etiam non minorum Gentium Scriptor, ſc.

O præclarum diem, cum ad illud animorum concilium, cœtumq; proficiſcar: & cum ex hac turba & colluvione diſcedam! Cic. d. Senect. prop. fin.

Expendit 2. communem hominum ſortem;

Cuiq; enim rei ſub Lunâ conſtitutæ corruptio parata eſt. Scal. Ex. 250. ſ. 4.

Sic

quotidiè morimur: quotidiè enim demitur aliqua pars vitæ: & tunc quoq; cum creſcimus, vita decreſcit: Infantiam amiſimus, dein pueritiam, deinde adoleſcentiam: usq; ad heſternum, quicquid tranſiit temporis, periit: Hunc ipſum, quam agimus diem, cum morte dividimus. Sen. epiſt. 24.

Et idem Seneca pergit:

Nemo tam imperitus eſt, ut neſciat, ſibi quandoq; morientem: tamen cum prope & epiſt. 77.

 acceſ-

Digitized by Google

acceſſerit, tergiverſatur, tremit, plorat. Quid verò fles? quid trepidas? Omnes hac neceſſitate ducuntur? quid tibi novum eſt? ad hanc legem natus es: hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc majoribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus poſt te: Quantus te populus moriturum ſequetur, quantus comitabitur? fortior, ut opinor eſſes, ſi multa millia tibi commorerentur, &c.

in l. d. Sen. p. 92. poſt pr. Ergò ritè ſubjicit Cicero:

Omnium ætatum certus & communis eſt terminus.

Senec. ep. 77. Recordatur 3. Vitam honeſtè actam;

Nam

Vita non eſt imperfecta, ſi honeſta eſt:
Ubicunq; deſines, ſi benè deſinis, tota eſt.

Non eſt res magna vivere.
Magnum eſt, honeſtè mori, prudenter, fortiter.

Id. 3. d. Benef. c. 10. Ib. c. 31. Satis longa Vita, & in maximarum rerum conſummationem largè data eſt, ſi tota bene collocaretur.

Non eſt bonum vivere. ſed benè vivere.

Id. d. epiſt. 77. verb. fin. Concludit idem Sapientiæ Magiſter:

Quomodo fabula, ſic vita: non quàm diu, ſed quàm benè acta ſit, refert. Nihil ad rem pertinet, quo loco deſinas, quocunq; voles deſine: tantum bonam clauſulam impone.

Cic. in Parados. p. 119. Et cum eodem Eloquentiæ Flumen:

Mors terribilis eſt iis, quorum cum vitâ omnia extinguuntur, non his, quorum laus emori non poteſt.

Id. d. Sen. p. 94 atque

ni animi immortales eſſent, haud optimi cujusq; animus maximè ad immortalem gloriam niteretur.

P. Bleſſenſ. Serm. 36. Conſiderat 4. Miſerias hujus vitæ: utpote quæ linea q. eſt circumducta, rediens ad idem

punctum. A pulvere incipiens, & per defectus naturales, quaſi circulariter, progrediens, ad pulverem revertitur.

Sen. ep. 1. Cujus

magna pars elabitur malè agentibus,
maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus.

Aug. Serm. 49 ad Fr. in Erem. Eadem mirè mentitur fingendo, ſe quid eſſe, dum nihil eſt, quare exclamat ille Doctor devotiſſimus:

O! vita fallax, quæ tum ſurgis, nihil es; dum videris, umbra es; dum exaltas, fumus es; aliis oſtendis te longam, ut pendas in finem; ut faciant, quod volunt: aliis brevem, ut dum pœnitere volunt, non permittas. O Seculum vanum! quod nobis tanta promittis, dum decipis.

d. u. Serm. 164 Idemq; ulterius:

O bo-

O homo! quare differs de die in diem, forte habiturus hodie ultimum diem, liceat mihi loqui & dicere: corrigant ſe, qui tales ſunt, dum vivunt, ne poſtea velint, & non poſſint; quia ſubitò venit mors, & non eſt, qui corrigatur, ſed in ignem mittatur. Nam, quando veniet illa noviſſima hora, neſcitur, & dicitur, corrigo: quando corrigis, quando mutaris? cras, inquis, ecce, quoties dicis, cras, cras, *factus es corvus.*

Et non minus Chriſtianè rurſus Ethnicus iſte:

Tanquam ſemper victuri vivitis: nunquam vobis fragilitas veſtra ſuccurrit, non obſervatis, quantum temporis tranſierit, velut ex pleno & abundanti perditis, dum interim fortaſſe ille ipſe, qui alicui, vel homini, vel rei donatur, ultimus dies ſit, omnia tanquam mortalis timetis, omnia tanquam immortales concupiſcitis. Senec. d. brev. vit. c. 4.

Imò,

quid eſt homo? Lutum ſcitè mixtum.
quid vita? Hamina ſanguinis, quam quilibet levis caſus rumpit, quævis febricula corrumpit! Lipſ. ep. 57. Cent. 1. ad Belg.

Atque

quamdiu æquor hoc Vitæ navigamus,
tamdiu fluctus, & interdum ſerenum aliquod,
ſi blanditur, decipit, & ferè tempeſtas major ſuccedit. Id. d. ep. 18.

Ah!

Tricæ & Spinæ hæc omnis Vita; & fallimur
ſi quærimus in ea gaudiorum flores. Id. c. miſc. ep. 67.

Heu

ipſo natali homo ad vagitum & ploratum abjicitur. Plin. l. 7. c. 2.

Et

cum vix quinto nobis Menſe ridere permittitur, lacrumæ in ipſa vitæ janua profluunt. Fulgent. Mythol. 3.

Quippe

res eſt anxia humanorum bonorum conditio, quæ vel nunquam tota perveniat, vel nunquam perpetuò ſubſiſtat. Huic cenſus exuberat, ſed eſt pudori degener ſanguis. Hunc nobilitas notum facit, ſed anguſtiâ rei familiaris incluſus, eſſe mallet ignotus. Ille utroq; circumfluus, vitam cœlibem deflet: Ille nuptiis felix, orbus liberis, alieno cenſum nutrit hæredi: aliâs prole lætatus, filii, filiævé delictis mœſtus illacrumat; ineſt ſingulis, quod inexpertus ignoret, expertus horreat. Boëth. l. 2. proſa. 4.

Vir fortis 5. Exempla Virorum fortium, qui mortem intrepidè adierunt, ſibi ponit ob oculos; ita enim eſt, ut ait Tullius, quòd

ſapientiſſimus quiſq; æquiſſimo animo moriatur, ſtultiſſimus iniquiſſimo. Cic. in lib. d. Sen. p. 94.

Ejuſdem deniq; 6. penicillo amabilem reddit horrendam mortis imaginem: Quid verò heîc Cicero? Ipſe tandem ſubjicit:

M 2 Non

Id. d. l. p. 92. c. 2. *Non eſſe lugendam mortem, Poëta vetus cenſet, quàm immortalitas conſequatur. Jam ſenſus moriendi ſi aliquis eſſe poteſt, is ad exiguum tempus durat, præſertim ſeni. Abeunt illuc omnia, unde orta ſunt.*

d. l. & pag. 94 c. 2. Et paulò poſt:

Quod ſi quis Deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repueraſcam, & in cunis vagiam, valdè recuſem. Nec verò velim quaſi decurſo ſpatio à calce ad carceres revocari. Quid enim habet vita commodi? quid non potius laboris? ſed habet ſanè: habet certe tamen aut ſatietatem aut modum.

Id L. 1. Tuſc. quæſt. Succedat ergo ſimile illud breve, ſed ſalutare tamen ejusdem Tullii:

Ut Cygni prævidentes, quid in morte boni ſit, cum cantu & voluptate moriuntur;

Sic omnibus & bonis & doctis eſt faciendum!

Et ad hæc duo arma poſtremaq́, quibus vir fortis, contra mortis amaritiem, pugnat, præcipuè quoque quadrant Apophthegmata Προσταγάνια, & Cygneæ Cantiones in S. Scriptura etiam paſſim occurrentes, ut

1. Jacobi Patriarchæ: *Gen. c. 49.*
   d. his fuſius D. Rungius. Prælect: in Gen. p. 1345. cum ſeqq. D. Chr. Pelarg. Comment. in Gen. p. 671. c. ſeqq. D. Paul. Crell. & M. Dan. Fiſſelius in prompt. B. ſparſim.
2. Moſis: *Deut. 31. & 32.*
3. Joſuæ: *cap. 24. illius libri.*
4. Davidis: *2. 2. Sam. 22. & 23. 1. Reg. 2.*
   Nic. Lyr. Comment. in Matth. 27. 52. 53. p. 217. Auguſtin. Ep. 99. ad Evodium Tom. 2. p. 285. A. Salianus l. 8. d. Amore Dei. c. 7. in f. p. 214. Corn. à Lap. Comm. in c. 38. Exod. fol. 596. Jerem. Drexel. Aurifod. Tom. 1. op. Germ. part. 3. c. 1. §. 3. fol. 1034. col. 1. 2.
5. Zachariæ, F. Jojadæ: *2. Paral. 24. v. 22.*
6. Matthatiæ, P. Maccabæorum: *1. Mac. 2.*
7. JESU CHRISTI, ΘΕΑΝΘΡΩΠΟΥ: *Luc. 23. v. 24. 43. 46. Joh. 19. v. 26. 27. 28. 30. Matth. 27. v. 46.*
   d. ult. verb. Chriſti v. D. Balth. Meiſner. Medit. Evang. part. 2. p. 169. ſeq. Ant. Guevar. in M. Calvar. part. 2. p. 57. ſeq. M. Strigenitius in Heptalogo Chr. Crucif. per 8. Conc. D. Joh. Himmelius in paſſionali p. 529. 530. ſeq.
8. Latronis ad dextram CHRISTI in cruce: *Luc. 23. v. 39. 40. 41. 42. 43.*
   Hic divino amore erga DEUM ita incaluit, ut Antiquiſſimus Renaldus Abbas *Tr. 9. de 7. Chriſti verbis, allegatus à Joh. Carthagena lib. 11. d. univ. Chriſt. Relig. arcan. homil. 3. p. 844. col. 1.* velut in Bibliotheca S. Patrum refertur) *non dubitarit dicere, ipſum propter excellentiam charitatis ejus,*

Digitized by Google

ejus, in ea ſede fuiſſe collocatum, à qua Lucifer, propter odium erga Deum, fuit dejectus.

9. Stephani Protomartyris: *Act. 7. v. 56. 59. 60.*

10. Pauli Apoſtoli, V. in veritate firmiſſimi, Præconis, Athletæ, & Myſteriorum SALVATORIS CHRISTI Receptaculi; *vid. 2. Cor. 12. v. 3. 4. Phil. 1. v. v. 21. 22. 23. Rom. 14. v. 7. 8. 9. 2. Tim. 4. 6. ſeqq.*

Auguſtin. ep. 89. ad Baſil. q. 5. T. 2. col. 413. Id. d. verb. D. Serm. 13. T. 10. col. 71. Id. d. Civ. D. l. 14. c. 9. Cyr. Alexandr. l. 1. in Joh. c. 9. T. 1. col. 40.

IMPERATORUM AUSTRIACORUM Morientium Fortitudinis Signacula.

Imperator RUDOLPHUS I. Spiræ in Vicinia, cum dixiſſet, ſibi multos ibi conveniendos Reges, quia nempe multi ibi ſepulti: à Confeſſionibus juxta ſe cottidie habens virum gravem & pium, cujus conſolationibus mirificè erectus, tandem expiravit.

plura vid. ap. Gerlach. in Sanct. S. Suſpiriis pag. 47. 48.

ALBERTI I. Jubentis, inter Signa Auſtriæ & Imperii Crucis ſibi ſignum (fortaſſean, alterum velut CRUCIFIXI Symbolum, olim Conſtantino M. monſtratum) à Filio identidem præferri.

In Coron. XII. Caeſ. V. V.

FRIDERICI I. frequenter in ore habentis; Morte beatâ, nihil beatius; ſummum hominis bonum, bonus ex hâc vitâ exitus.

Qui credit, nil morte beatius eſſe beatâ,
Ille ſapit: mortem vita beata manet.

Reuſn. & Golz. in Gnomolog. Heroic.

ALBERTUS II. de quo Doctor noſter, &c. Optimum Principem Deus cœlo invexit, cujus Terra Virtutum illarum parum capax erat, aut digna.

in Epiſt. Dedicat. præfixa Admirandis.

Unum illi Thema erat, ALBERTUS, in ipſo triplex Argumentum: Laudes, Spes & Vota! *in præd. Coron. XII. Caeſ. V. V.*

FRIDERICUS III. Primus ex Domo AUSTRIACA Vicariâ DEI Manu, Diademate impoſito creatus Romanorum Imperator: acclamantibus, applaudentibus populis: FRIDERICO PACIFICO A DEO CORONATO, VITA ET PAX!

In I. Romano-Germ. V. V.

Ingeminavit frequenter Vocal. A. E. I. O. U.

h. e. Aquila Electa Juſtè Omnia Vincit: Nam

Si ritè lectus, aut datus ſit à Deo
Princeps : Dei Legatus, aut alter Deus!
Terrenus, invictus verè hic & Sanctus eſt,
Victor, Triumphatorq; Felix, ac Pius!

Reuſn. & Golz.

Idem cum decem & amplius luſtris Imperium ſervaſſet in armiſtitio, uno ante obitum Auguſti die alter AUGUSTUS, in Sago Pacificus deceſſit, duobus annis major Auguſto, tribus verò in Imperio minor!

MAXIMILIANUS I. mortalitatis memor, ceu Severus Imperator Romanus, ſub mortem, ſic ISTE diu ante eam capulum funebrem è querno ligno, arcæ viatoriæ incluſum circumferri ſecum juſſit; cavitq; teſtamento, ut exanimum corpus ſuum rudi linteo involutum, ſine ulla exenteratione, illi imponeretur; naribus, ore, auribusq; viva calce oppletis.

vid. Politicus noſter. l. 2. Monit. & Exempl. Pol. c. 14. n. 4. 5. & 6.

Sed amplius, Ille-idem pluribus diebus ante mortem nil niſi MAXIMILIANUS appellari voluit, quod imitatus Nepos Ejusdem.

CAROLUS V. cum raro & miro Exemplo Imperio ſe ultrò abdicaſſet, & rerum humanarum tædio ac amore receſſus in Hiſpaniam profectus, qum ubi attigiſſet, proſtratus oſculum fixit, *& ſalve*, inquit, *mihi optatiſſima mater, nudus ex utero matris exivi, nudus ad te, tanquam alteram matrem redeo* : Sic Cœnobium S. Juſti ingreſſus, Deo & quieti vacaturus, biennium in eo exegit, Bernhardi Lectioni præcipuè deditus, qua etiam maximè de duplici hæreditate Chriſti diſcurſu, ſe in agone mortis conſolabatur.

J. A. Thuan. l. 12. & l. 14. Gul. Zenocarus d. V. & R. Geſt. Car. V. l. 5. confer quoq; Dav. Chytraeus orat. d. V. & Ob. Car. V. p. 84. 85. D. Joach. à Beuſt. Sterbb. fol. 81. Pantaleon im Heldenb. f. 446. Mulius part. 1. vom Abſchied p. 36. ſeqq. M. Buno Quines Sterbk. part. 2. Exempl. 5. p. 559. ſeqq. Gerhardus Busdragus Epiſc. Argolicenſis in Epiſt. ad Cardinal. quend. Scriptâ, quam recitat Wolff. Lect. Memor. Tom. 1. Secretarius Pauli IV. Act. 2. An Concil. Trid. Decreta armis imperanda? f. 108. refert ab Epiſc. Toletano ad Pontific. eſſe perſcriptum, quod Car. V. moriens dixerit videri ſibi veram eſſe Lutheranorum de Juſtificatione ſententiam.

FERDINANDI I. Corpus, ipſo die S. Pentecoſtes, adeo elanguit, ut eo labente (quô quondam etiam Conſtantinus M. ſecundum Euſebii ſententiam, collapſus) vires inſimul collabeſcere exiſtimaret, aſt t. t. falſò mens præſaga mala, vires recollegit æger, inque hæc verba erupit: *Di-*

vinum Se ſomniaſſe ſomnium, Lucem D. Jacobo ſacram ſibi fore emortualem: ex quo tempore frequens ſibi ſermo erat de obitu, eosque præprimis in deliciis, oculisque tulit, qui aſſidua mortem cogitatione ſibi fecere familiarem. Aſſolitus Idem effari, *mortem per omnes in orbem ire, ſe quoq; propediem Choragum repræſentaturum eſſe, modo DEUS ſibi aſſiſtat divina ſua clementiâ, ſe omninò, juxta DOMINI beneplacitum, mori expetere, & jam nunc alterum pedem in tumulo habere,* quare ad S. Cœnam ſub utraque ſpecie celebranda, pro ſe, & ſubditis ſuis à Papa non ita pridem impetratam; præviâ peccatorum agnitione ſeriâ, acceſſit, pièque in Chriſto, Salvatore ſuo, præfato Jacobi Feſto obdormivit.

Abr. Hoſm. in conſiderat. Somnior. D. C. Dietr. im Traum. *Diſcurſ. Memb. 3. d. ſomn. div. Joh. Hermann. in ſchola mort. part. 2. conc. fun. c. 13. Henr. Mutius l. 31. Rer. Germ. f. 366. M. Cruſ. part. 3. Annal. Suev. l. 2. M. Johann Mattheſ. in Ferd. I. conc. fun. in poſtill. Domin. XXIII.*

MAXIMILIANO II. Anno 1575. in Comitiis Ratisbon: morbo tàm graviter laborante, alia inter mandatum quoque dedit Concionatori ſuo Aulico D. Lamberto Grutero Epiſc. Neoſtad. cum eo ſibi nullum alium ſermonem ſociandum eſſe, nî de Merito Chriſti: *Novi enim,* inquit, *in Solo Chriſto omnem beatitudinem noſtram ſitam, & Theſaurum vitæ æternæ in eodem reconditum, nosq; Juſtitiâ Chriſti veſtitos eſſe oportere, aliâs coram Dei Judicio vix ac ne vix quidem ſtare, multò minus per mortem temporalem, vitam æternam, quam ſua obedientiâ nobis omnibus & ſingulis acquiſivit, ingredi poſſe.* Ad hæc Ille; *an ergo in Fide iſthac vellet mori?* Reſp. Imp. *Non aliter.* Sub finem demum Comitiorum præallegatorum incidit ejusdem Imp. Nominalis, quem tamen idem fatalem deſideravit, atque etiam eapſe die verè Auguralis evaſit.

V. ex Meiderlino p. 89. D. D. Wagn. I. H. l. 7. p. 550. conf. Matth. Dreſſ. f. 507. 510. M. Sam. Henricus conc. 1. Gr. N. Jahr. Pr. *p. 7. M. Caſp.* Franck. Pſ. im Joachims-Thal *in Max. II. conc. fun. D. Joh. Crato à* Krafftheimb *Maximil.* Leib-*Medic.* und Raht. *in Orat. fun. d. obitu ejusd. M. Caſp. Elogius Vratislav. in Conc. Cæſar. hab. Pragæ p. 5. ſeqq.*

RUDOL. II. in agone mortis conſtitutus, hoc modo Se Ipſum patriâ Cœleſti ſolatus eſt, inter alia inquiens: *Cum Dn. meus Parens, pientiſſ: mem: mihi admodum Juveni, diem ſubſequentem iter cum eodem mihi ingreſſum, & in Hiſpaniam, Patriam meam dulciſſimam, profecturum prædiceret, prælætanti animo noctem duxi inſomnem, ardens deſiderio adpropinquandæ horulæ profectionis; heu quanto in præſentiarum ſolatio, ſtudioq; audiendi exoptatam mortis horam geſtiam, utpote quâ præteritâ ſubitò ſubit perpetuò lætifica!* & brevi ante obitum feneſtræ alicui adſtans, & per vitrum ſpecularium cernens ingeminavit: *Ora, labora, & memento mori!*

Evolv. Anſh. Boëthius in præf. hiſt. d. Gemmis. p. 8. & l. 2. d. Gemm. p. 64. & p. 85.

Wilh.

Digitized by Google

Wilb. Alard. Euthanas. conc. 1. p. 12. M. Georg. Albrecht. in dulci-amaro conc. 47. p. 647. Hoſemann. in Lacbrymis p. 108. Sigism. Gerlach. in ſanctiu. ſanctor. ſuſpir. p. 57. ſeqq.

MATTHIAM amplioris ſpei, quam poſtea vitæ Auguſtum Div. Majeſtas, ſingulari conſilio, & fluctibus imminentibus, qui dehinc indies iracundiores fuerunt Andria, exemit Joh. Jeſſenio, Augure Hujus Imper. ſuique ipſius obitûs, per literas parieti carceris adſcriptas I. M. M. M. M. haud vano! Neq; heic & inprimis in Serie TRIGÆ FERDINANDORUM AUGUSTISS. IMPERATORIS LEOPOLDI DOMINI AVI, PATRIS & FRATRIS Glorioſiſſimæ Memoriæ &c.

[*Conſul. Guilhel. Lamormani. d. Vit. & Ob. FERD. II. preprimis cap. 29. & 30. itemq; Waſſenberg. d. Bellis FERDINANDOR. maximè de Virtut. & peric. 391. ſeqq. Brachel. in Hiſt. S. T. pag. 36. & 37. Thalden. part. 1. Hiſt. N. T. p. 152. & 154. Rupert. in obſerv. ad Syn. Beſold. min. c. 18. brevi ante & in ſuo ſupplem. Univ. Hiſt.*]

Progredi amplius neceſſe, cum Recentiora in omnium manibus verſentur, & gravius percutiat, qui blandiendo graſſetur, verbis Caſſiodori lib. 12. ep. 10. Quin potius calidiſſimis votis veneremur DEUM, ut Gloriam, Majeſtatem & Virtutem, hoc in Codice hinc inde commendatam, MAJORUM LEOPOLDI noſtri, quâ Ipſi, per XIV. GENERATIONES, IN ILLUM, Romano-Germanicum Imperium feliciſſimè transfuderunt, IPSEMET AD DESCENDENTES, juxta prædictarum quinq; FRID. III. Vocalium omen, Virorum cùm Sapientiâ, tùm dignitate præcellentium hoc etiam modo, hactenus conſtanter interpretantium:

Auſtriaci Erunt Imperatores Orbis Ultimi:

non dicam ad Senium illud Triſeclisenis fabuloſum, aſt MAJORUM, quorum UNIUS Imperio annos attigit 53. & Ætatis 87. ALIUS verò vita 62. atque itidem ALIUS 74. &c. propaget atque perrennet.

Quod nobiſcum Omneîs Bonos optare & orare decet,
exoptare ac exorare liceat!

Alia Morientium Ἀποφθέγματα
ex
Aliis Scriptoribus heîc remiſſivè delecta ſuccedunt:

In
Hiſtoria quidem Profana ſive Politica.

OCTAVIANUS Aug. ante obitum Amicis ſuis Amiciſſimis per brevi hac ſermocinatione valedixit:

Annon perſonam meam in hac mundi fabula ſatis commodè egiſſe videor? Valete ergo & plaudite.

vid. Sueton. in vita Aug. c 88.99.p.38. Joh. Chokier in Theſ.polit.p.768. D. Diet: Tom.1. Sap. conc. 7. in c.6. part.1. p.657. M.Wolf.Krüger in Onomaſt. Chron. part.1.p.14.

JUSTINUS, Dexter & ſtrenuus,prudens & rectæ fidei Zelotes Laudatiſſ. & veræ ac ſinceræ Religionis ſtudioſiſſimus Princeps.

plura ap.Evagr. l.4.c.9. Chronicon Hedion. f.2.3.4. Mich.Sax. Chron.Caſ. in vita Juſtini c.1.2.7.part.2.p.28.32.

JUSTINIANUS Princeps omnium literarum, atteſtante Suidâ in Lexico, & Laur. Vallâ in Elegantiis, & Platina in Vitis Pontificum: Juris Civ: ex 2000.Libb. & 3000000. verſibus compilator & reſtaurator cupidiſſimus & ſacratiſſimus. per

l.2.§.1.C. de V. jur. Enucl.

paulò ante obitum ex intimis animi fibris precatus: *Unigenite Fili Dei & Divine verbum Patris, es immortalis, naturam humanam, propter ſalutem noſtram induiſti à Deipara, ſine confuſione naturarum Homo factus, crucifixus & mortuus es: CHRISTE DEUS, tua morte mortem omni potentiâ exuiſti: in unica perſona cum Patre & Spiritu S. S. in ſanctiſſ: Div. Trinitate invocaris, nos æternùm ſalva, Amen.*

plura tr.D.Luc.Oſiand.Cent.6.Hiſt.Eccleſ.l.2.c.2.pag.94.95.

THEODOSIUS M. Imp. de quo ita Ambroſ. Epiſc.Mediolan. *Dilexi virum, qui, cum corpore ſolveretur magis de Eccleſia, quàm Corporis ſalute fuit ſollicitus:*

in Orat.funebr.d.obitu Theod.Imp.Tom.3.p.59.B.vid.Niceph. l.12.c.23. Ruffin. l.2.c.33. Tripartit. l.9.c.45. Magdeburg.cent.4.c.13.p.454.Hondorff in 4.præcept.p.43.48.in Theatr.Hiſtor.Dreſſer.Iſag.Hiſt.part.2. fol.321.Crezer.part.1. p.33.34.

MAURITIUS Imp. antequam jugularetur,ingeminavit hæc verba Pſalmographi ex Pſ.119. v.137. *Juſtus es Domine, & juſta ſunt Judicia tua.*

ev.Mich.Sax. in Chr.Caſ. in vita Maur. part.2.c.6.7.p.61.62.

CAROLUS M. in agone conſtitutus dixiſſe dicitur: *His oculis videbo Deum meum: his brachiis amplectar Chriſtum meum.*

vid. præter. Al.M. Georg. Albrecht. in Surgite Mortui conc.25. pag.102. Chr. Lehm. in Chr. Sp. l.2. c.37.

LUDOVICUS PIUS ferè per 40.Dies ante obitum,quum nec cibo, neque potu uteretur, S. Cœnâ quotidiè uſus eſt.

Fuſius Henric. Mutius lib.10.rer.Germanicar. fol.88. & Mich.Saxo Chr.Caſ. in V. Lud. p.part.3.c.7. pag.42.43.

HENRICUS AUCEPS. de cujus Imp. vitæ Exitu leg.

Caſp.Hedion. in Chron.fol.363. Mart.Crus. l.4. Annal.part.2.fol.98. Mich.

N Sax.

Wilh. Alard. Euthanas. conc.1. p.12. M. Georg. Albrecht. in dulci-amaro conc.47. p.647. Hoſemann. in Lachrymis p.108. Sigism. Gerlach. in ſanctis. ſanctor. ſuſpir. p.57. ſeqq.

MATTHIAM amplioris ſpei, quam poſtea vitæ Auguſtum Div. Majeſtas, ſingulari conſilio, & fluctibus imminentibus, qui dehinc indies iracundiores fuerunt Andria, exemit Joh. Jeſſenio, Augure Hujus Imper. ſuique ipſius obitûs, per literas parieti carceris adſcriptas I.M.M.M.M. haud vano! Neq; heîc & inprimis in Serie TRIGÆ FERDINANDORUM AUGUSTISS. IMPERATORIS LEOPOLDI DOMINI AVI, PATRIS & FRATRIS Glorioſiſſimæ Memoriæ &c.

[*Conſul. Guilhel. Lamormani. d. Vit. & Ob. FERD. II. præprimis cap.29. & 30. itemq; Waſſenberg. d. Bellis FERDINANDOR. maximè de Virtut. & peric.391. ſeqq. Brachel. in Hiſt. S.T. pag.36. & 37. Thalden. part.1. Hiſt. N.T. p.152. & 154. Rupert. in obſerv. ad Syn. Beſold. min. c.18. brevi ante & in ſuo ſupplem. Univ. Hiſt.*]

Progredi amplius neceſſe, cum Recentiora in omnium manibus verſentur, & gravius percutiat, qui blandiendo graſſetur, verbis Caſſiodori lib.12. ep.10. Quin potius calidiſſimis votis veneremur DEUM, ut Gloriam, Majeſtatem & Virtutem, hoc in Codice hinc inde commendatam, MAJORUM LEOPOLDI noſtri, quâ Ipſi, per XIV. GENERATIONES, IN ILLUM, Romano-Germanicum Imperium feliciſſimè transfuderunt, IPSEMET AD DESCENDENTES, juxta prædictarum quinq; FRID. III. Vocalium omen, Virorum cùm Sapientiâ, tùm dignitate præcellentium hoc etiam modo, hactenus conſtanter interpretantium:

Auſtriaci Erunt Imperatores Orbis Ultimi:

non dicam ad Senium illud Triſeclifenis fabuloſum, aſt MAJORUM, quorum UNIUS Imperio annos attigit 53. & Ætatis 87. ALIUS verò vitæ 62. atque itidem ALIUS 74. &c. propaget atque perrennet.

Quod nobiſcum Omneîs Bonos optare & orare decet, exoptare ac exorare liceat!

Alia Morientium Ἀποφθέγματα

ex

Aliis Scriptoribus heîc remiſſivè delecta ſuccedunt:

In

Hiſtoria quidem Profana ſive Politica.

OCTAVIANUS Aug. ante obitum Amicis ſuis Amiciſſimis per brevi hac ſermocinatione valedixit:

Amon perſonam meam in has mundi fabula ſatis commodè egiſſe videor? Valete ergo & plaudite.

vid. Sueton. in vita Aug. c 88.99.p.38. Joh. Chokier in Theſ.polit.p.768. D. Diet: Tom.1. Sap.conc. 7. in c.6. part.1. p.657. M.Wolf.Krüger in Onomaſt. Chron. part.1.p.14.

JUSTINUS, Dexter & ſtrenuus, prudens & rectæ fidei Zelotes Laudatiſſ. & veræ ac ſinceræ Religionis ſtudioſiſſimus Princeps.

plura ap.Evagr. l.4.c.9. Chronicon Hedion. f.2.3.4. Mich.Sax. Chron.Caſ. in vita Juſtini c.1.2.7. part.2.p.28.52.

JUSTINIANUS Princeps omnium literarum, atteſtante Suidâ in Lexico, & Laur. Vallâ in Elegantiis, & Platina in Vitis Pontificum: Juris Civ: ex 2000.Libb. & 3000000. verſibus compilator & reſtaurator cupidiſſimus & ſacratiſſimus. per

l.2.§.1.C. de V. jur. Enucl.

paulò ante obitum ex intimis animi fibris precatus: *Unigenite Fili Dei & Divine verbum Patris, es immortalis, naturam humanam, propter ſalutem noſtram induiſti à Deipara, ſine confuſione naturarum Homo factus, crucifixus & mortuus es: CHRISTE DEUS, tua morte mortem omni potentiâ exuiſti: in unica perſona cum Patre & Spiritu S. S. in ſanctiſſ: Div.Trinitate invocaris, nos æternùm ſalva, Amen.*

plura tr.D.Luc.Oſiand.Cent.6.Hiſt.Eccleſ.l.2.c.2.pag.94.95.

THEODOSIUS M. Imp. de quo ita Ambroſ. Epiſc.Mediolan. *Dilexi virum, qui, cum corpore ſolveretur magis de Eccleſia, quàm Corporis ſalute fuit ſollicitus:*

in Orat.funebr.d.obitu Theod.Imp.Tom.3.p.59.B.vid.Niceph. l.12.c.23. Ruffin. l.2.c.33. Tripartit.l.9.c.45. Magdeburg.cent.4.c.13.p.454. Hondorff in 4. precept.p.43.48.in Theatr.Hiſtor.Dreſſer.Iſag.Hiſt.part.2. fol.321.Crezer.part.1. p.33.34.

MAURITIUS Imp. antequam jugularetur, ingeminavit hæc verba Pſalmographi ex Pſ.119. v.137. *Juſtus es Domine, & juſta ſunt Judicia tua.*

ev.Mich.Sax. in Chr.Caſ. in vita Maur. part.2.c.6.7.p.61.62.

CAROLUS M. in agone conſtitutus dixiſſe dicitur: *His oculis videbo Deum meum: his brachiis amplectar Chriſtum meum.*

vid. præter. Al.M. Georg. Albrecht. in Surgite Mortui conc.25. pag.102. Chr. Lehm. in Chr. Sp. l.2. c.37.

LUDOVICUS PIUS ferè per 40.Dies ante obitum, quum nec cibo, neque potu uteretur, S.Cœnâ quotidiè uſus eſt.

Fuſius Henric. Mutius lib.10.rer.Germanicar. fol.88. & Mich.Saxo Chr.Caſ. in V. Lud. p.part.3.c.7. pag.42.43.

HENRICUS AUCEPS. de cujus Imp. vitæ Exitu leg.

Caſp.Hedion.in Chron.fol.363. Mart.Crus. l.4. Annal.part.2.fol.98. Mich.

Sax.Ch.Caſ.in V.Ejusd. part.3.c.1.27. p.103. ad 114.Henr.Mutius l.12. Rer. Germ.

HENRIC. V. Imp. hoc Symbolum frequenter in ore habuit : *Mortem optare malum : timere pejus. Vel : Miſer, qui mortem appetit : miſerior, qui timet.*

Zintgr. in Apopht.p.29.Mich.Sax.Chr.Caſ. part.3. in v.Ejusd.c.2.7.pag.224. 234.Alſted.Encycl.l.35. ſect.8. claſſ.3.Gnomolog.Heroic.

FRIDERICUS I. brevi ante beatum obitum. *O DEUS Benedicte in ſecula, qui me peccatorem miſerum, cum ſalutarem hunc Orbem, ex aqua & S. Spiritu regeneraſti : obſecro Te, me jam nunc quoq;, tanquam per aquam, denuo regeneres, & in vitam æternam recipias. O Domine Jeſu, Tu ſuſcipe Spiritum meum!*

Crus. part.2. Annal. f. 328. Chronogr. Schopperi f.245. Mutius lib.18. rer. Germ.Cent.12. c.13. f.49. Matthias Caſtritius d.PP.Teutonic.l.2. f.134. Mich. Sax Chr.Caſ.in V.Frid. part. 3. cap.1.2.7. fol. 271.288.

FRIDER. II. de cujus Imp. vitæ fin. vid.

Eund.Mich.Sax. in Vit. part.4.c.7. p.158.

HENR. VII. de quo Imper. præprimis conſul.

Henr. Mutius l.23. Rer.German. f.246. Funccius l.10. f.230. Mich. S. d. tr. part.4.c.7. p.150. cum ſeq.Naucler.d. gen.44.

FERDINAND. I. Religionis Evang. Fautor ad Extremum usque vitæ halitum.

v.Paul.Crezer in Abſch. *part.1. p.39.40. M.Johann.Matheſ.in con.funeb. hujus Imp. in Poſtill.Dominic.XXIII Trinit.Crus.part.3.Ann.Su. l.2.f.625. Mutius l.31. Rer.Germ.f.360.Gul.Zintgr.in Apoph. p.109.M.Sax.Chr.Caſ.in V. hujus Imper. part.4.c.2.7.f.349.363.Thuan. l.36.*

CHRISTIANUS III. Rex Daniæ his verbis Davidis Pſal.103. v.13. expiravit : *quomodo parentem miſeret ſuorum liberorum &c.*

v.Crezer. part.1.d.tr.p 45.46.ſeqq. n.Bruno Quinos in S.Sterbk. *part.1. Exemplo 4. p.65.ſeqq.M.Georg. Albrecht* Μελεθ.θανατ. *in præfat.*

FRIDERICUS II. Rex Daniæ cujus ultima ſuſpiria : *Ah Domine Deus, cum mihi jam ex hac vita diſcedendum ſit, concedas mihi placidam emigrationem, in vera agnitione, confeſſione & invocatione Filii tui. O Jeſu Chriſte ne ſinas me diu torqueri!*

M.Wolffg. Crüger.in Onomaſt.chronol. part.1.lit.F. pag.52. Crezer. d.tr. part. 1.p.66. ſeqq. M.Mart.Myl. Görlic. in der Sterbk. *p.29.ad 59.*

Franciſcus Valeſius R. Gall. centies & amplius Davidicum illud ingeminavit : *Domine! ne diſcedas in Judicium cum ſervo tuo, &c.* Pſal.143.v.2.

Valer. Herberger in S.Trauer-Binden. *part.1. conc.11. p.210.* Cretzer. *d. tr.part.1. Ex.3.p.69.70.*

JACOBUS VI. R.M.Britan.ſuo Filio Pr.Carolo de Wallis valedicen-

cendo commendavit Eccleſiæ protectionem, ſuorum Miniſtrorum fidelium curam, & Reſtitutionem liberorum, nepotumq; &c.

M. Joh. Phil. Abelinus in Theat. Europ. ad ann. 1625. fol. 990. col. 1.

GUSTAVUS ADOLPHUS M. de cujus vitæ & mortis triumpho, atque Heroicâ, ante prælium, Lützenſe, cumque aperto capite, emiſſa Exclamatione Verborum: *JESUS! JESUS!* jetzt wollen wir dran! jetzt wollen wir dran! *JESUS! JESUS! Vid.*

Herm. Samſonius in præf. der 3. Buß-Pr. *Anno 1633. Lipſiæ edit. in f. 8. D. Jacob Fabris. Juſta Guſtaviana A. 1633.* zu Wollgaſt gehalten. *p. 24. 90. D. Conr. Dietr.* Schwed Leich-Klag *p. 11. 12. Jac.* Herrenſchmid *in Salomone Suedico conc. 1. 2. 3. p. 31. 43. 55. 56. 61. 66. 67. 85. 86. 92. 93. ſeqq. M. Matth. Lunguiz in Alex. M. redivivo. A. 1632. & in Joſua Rediv. c. 21. p. 52. 53. Paul. Stokmann. 1. Lamentat. 11. Lutrens. anno 1633. Lipſiæ ed. M. Joh. Seb. Wieland Poët. Coronat.* im Helden von Mitternacht / *A. 1633. Heilbr. ed. 36. Relatio Hiſtor. Latomi anno 1633.* in der Herbſt-Meß *pag. 77. & Aliis complur.*

CHRISTIANUS III. Rex Daniæ, brevi ante beatum obitum interrogatus à Concionatore Aulic. ecquô ſolatio ſe ipſum erigeret? Reſp. *Errare neſcio, quia Chriſtus via eſt:* Joh. 14, 6. *Verbo ipſius falli nequeo, quia veritas eſt: Nihil igitur mihi timendum erit!*

Strigenit. tom. 3. poſtill. conc. 2. in Feſto Phil. & Jacob. fol. 466. Cretz. *d. tr. part. 1. Ex. 1. d. Regib. p. 47. ſeqq.*

Sic Apophthegmata Ejusmodi Heroica, Electorum, Principum, Comitum &c. puta, Joh. Friderici, Auguſti, Mauritii, Joh. Friderici III. Chriſtiani I. Georgii, Auguſti II. Chriſtiani II. Bernhardi, Johann Wilhelmi, Electorum Saxoniæ leguntur ap.

Cretzer. d. tr. it. cit. M. Brun. Quinos. Mart. Mirum conc. funeb. Krugerum d. tr. Joh. Roſam in conc. fun. Mart. Mylium d. tr. D. C. Dietr. in pænitent. part. 1. conc. 8. in Pſ. 32. D. Matth. Hoë in conc. funebr. M. Caſp. Pamler. conc. fun. Michael Niderſteller. *M. Paul. Jeniſch. M. Dan.* Hänich *in con. funeb. D. Leonhard Hutter. in laudat. funebr. Wolf. Heider in orat. Parent. M. Dan. Rücker in conc. fun.*

Itemque Wilhelmi Philipp. Senior. Landgr. Haſſ. vid.

D. Joh. Winckelmann. conc. funebr. Haſſ. part. 1. p. 236. ſeqq.

Bernhardi Pr. Anhalti. Georgii Joachimi. Caroli Wolffgangi, Anh. Pr. Alberti Senior. Marchio. Brandeb. Alb. Junior. Johannis Henric. Junior. Burggr. Miſn. Chriſtophor. D. Würtemb. Magni & Berhardi I. Joan. Alberti D. Megapolit. & Chriſtophori Ludovici VII. Pii Elector. Pal. Rheni. Georg. Pr. Sileſ. ad Ligniz. Joh. Caſimir. El. Pal. Rhen. & Frider. III. Boleslai D. Brüg. Franciſc. de Lüneburg.

Digitized by Google

Prælaudatis Auctoribus adjic. Caſp. Landismann. in conſil. d. exot. ling. addiſc. p.193. Mart. Zeil. cent. 1. epiſt. 83. M. Barthol. Mayer conc. fun. Haſſ. Joh. Mülmann in Flagello Anti-Melanch. conc. 9. p. 190. M. Georg. Albrecht Surgite mortui conc. 16. Joh. Manlius in collectan. p. 129. Hiller. Jeſu meine Liebe gecreutziget. *meditat. 51. Zeil. Hiſt. Trag. 24. p. 976.*

In

HISTORIA SACRA SIVE ECCLESIASTICA

Occurrunt, præter ſupra allegata morientium Ἀποφθ: ſubſeqq. *σύλ-μυς* tr. utpote:

Hiobi *c.13.* & 19. v.25.26.27.

Samſonis *Judic.* 16, 28.29.30.31.

Eliæ. 2. *Reg.* 2, 10. 11. 12.

Tobiæ. *Tob.* 14, 1.2.3. *ſeqq.* &

Eleazar. 2. *Maccab.* 6. *verſ.* 18. 19. *ad fin.*

Maccab. *Mulieris cum* VII. *filiis.* 2. *Maccab.* 7. *per tot cap.*

Simeonis, *Luc.* 2, 25. 26. *ſeq.*

Joſuæ, *Joſ.* 23, 2.3. *ſeqq. confer cap.* 24. *Joh. Wigandus in Syntagm. part.* 1. *col.* 77. *n.* 1.

Petri, qui os omnium Apoſtolorum, uti eum appellat Chryſoſt:
Homil. 55. *in Matth Tom.* 3. *p.* 311. *A. Polydor. l.* 8. *c.* 3. *Clem. Alexand. Strom.* 7.

Andreæ, Joannis, Jacobi Majoris, & Minoris.
Euſeb. in Hiſt. Eccleſ. l. 3. *c.* 1. 28. & *l.* 2. *c.* 9. & *c.* 23.

Marci,
vid. Willium in legend. piè defunctor. c. 10.

Ignatii,
Id. Euſeb. l. 3. *c.* 36. & *Cretz. d. tr. part.* 1. *p.* 12. *cum ſeq.*

Polycarpi,
d. Cretz. p. 15. 16. *Irenaus l.* 3. *c.* 3. *p.* 72. *Euſ. l.* 4. *hiſt Eccl. Niceph. in Hiſtor. Eccl. l.* 3. *c.* 35. *D. Luc. Oſiander Cent.* 2. *Hiſt. Eccl. l.* 3. *c.* 8. *p.* 63. 64.

Ambroſii,
Ambr. lib. d. bono mort. c. 4. *Tom.* 4. *p.* 233. *Paulin. in vita Ejusd. Tom.* 1. *M. Hartmann Braun. con. d. temp. dec.* 5. *conc.* 3. *p.* 159.

Auguſtini,
Auguſt. ſerm. 16. *de verb. D. tom.* 10. *col.* 74. *A. Idemq́; lib.* 1. *Confeſſion. c.* 6. *tom.* 1. *col.* 65. *D.*

Cypriani,
Braun. d. tr. dec. 5. *conc.* 3. *p.* 159. *Cypr. in Expoſit. Symbol. p.* 386.

Baſilii M.

Hiſt.Magd.Cent.4.c.10.p.939. D.Oſiand.Cent.4.l.3.c.42.p.411.ſeqq.

Hieronymi,

Chriſtian. Thanatophraſtus in Arte Artium Hiſtorica part.4. c.2. §.3. p.102. cum ſeq.

Joh. Chryſoſtomi,

Niceph.l.13. hiſtor. Eccleſ. c.37. p.513. cum ſeq.

Bernardi,

Wilh. Alardus in Nom. Jeſu. conc.9. part. 1. p.180. M.Meiderlin. c.2. §.79. p.90. de Euſebio allegatur Theodoretus à M.Georg. Albr. in Orat.Domin. conc. 25.p.8330.

Babylæ,

D.Oſiand. Cent.3. l.3. c.4. p.51.

Juſtini,

v.Will. in leg. piè def. p.13.14.

Dionyſ. Areop.

Bohemus in gemitibus Creatur.*Gemitu 1.d. Sole. c.3. p.24.*

Martini,

*M.Krüger in Onomaſt.*Chron.*part.2. p.17. Luc.11.v.Thanatophr.d.tr. part.2. c.2. §.2.p.115.*

Anshelmi,

*v.M.Pet.Meiderlin in Evang.Luth.*Catholico*-æterno c.1. §.20.p.27.28.*

Timothei,

Jac. Phil. Bergenas allegatus à Jac. Herrenſchmidt *in Jeſulo laureato conc. 3.*

Laurentii,

Hiſtor. Magdenb. cent.3. c.3.

Nicaſii,

Willius d. tr. p.36.

Bedæ Venerab.

*M. Krüger. in Onomaſt.*Chron.*part.1. p.17.*

Chryſogoni,

Will. d. tr. p.36.37.

Hilarionis,

M.Tob. Alicutmenus in Reclinatorio Juſtorum conc.1. c.3. f.58.59.

Vincentii,

Melch. Biſchoff. d. vit. p.343.

Victoriani,

Will.d.tr. p.54.55.56.

Digitized by Google

Fulgentii,

Oſiand. in Epiſt. Hiſt. Eccl. cem. 6. l. 1. c. 13.

Theodori,

Sotomen. l. 3. c. 19.

Marc. Arethuſani.

D. Geſner. in conc. fun. Rungii p. 17. & Al. complur.

HUJUS STELLAE PRIMAE
RADIUS PRIMUS
Eſt
FORTITUDO
SUSCIPIENS.

PRæſtat Fortitudo Magnanimitatem, Fiduciam, Securitatem, Magnificentiam, Conſtantiam, Firmitatem, Tolerantiam, quæ optimæ Comites ſunt ad magna quæque Reip. munera obeunda:

De prima & poſtrema heîc ſigillatim; reliquæ enim effecta quoque Fortitudinis, & quaſi ſorores hujus ſecundæ Virtutis Stellæ inter ſe mutuis (velut de Gratiis Poëtæ fabulantur.) nexibus colligatæ.

Ambr. ad Simpl. Ariſt. 4 Eth. c. 3. Illa propriè dicitur Magnanimitas, quæ

Videtur animi quaſi ſplendor eſſe,
& Virtutum omnium Ornamentum;

ſc. pinguiore (quod ajunt) Minerva, non namque quòd illas adjuvet, majoresve faciat, quia ſunt abſolutæ & perfectæ, ſed quod ſine illis eſſe non poteſt: ſed

Ariſt. 2. d. Rep. c. 9.

Quâ in Civitate non maximus Virtuti
honos tribuitur, in ea optimus Civitatis
ſtatus ſtabilis & firmus nullo modo eſſe poteſt.

Eſtque Fortitudo, quæ in agendo i. e. ſuſcipiendis rebus magnis & arduis cernitur.

Cic. d. off. lib. 1.

Vera autem & ſapiens animi magnitudo honeſtum illud, quod maximè natura ſequitur in factis poſitum, non in gloria judicat, principemq; ſe eſſe mavult, quàm videri. Etenim ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non eſt habendus. Facillimè autem ad res injuſtas impellitur, ut quiſq; altiſſimo eſt animo & gloriæ cupido.

Hoc etiam inde evenit,

Si modica laudatione non contenti ſumus, quicquid in nos adulatio ſine pudore congeſſit; tanquam debitum prendimus. Optimos nos eſſe, affirmantibus aſſentimur, cum ſciamus illos ſæpè mentiri; adeoq; indulgemus nobis, ut laudari velimus, in id, cui contraria maximè facimus. Senec. ep. 59.

Verùm

magnus animus & fortis duabus rebus maximè cernitur: quarum una in rerum externarum deſpicientia ponitur: Altera eſt res, ut cum ita ſis animo affectus, res geras magnas illas quidem & maximè utiles, ſed vehementer arduas, plenasq; laborum & periculorum tum vita, tum multarum cauſa rerum, quæ ad vitam pertinent. Cic. d. offic. l. 1

Quare magnum

Illum & fortem virum dico, quem bella non ſubigunt, nec amota vis hoſtilis exterret, non cui pingue otium eſt inter deſides populos. Sen. c. 3. lib. cur. in Sap. non cadat inj.

Quin imò

Animus magnus eſt, qui ſe Deo tradidit; Id. ep. 108.

Et

Animus anguſtus, quem terrena delectant: Id. conſol. ad Albin. c. 9.

Ipſe

animus Rex, cum honeſta intuetur, ſalutem ſibi comiſſi corporis curat, & nihil imperat turpe, nihil ſordidum. Ubi verò impotens, cupidus, delicatus eſt, tranſit in nomen deteſtabile, ac dirum, & fit Tyrannus. Id. ep. 114.

Atque alius,

Vera magnitudo animi: omnia ad conſcientiam refert, rectiq; facti mercedem ex ipſo facto petit. Plin. l. ep. 22.

Magnanimitas itaq; ea virtus eſt, ſine qua Reges & Principes nequaquam rectè imperare poſſunt.

Hinc noſter Politicus, ut ſolet egregiè, de animi erecti magnitudine: Lipſ. in mon. & Ex. P. c. 7. Pag. 46.

Sicut adamas, nobiliſſima inter gemmas, infractam vim habet; ſic Princeps debet animi robur. Et ut rota in curru per terram volvitur, ſed ſuper eam extat: ſic Ipſe. Tractet humana & norit: ſed iis ſe etiam eximat,

& ſecum dicat:

O quàm contempta res eſt homo, niſi ſuper humana ſe erexerit! Sen. lib. 1. QQ. nat. init. p. 678.

Debet & ab uſu & tractatione rerum inducere conſtantiam; hoc enim id. Lipſ. appellat Magnitudinem animi, videlicet

alta & honeſta proponere, & nunc, ac magis olim, in fama bona ac gloria eſſe. Ut Sol in aurora tenuior aſſurgit & inclareſcit, Sic ex virtute & meritis fama cum ævo ipſo augetur & creſcit. Lipſ d. tr. c. 18. p. 208.

Hoc amare Principem convenit, & ut trahat illum

—— *Fax mentis honeſtæ gloria.*

Quid enim aliud in externis?

RUDOLPHUS I. Gloriæ Habſpurgicæ Atlas non magnum quidem attulit robur ad Imperium, ſed Virtute præſtabat: Et quod pertenue tunc erat, multis bellum afflictum: Imperium ita reſtituit, ut vicinis Regibus metum incuteret.

Exn. d. tr. l. 4. c. 11. Ex. 11.

Id. Germaniæ Camillus comitate comitem ſe oſtendit,
Prudentia Senem,
Fortitudine Habſpurgicum Leonem:
In Pugnis imaginariis,
Syndromos omnes præcucurrit Prodromus Ipſe.
Primò ad Mediolanum inſignia ordinis militaris explicuit victorioſa:
Poſthæc in vicinos movit.
Baſilea tum in duas factiones ſcindebatur,
Stelliferorum & Pſittacorum:
RUDOLPHUM Imperio Romano jamjam exoriturum,
Tanquam Solem ſuum adeunt obſcuratæ Stellæ,
perditamq; per eam Lucem,
Id eſt ereptæ Patriæ locos reperiunt.
Quodam prælio contra Burgundum acriter pugnat.
Brisgoia, Ergovia, Turgovia
Satis ſenſerunt ſerium in armis, & ſeverum RUDOLPHUM
Quodq; ipſo facto cogn. VICTORIOSI reportavit.

Cor. XII. Caſ. R. l.

Et RUDOLPHI Magnanimitas, quam exſeruit prope Moretum omni laude digna eſt: ac conſtat Eund. ex XIV. conflictibus Victoriam conſecutum eſſe, ita ut Reip. non utilis tantùm, ſed prope neceſſarius fuerit: niſi enim tantæ fortitudinis Heros fuiſſet, ex parvis initiis non ad tantum potentiæ faſtigium perveniſſet:

latius Exn. d. l. Ex. ult.

ALBERTUS I. Primæ ex Auſtria, Stytia, Carinthia & Carniola Familiæ,
ut jura Nobilitatis tueantur, in jura Principis offendunt.
Sumunt arma in ArchiDucem, cui ſanguinem debebant:
Sed ſeditionum eventus plerumque eſt ſeditioſorum interitus.
Factionis leguntur capita, Otho Bavarus, & Antiſtes Salisburg.
Gurgenſium Comitum Ungarorum infeſtationibus reprimendis:
Quas provocaverat nova Archiducis Gloria.
Ubi enim novi cumulantur honores, ibi fremit invidia.
Dum ALBERTUM pro ſe habuit Bellatorem.

Hic Auſtriacus Achilles, Marsq; Allemannicus, ſalutatur communi voce
Neo-Imperator.
Atq; ſi Imperialis Aquila vocalis eſſet, omnium uno loco diceret:
AVE CÆSAR VICTOR IMPERATOR.
Planè Cæſar
dictus à cædendo, poſtquam duodecies hoſtem cæcidit,
Numeroque hoc Signorum Zodiaci ſuos Triumphos diſtinxit:
Cor. XII. Cæſ. R. II.

ALBERTUS II. Heros præclaræ fortitudinis, & niſi conſumptus fuiſſet immatura morte (vix enim biennio Imperio præfuit) invicta ſua fortitudine collapsũ Imperium florentiſſimũ reddidiſſet, & in priſtinam dignitatem reſtauraſſet. Quocunq; iret, gladio ſemper accinctus erat, ut offendentem ſemper repellere poſſet.
Exn. d. loc. Ex. 2.

Illi Thema erat ALBERTUS, in Ipſo triplex Argumentum:
Laudes, Spes & Vota,
Nihil extra Veritatem, vel ideo, quod omnia de ALBERTO.
Cujus indolem ſi vis, binis verbis audi
timebatur: amabatur,
hoc eſt,
Duo conjunxit, quæ omnia conjungunt Imperia:
Cum alibi bellica paſſim ſonarent fulmina,
Sola Auſtria florebat in pace.
Procul à fulmine, quia non procul à Jove, quamdiu non procul
ab ALBERTO.
Cujus fulmina omnium 1. ſenſit Bohemia
Cum SIGISMUNDUM Imper. in caſtra ſecutus,
factus eſt Jovis armiger Ales.
Sine hoc, cum diu ſeſe collecto agmine in tempeſtatem
addenſaret Germania,
Bohemia tamen nihil ſenſit, præter tonitrua.
Cor. XII. Cæſ. R. 4.

FRIDERICUS I. in ea pugna, qua congreſſus eſt cum LUDOV. Bav. & captus, antequam caperetur, tàm fortiter ſe in prælio defendit, ut ipſe 50. amplius ſua manu milites confodiſſe perhibeatur.
Exn. d. l. Ex. 14.

FRIDERICUS IV. pro cunis campos, pro lacte ſanguinem,
pro crepundiis arma quatit:
Non aliàs luſtra, cujus natales ſunt prælia:
Bellum, mater Pacis, à Filia accipit, quod illi dedit,

Et

Digitized by Google

Et ferrum ſuum, quod aliquando patrando vulneri inſervierat,
formando vomeri aptat.
Progreſſus in Italiam, vel Cæſar, vel Auguſtus, imò & Cæſar & Auguſtus,
Cum Illo Victor, cum hoc Pacificus,
Cum utroque Fridericus & Auſtriacus,
Quacunque late patuit Italia, Nominis ſui Omen ſparſit,
Ejusdem Thalami Conſortem prælaudatam
ELEONORAM, quod rarum eſt in Fœmina, Fortitudinem animi
Amazonem dixeris Luſitano-Auſtriacam.

Cor. XII. Cæſ. R. V.

MAXIMILIANUS I. Anno Chr. 1477. apud Morinum contra Gallos pugnans, fortiſſimè ſe geſſit: urgente enim neceſſitate deſcendit ab equo, & pugnavit cum ſuis fortiſſimè, ita ut victoria potiretur, Gallos proſterneret, & maximam ſibi laudem fortitudinis compararet.

Exn. d. l. Ex. 4.

Ejusdem Victorias recenſerem, ſi numerum haberent:
Aliquot numeravit Auſtria, Ungaria aliquot
Italia, Geldria, Tyrolis.
Nunquam vidit Imperatorem quin viderit Triumphatorem.
Orbem Germanicum non pertranſivit, ſed pervolavit:
Sui tamen veſtigia ubique reliquit ſolas victorias.

Cor. XII. Cæſ. R. 6.

Ejusdem excelſus animus ſemper adſpiravit ad ardua,
Etiam venando evaſit, quo conſequi nemo potuit.
Adeò invias cæteris calcabat vias,
Sive cum feras, ſive cum virtutem ſequeretur.
Inter ardua Saxorum præcipitia,
Unde vel oculis metiri reditum erat mortis imago.

Imp. R. G. ſub Iloc Imp.

Eundem in flore ætatis menſuraſſe unum pedem cum dimidio in ſumma Turri ſummi Templi Ulm. verſus aërem, ex lapidi inciſâ ſcripturâ liquet.

Cum viciſſet omnia,
Idem etiam vicit, quam timere contempſit, Mortem:
Diceres illum captivam in triumphum duxiſſe mortem:
Qui ultimo vitæ triennio
Mortualem ubique Sarcophagum circumduxit.
Tandem ſive fractus laboribus,
ſive feſſus Victoriis,

Digitized by Google

Natus in Pace Princeps, requievit in Pace.

Imp. R. G. d. Tit.

CAROLI V. factis confert geſta Julii Cæſaris & Pompeji,

Satis graphicè, Car. Scribonius *d. Inſt. pr. c. 2.*

Eid. Magno Fama, Maximo Coloſſum inſtrue,

Sed qui Maximo par ſit, hoc eſt maximum.

Pro baſi geminas illas Columnas Herculis

& Abylam ſic ſubjice Alpen.

Ut ſtratæ ultra Lybiæ, Europæq; tenus jaceant infra,

Plusquam Herculeum lemma adde:

PLUS ULTRA.

Erit hâc ad labores CAROLI M. imò Maximi limes.

Qua ſe Herculis rumperunt viæ.

Hinc menſuram accipe.

Altero tanto Hercule, major eſt CAROLUS,

Quòd eâ inceperit laborare, quàm ille feſſus quievit.

Cor. XII. Caſ. R.

Sed quis, amabo! compaginabit omnia, quæ CAROLI

propugnavit induſtria.

A XVII. Æt. anno annuas ferè ſuſcepit expeditiones.

Novies in Germaniam, in qua CAROLUS vocatus eſt Magnus.

Sexies in Hiſpaniam, in qua Alexander M. audiit.

Septies in Italos, qui in CAROLO Davidem coluêre.

Quater in Gallos, qui in Cæſare Herculem ſuſpexêre.

Decies Belgium, Britanniam bis ingreſſus, ſemper dominans vel domans.

Bino Africam vel fudit, vel confudit prælio.

Unde meritò à Turcis Julius, ab Afris Hannibal dictus.

Uno verbo:

Militia fuit vita hominis ſuper terram.

Nunquam ſua defuit Cæſari fortuna, nunquam ſuæ fortunæ Cæſar.

Imp. R. G. ſub hoc Imp. Caſ.

Id. XVIII. Reges 18. prælhis victos nota.

Caſtella centies mille expugnata,

XL. Victorias, prælia plusquam felicia LXX.

Deniq; ſic adorna univerſam imaginem Gloriæ,

Ut cum comprehendere non poſſis omnia, videaris inſinuaſſe.

d. Coron. d. loc.

Id CAROLUS V. devovit ſe, pro Salute Reipubl. Chriſtianæ, cum Franciſco Rege Galliarum florentiſſimo, membrorumq; & annorum viribus longè ſe t. t. ſuperiore, ad Duellum & ſingulare certamen venturum,

VII. con-

Digitized by Google

VII. conditionibus oblatis, ut in mari, vel terra, vel flumine, in equo, vel pedibus, colle vel planitie, cum eo de juſtitia bellorum & Galliæ Ciſalpinæ, Burgundiæq; Dynaſticæ pignore inter ſe duo decertarent, Deum Judicem corpora duorum Regum manciſcerentur, in victoria armorum ſine publicæ ſalutis detrimento, aut alterius humani ſanguinis profuſione: 40. dierum ad deliberandum conceſſis induciis, ter conteſtatus, ſe pacem, pacem, pacem Chriſtianorum non bellum flagitare & expoſcere.

Exn. d. l. Ex. 17.

Idemque primus in agmine ſuo ſemper fuit: nonnunquam is horas, nonnunquam diutius in equo armatus continuè reſidens. Ita ſe ad omnia pericula impavidum offerebat, ut nusquam ad bombardarum ictus caput inclinaret, nusquam pedem moveret, nusquam expalleſceret: ſed cum armatus & loricatus & galeatus erat, jam nullus Leo ille erat fortior aut animoſior, minusq; aliquid expaveſcens.

Id. fuſius Ex. 18.

FERDINANDUS I. Multùm FERDINANDO Virtus,
multùm Virtuti FERDINANDUS debet:
Auſtria, Ottomannico robore propè fractâ
Principem fortem quis inveniet.
Audi & diſce.
Plura cum Solymanno commiſſa prælia,
Plurimo utriusq; partis profuſo ſanguine ſcripſerat limites,
Ultra quos inſana perfidia usque hodie progredi non eſt auſa.
Erras Ottomanne, quisquis Vienneſes portas adire paras,
Nulla ibi Porta eſt Ottomannica,
Omnes ſunt Auſtriacæ:
Muri non cadunt, qui ſtant pro FERDINANDIS:
(EORUMQUE Dulciſſimis DESCENDENTIBUS!)
Vix Hungariæ extinctum erat incendium, fumare cœpit Bohemia:
Adeo bella vix nunquam ceſſant; ſed transferuntur.

MAXIMILIANI II. Fortitudo, cui nemo par fuit,
Solymanno adeò adverſa fuit.
Ut nec Victoris gladium, nec vultum ferret,
Adeoq; abegit in fugam,
Ut plusquam citato impetu plane è vita fugerit.
Te milite Pax firma fuit, te Imperatore Imperium,
Imò Orbis;
Abi Archimedes, qui movendo orbi, neſcio, quæ ſpatia
rogas, artis tuæ pretium facturus, quod non eſt.

MAX. II. in adverſis erat firmus: & in ſecundis moderatus.

Unus MAXIMILIANUS uno nutu orbem emovit,
Sed in ſuá obſequia.

RUDOLPHUS II. inter Heroes collocatur, quia ſumma prudentia cavit illud incendium, quod poſt ejus mortem accenſum, potiusq; Turcam, velut communem hoſtem commovendum cenſuit.

Rupert. obſ. in Beſold. Syn. p. 712.

Ubi ſuis è tubis Auſtriacum nomen fama inſonat,
Non poſſunt non corruere muri Turcico-Jerichuntini.
Mira planè RUDOLPHUS Imago eſt.
Quæ lapides molleſcere, homines lapideſcere facit.
Ex ſolo MAXIMILIANI Parentis nomine vitare didicit
Filius præcipitia,
Hinc nihil unquam præcipitavit
Auſtriacus, hic Cunctator Fabius.
Omnia fecit ex Conſilio: periculoſius judicans mente labi,
Quàm pede!

D. Cor. R. 10.

MATTHIAS, ſub eo ſtupendum illud accidit, quod exortum commune totius orbis Chriſtiani bellum, multùm gaudente Turcâ.

Rupert. d. l. pag. 713.

Quod Imperio, Orbiq; Romano honori ſit:
Hanc etiam aram univerſus populorum amor poſuit, dicavit,
Ob Fortitudinem:
Quod ad Albam Regalem cæſo plurium millium Turcarum Exercitu,
Interfecto Murathe & Mehemete Copiarum Ducibus,
Suæ Victoriæ campum, ſibi Gloriam,
Deo avitum Hungariæ Regnum aſſeruerit,
Duci Fortiſſimo:
Ob Victorias.
Quod Bohemos ad obſequia coëgerit,
Ingratos Ungaros jugo dignatus ſit,
Dacos repreſſerit,
Balticum Mare piraticis penè Danorum navigationibus infeſtum ſedârit,
& tutum reddiderit:
Victori!

d. Cor. R. 11.

Idem Commune Auſtriaci Sanguinis Elogium, ſuum fecit:
Minimum pro focis, plurimum pro Aris pugnare:
Per arma Dei cultum tueri, vel proferre.

Digitized by Google

Nuſquam autem Sceptra proferre, niſi imperet DEUS.
Et hoc ea animi Magnitudine, ut meritò appellaretur
FORTISSIMUS IMPERATOR,
Eandemq; admiratæ Novigradum & Strigonium,
Inclinarunt in obſequium turres, quæ erexerant in odium propugnacula.
Budam, Regni Solium ſtrinxit,
Commaromium obſidione Turcicâ liberavit.

Imp. R. G. ſub hoc T. Imp.

FERDINANDUS II. quæ bella etiam geſſerit cum Bohemis, Palatino, Chriſtiano Bruns: Daniæ, Sveciæ & Galliæ Regibus, norunt etiamnum omnes.

Rupert. d. l. pag 713.

Ejus albus equus, per medias hoſtium acies volare viſus,
Certis de Victoria Victoriam ſuſtulit:
Ut qui ſpolia relaturi venerunt, ipſi ſpolium reportarentur.
Tot Urbes totâ Hungariâ, Bohemiâ ac Germaniâ domuit,
Ut vix quiſquam eſſet populus, quem non vel excîdit, vel afflixit,
Vix Regnum, Natio aut Provincia quæpiam eſſet,
Quam vel ſuis armis non tenuit, vel percurrit.

Id. de hoc Imp.

FERDINANDUS III. CUSTOS ET CONSERVATOR ET PROPUGNATOR IMPERII, COGNOMENTO VERO PACIFICUS, cum Germania miſera ſanguine nataret, & bellum annis tricenis ſeipſum (dicente Livio) aleret, Concordiæ & Compoſitionis Oſnabruccenſis Auctor eſſe non deſtitit.

Rupert. d. l. p. 717.

Unus omnibus amplum ſatis Thema & Argumentum eſt,
PIUS, JUSTUS, FORTIS, SAPIENS & omnia
FERDINANDUS,
Servata Auſtria, liberata Bohemia, recuperata Franconia,
Purgata Svevia, vindicata Bavaria,
Coactum Kelhemium, expugnata Donavvertha,
Domita Auguſta, ſubacta überlinga, recepta Norimberga,
Revocata Wormatia, reſtituta Friburgum,
Moguntia ſuo Principi, Septemvir ſuæ Urbi repoſitus.
Et hæc & ſucceſſa,
Ut certaret cum felicitate celeritas, cum virtute fortuna.
Jo Triumphe!

Id. d. R. geſt. hujus Imp.

LEOPOLDUS PRIMUS: Flagrabat incendio crudelis belli totus Sar-

Digitized by Google

Sarmatiæ tractus, vix precarium Spiritum trahens & univerſum Aquilonem ignis ille corripuerat. Afflicti miſeri & inter ſacrum & ſaxum conſtituti Pomeraniæ, Holſatiæ & Megapolitani populi, certatim implorabant Cæs. Majest. opem. Nec ſurdæ erant aures, ſalutiferam manum admovit, memorato & canctino morbo. Nec ad Sarmatiæ Claſſica domi deliteſcere tutum videbatur, inclinante in lapſum Rege vicino, cognato & affine: Jus ſanguinis, Religionis, & viciniæ obverſabatur oculis, & niſi opportunè reſtrinxerat incendium, quid inde alius, quàm ut vicinus ſemetipſum incendio depaſcendum reſervet? Meridionalis Polus invidebat q. indultam quietem Aquiloni, quam ſibi denegari indolebat, cumq; diu multumq; in Authorem illius felicitatis inquiſiviſſet, operis tàm Auguſti Architectum non alium, quàm IMPERATOREM fuiſſe, tandem comperiit; Decrevit itaq; ſecum & ſimilem Panacæam à tàm miſericorde humani generis Parente poſtulare, quâ miſera illa & diuturno bello lacera Hiſpaniarum, Galliæ & Inſubrum Confinia reſanari poſſent. Miſeratus OPTIMUS-MAXIMUS CÆSAR tàm infauſti populi, iniquam ſortem & reſtituit, ita unius anni curriculo Aquilonarem & Meridionalem Pacem, inq; M. Britannia Monarchiæ Statum retroduxit. Sed, uti variæ ſunt humanæ invidiæ Sortes, ita unicus Oriens LEOPOLDI Augusti, Pii, Victoris, Gloriam obfuſcare vano & irrito conatu laborabat &c. de quo ſub parte altera Pr. Sag. operoſius.

vid. Dn. Speng. Ellychn. Panegyr. Gam

SUMMUS PRINCEPS IN COMPENDIO P. XIX.

Cùm favorabilis fortunæ cura afflat, cùm ad votum omnia ſuccedunt, cùm pollet opibus potentia, auctoritate & his ſimilibus, cum omnes eum honorant & venerantur: non extollatur, non ſuperbiat, non intumeſcat: recordetur Crœſi & ſimilium: recordetur volubilis fortunæ Rotæ: recordetur & ſe hominem eſſe, cui idem, quod aliis contingit, contingere queat!

STELLÆ SECUNDÆ
Radius Secundus.
FORTITUDO SUSTINENS.

NOn conſtanti ſolùm, firmo, promtoque animo cuncta Reip. negotia & difficultates ſuſcipiat ejuſdem Moderator, eaq; tantùm committat aliis, quæ propter multitudinem ipſe, aut difficultatem, niſi per illos, gerere nequeat: Verùm etiam, ne inertia, otio aut negligentia, aut laboris metu, occa-

ſionem & tempus negotiorum omittat, aut differat. Quapropter & hac quoque in re

Fiduciâ opus eſt,

ad laborem ſuſcipiendum quocunq; tempore aut loco, ne publico bono privata requies, aut relaxatio animi anteponatur: tum etiam

Magnanimitate

ad ſuſtinenda, gerenda, curandaque cuncta Reip. conducentia: itemq; vid. Scip. Ammirat. lib. 2. d. Regn. Regnisque inſt. pag. 959. cum ſeq.

Patientiâ

ad laborum moleſtias æquo animo ſuſtinendas: Poſtremò

Conſtantiâ

in negotiis, in difficultatibus, periculis, querimoniis, efflagitatione, petitionibusq; importunis aliorum.

Hâc enim de cauſa commiſſam ſibi eſſe Reip. adminiſtrationem putare debet, non ut ſubjectos Imperio ſuo cunctos habeat tantummodò, ut affluat opibus, voluptate, otio, quiete, ut nihil agat, moliatur, curet, aut gerat, ut q. Sardanapalus quidam domi ſemper deliteſcat, paucis cùm familiaribus commeſſetur, veſtiatur ſplendidiſſimè, ut venetur, ludat, equitet, ſaltet, ut reliqua demum hujusmodi alia ſibi ſolùm jucunda & utilia agat, non publica.

Itaq; labores hos omnes adminiſtrationis publicæ, curas, ac difficultates negotiorum

Suſcipere æquo animo

non dubitabit & poſtquam ſuſceperit, unâ cum Imperii dignitate, & honore

Conſtanter ſuſtinere

non deſinet, quando

hæc eſt unica tantùm cauſa, cur unus Regno præfectus ſit.

& honores propterea, opes, voluptates, apparatus, abundantia bonorum omnium, reliquaq; ejusmodi omnia illi ſuppeditantur,

ut hoc q. levamento labores facilius ſuſtineat!

Quemadmodum verò

tolerare in reſiſtendo conſiſtit, & tolerantia non eſſentia, at gradibus tantùm perfectionis differt à patientia. Ariſt. 7. Eth. 2. & 7.

Sic magna hæc & præcipua Virtus nobis heîc eſt Fortitudo, quæ in patiendo cernitur, i. e. in ſuſtinendis rebus moleſtis & adverſis: ſicq; ſpecies eſt Fortitudinis à Magnanimitate diſtincta: vel ut eandem def. Tullius,

rerum arduarum ac difficilium voluntariam perpeſſionem, honeſtatis aut utilitatis cauſâ. Cic l. 2. d. Invent.

De qua notetur Dictum Epicteti, quod utiliſſimam vitæ Regulam continet: Gell. N. A. L. 17. c. 19.

Digitized by Google

ἀνέχου καὶ ἀπέχου.

Cui etiam affinia iſthæc πολυτρύλλ.

οἰστέον καὶ ἐλπιστέον:

φέρε καὶ φεῖν.

T. Liv. l. 2. Quare nobiliſſimus Romanæ Hiſtoriæ Scriptor:

Et facere, & pati fortia: Strenui-Viri, & Civis, & Militis eſt.

Cic. 1. offic. Et Romanæ Eloquentiæ Parens:

Fortis verò animi & conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur, ſed præſenti animo uti & conſilio, nec à ratione diſcedere.

Hor. 2. Od. 20. Et ille in Satyricis Juvenale mollior:

Rebus anguſtis animoſus atq;
Fortis appare: Sapienter idem
Contrahes vento nimium ſecundo
turgida vela.

Pl. l. 7. c. 23. Unde Naturæ Bibliothecarius Plinius II. Patientiæ Exempla ponit:

Unum Leana Meretricis; & alterum Anaxarchi Abderitani.

Aſt agmen heîc quoq; ducat Fabricius, de quo Pyrrhum dixiſſe in ſuo Hi-
Eutrop. lib. 2. ſtoriæ Rom. compendio ſcribit ille Sophiſta Italicus:

Ille eſt Fabricius, qui difficilius ab honeſtate, quàm Sol à ſuo curſu dimoveri poteſt.

Et claudat itidem Hannibal, præter alios ſummos Duces, χαλκέντερος, laborumq; tolerantiſſimus; utpote
Liv. lib. 21.

cujus corpus nullo labore fatigari, aut animus vinci poterat: indeq; perſæpe in re militari dixerat. Vincit omnia pertinax Virtus.

Siquidem

Saresb. 3. Policr. 14. *Sine patientia, aut nullum, aut rarum eſt opus virtutis.*

Quippe

Prudent. Pſychon. *Vidua eſt Virtus, quam non patientia firmat.*

Et

Macrob. 2. Sat. 4. *Major eſt Patientia, quàm facundia Laus.*

Hinc

Sen. 2. de Ira. 23. *Quo rarior moderatio in Regibus, hoc laudanda magis eſt.*

Ac ſcito,

Id. l. de Clem. 5 *Magnam fortunam, magnum animum decere: cujus proprium, placidum, tranquillumq; eſſe, & injurias atq; offenſiones ſemper deſpicere.*

Præclarè Principum Princeps,

Sueton. in Auguſt. c. 51. *Cum audiret, Ælianum quendam malè de ſe opinari ſolere: faciam, inquit, ſciat Ælianus, & me linguam habere.*

Animosè itidem Philippus Macedo,

Digitized by Google

Suadentibus Amicis, maledicum hominem in exilium mitteret: minimè ſic ait: ne vagus & erro apud plures de nobis malè loquatur. Id. c. 73. add. Plut in apophth p.173. a. V. Max. 5. c. 1 & l. 4. c 51.

Et Tiberius adverſus talia firmus ac patiens, ſubinde jactabat: Suet. c. 28. in Tiber.

In Civitate Libera, Linguam, mentemq́, liberas eſſe debere. Fulgoſ. 5. c. 2.

Pleriq; enim Impp. Rom. hanc maledicendi licentiam populo indulſerunt. Unde olim non appellabantur Seditioſi, ſed tantùm

novi Sermonis Authores. Liv. l. 5.

Plebs namque, quoniam

rebus nequit ulciſci, verbis uſurpare libertatem capit. Iuſtin. l. 9.

Adde, quod

Lubricum linguæ ad pœnam non facile trahendum eſt. l. 7. ff. ad L. Iul. Maj.

Nam ut ait verè Magnus ille Regum; apud Virum Magnum,

Linguæ temeritas pervenit ad gladios. Alex ap. Curt. lib 6.

Quæ cauſa fuit latæ Conſtitutionis Theodoſ. famoſiſſ.

Quid tamen, rectam illam, divinamq; Legem ſi conſideramus, haud quoq; hæc tolerat, & à ſimpliciſſimo ac puriſſimo Deo iſthæc effata manarunt: l. un. C ſi quis Imp. maled.

Etiam in cogitatione tua Regi ne maledicas, & in penetralibus cubiculi tui, ne maledicas diviti: quia avis cœli deferet vocem ipſam, & habens alas annunciabit verbum. Eccleſ. c 10.

Quod ipſum & Turcæ hodiernùm obſervant, apud quos nefas eſt, de Principe ſiniſtrè cogitare! Clapm. 6. d. Simulac. Imper. 11.

Et vir ille cœleſtis de juſto viro loquens ait:

Ab auditione mala non timebit. Pſal. 111.

Et Divus Paulus inquit.

Per infamiam & bonam famam. 2. Cor. 6.

Quod dictum ſit, ut patefaciamus, non tantùm Politicos, ſed etiam juſtos ſanctoſq; viros hanc Gubernationis viam ingredi debere, ſcopum tantùm reſpicientes, neq; à Deo vel tantillum oculos dimoventes!

De Ferd. R. Hiſp. Ejuſque Ux. Iſabella: it.
Car. V. Imp. Phil. II. R. Hiſp. & Frider. Imp.
leg. ap. Lipſ. in Monit. pag 56. cum ſeq. & 207.

Feſtivum, quod ſequitur, & prope Scenicum.

RUDOLPHO I. Sacramentum dicere detrectat Rex Boh. Ottocar.
Defertur ad Tribunal Martis controverſia,
Condemnatus Bohemus convictus armis Cæſarianis:
ſed, quæ ſuperborum contumacia eſt,
Nolentium videri, quod ſunt:
Privatâ adgeniculatione ſupplex fieri ſuſtinet.

Digitized by Google

Vix inchoato Juramento panditur ſiparium:
immutata tamen Scenâ,
Agnoſcitur ab utroque exercitu perſonam agens Rex, quam debuit.
Nullum Amphitheatrum felicius dedit convictam arrogantiam:
Cataſtrophe hæc Cæſarianis in plauſum finitur,
Bohemis in furias,
Ventos flammasque velut alternante folle
Ottocaro inſpiravit Uxor Cunegundis:
Reditur in Campum;
Ubi aliquid ſupra Davidem auſus eſt Cæſar.
Laborante ſiti Exercitu,
Quidam ſiceram Colono eripit, Cæſari propinat.
Sed Hic manſuetè, ut ſolebat, ait:
Reddite homini Amphoram,
Non mihi, ſed Exercitui ſitiebam.
Refecit hæc ſitis tolerantia in Capite
Totum Militis Corpus.
Sed Imp. 14000. cæſorum latè Campos inſtravit,
XIV. præliis Victor,
Atque ideo
Victorioſus Rudolphus.
Ottocar Ipſe 18. vulneribus ſuperbam animam efflavit.
Cor. XII. Caſ. R. I.

ALBERTUS I. non facilè memor erat Injuriarum illatarum, nec ulciſci volebat, aut cogitabat: ſed patienter tulit, etiamſi inimiciſſimi inferebant. Id quod Illi maximè peperit gratiam & gloriam.
Exn. d. tr. l. 7. c. 12.

Ejusd. acrimonia poculi rebellium venenati & oculum violavit
& colorem,
ut & Monoculus deinceps eſſet Imperator,
& colorem mortis, quam evaſerat, ſervaret in Vultu.
Sed neque inde minus vidit, nec minus vixit:
Providus ſemper in futura, animoſus in pericula.
Imp. R. G. hoc T. Imp. p. 188.

FRIDERICUS III. injuriam patientius tulit, quàm Ipſe fecit Imp. unde patientiâ ſuâ regnavit quietè 53. perpetuis annis & 5. Menſibus.
Exn. ib. Ex. 5.

ALBERTO II. Amurathem fugato, Viennam rediit, morbo
interceptus in via,
Martis inſidias cum animadverteret,

Ad-

Digitized by Google

Adhuc coram latrone hoc cecinit metu vacuus.
Cantus hic mollis erat.
Domine, ignoſce illis, qui in hac mea morte rei ſunt,
Et ego iisdem ignoſco propter te.

Imp.R.G. p.231.

FRIDERICUS IV. Amabilis & nominis etymo,
& pacis ſtudio Princeps,
Cum Parentis nec in puniendo ſeveritatem,
Nec in bellando rigorem ferreum probaret:
Severam poſteritatis cenſuram non extimeſcat,
Non ſemper ſuccedunt in mores, qui ſucceſſerunt in munus:
Hæredem Optimum dixeris.
Qui cum Avorum Virtutes imitando reſuſcitat,
Vitia tumulat fugiendo:
Ferrei Parentis Aureus Filius,
Inter ferales Martis cupreſſos, plantavit Oleam pacis.
Minus fortaſſe nactus Auſtriacam indolem
ſi plus de Parente habuiſſet.

Id. pag. 233.

MAXIMILIANUS I. Sæpe à Victore Max. hoſtes didicerant
vulnera dare,
Tunc etiam didicerunt vulnera ferre:
Utrobique Exemplo Regio.
Niſi quod felicitatis alterum, alterum Virtutis ſit.
Tot per omnem Vitam laboribus infractum Max. Corpus,
Neſciviſſemus, an ex ferro eſſet:
Niſi adactum in præcordia ferrum: Quod carneum eſſe
monſtraſſet:

Cor.XII. Caſ R.6.

Id. Morti vicinus triplici involucro corpus ſuum involvi præcepit:
linio, Serico & Damaſceno Albo:
ut triplex hoc Spolium de tribus regnis ſecum ferret.
Excuſſos dentes in Terra cremari juſſit:
facturus inde Cadmi ſemen.
Mortuum Cadaver omnibus proſtare voluit, ut quod vivus
erat, ſemper etiam mortuus eſſet ſpectaculum.

Eod. R. Eod.

CAROLI V. tam expedita ad agendum manus fuit, quàm maturum
Conſilium.
Oculos cuilibet in Iras acue:

Digitized by Google

Sed quales, vel juſta vindicta, vel Clementiam inter & magnanimitatem
Fortitudo
Heroa ſuccendit.
Non vagos, non evariato nutu, ſed uni Victoriæ intentos:
Qualis iis ducibus eſſe ſolet, quibus vel ſua virtus, vel invictum
robur certam laurum fecit.

Eod. R.7.

MAXIMILIANUS II. In obſidione Prag: PPes. Civitatis, qui Sigism. odiſſent, populares, ut obſcœna in eum verba jactarent, aſtu provocabant; Sic enim futurum arbitrabantur, ut irritatus hoſtis crucem, & quævis duriora ſupplicia comminaretur obſeſſis: Illi verò pœnam metuentes, obſidionis incommoda conſtantius tolerarent, quod cum intelligeret Imp. impunitatem omnium, quæ in ſe dicerentur, per Præconem promiſit.

Exn. l. 2. c.23.

MAXIMILIANO facilè erat, ſcire iraſci in vindictam, ſed glorioſius erat, non poſſe.
Severiſſimè tamen ulciſcebatur, quod nihil ulciſceretur.
Quid de ſe diceretur, incurius, quid ageret Ipſe attentus:
Stoliditatem loquentium patiente ſapientia decoquebat.
Ægrè enim movetur, qui verè ſapit.

in R.G. hoc Tit. Imp.

RUDOLPHI II. Prudentia Fortis & bellicoſa,
in vaſta Hungariæ planitie campum Martium ſortita.
Omnes Arbores Lauros & Palmas fecit.
Tandem tot bellis feſſus, tot glorioſus Victoriis, tot onuſtus Laureis,
Aſiæ terror, Europæ Tutor emoritur.

Id. hoc Imp. p.275.

MATTHIAS I. Pacifici titulum ſuum fecit,
Serenavit enim Bohemiæ nubilum, tranquillavit Hungariæ
tempeſtates:
Moſchos ad fœdera, Dacos ad amicitiam,
Turcas ad Pacis Leges adegit.
Mare Balticum piratica, ſylvas Germaniæ Latrociniis,
Urbes Imperii ſeditionibus, homines feritate exuit.
Aquisgranenſium Civium in Magiſtratum ſeditiones pacavit,
Francofurtenſium & Wormateinſium diſſidia compoſuit,
Omne ſolum per Hungariam, Moraviam, Bohemiam & Auſtriam
ſedavit.

Id. p.279.

FER-

FERDINANDUS II. abjurant Bohemi;
Fridericum Palatinum inaugurant:
Hungari Gabrielem, Daciæ Pr. totâ ſtipatum Scythiâ
Regis purpurâ, Sceptro & Diademate donant.
Auſtria Turriani perfidiæ fidem jurat:
Vienna ipſa, Cor Auſtriæ, perduellium armis tentatur,
Et qui omnium libertati ſtudebat Cæſar,
obſidione coronatur.
In monte Albo ſuprema fortunæ alea jacitur;
Sed hic nominis oblitus purpuram induit,
Quæ Pſeudo-Regi debebatur,
Exercitus 60000. vel cædebatur, vel cedebat!

Id.p.289.

De Eod. vel hoſtis Bethlemius:
Extra naturam exeundum eſſe, ut pugnes cum
FERDINANDO.
Qui plauſus & convicia, Victorias & clades
eodem vultu audiret:
Cujus animum nec adverſa dejicerent, nec
proſpera elevarent!

Id.p.295.

FERDINANDI III. ferrum prima ſenſit,
Tàm ſibi, quàm FERDINANDO tunc Mala, Ratisbona,
Aquilonari undique ſæviente turbine ſuum
ſibi in Naufragium:
Etiam hæc à FERDINANDO Ratis avecta eſt:
Jamjam fundum petitura,
Si non vel invita ad immobilem hunc polum
Auſtri-Acus ſe convertiſſet.
Vinctâ & Victâ Ratisbonâ
Nordlingæ Campus plurium capax Hectorum
Duobus aperitur FERDINANDIS
Duo fulmina belli Auſtriades dicerem:
Niſi gemina, potius ſidera aut Polos ſcirem,
Quibus totus tunc Orbis Imperii volvebatur.
Inter Martis tonitrua & Bellonæ fulmina agitabatur orbis.
Immobiles tamen hi poli, fixa hæc ſtabant Sidera,
Etiam quando utrinque medius cecidit Ajax.

Id.p.299.

LEOPOLDE Auguſtiſſime, etiam ante Cæſaream

Crea-

Creationem & Coronationem
omnia in Te Paternarum Virtutum maturitas;
Conſilium, Induſtria, Fortitudo, Clementia &c.
ut ſi & PARENTUM Merita & Sanguinis abeſſet ſuffragium,
Sola Virtus Te Paternæ Majeſtatis Hæredem ſcriberet.
Stetiſti inter Diadematis ambitioſos,
Et Unus ambiebaris.
Nec patiebaris à Capite Auſtriaco declinare Coronas,
Qui ab avita Virtute non declinaveras!

Id. p. 512.

Summus Princeps in Comp. P. XIX.

Cùm fortunæ curſus fuerit mutatus, cùm adverſitatum procellæ Ipſum jactaverint, non dejiciatur animo, non vileſcat, ſed maneat conſtans. Et ſperet in *Deum Adjutorium ſuum*, ac ſuas quoque vires pro poſſe adjungat, & omnia benè ſuccedent!

Erant poſt extinctam Felicis Auguſtæ Purpuram, & funeratam Imperatricis Claudiæ Majeſtatem conſepultæ propemodum Spes Ingentes, quibus Auſtria certiſſimos Sereniſſ. Domûs Atlantes pollicebatur: Autumnus tunc erat, cũ ſtrenuè fama per Urbes dividitur; Pulcherrima tandem Conſulta, quibus recenrem ſibi Cæſar Auguſtam deſtinaſſet, eum Pomononæ divitiis ita maturuiſſe, ut Novam Auſtriacus Jupiter Junonem divino prope celaret Oraculo. Metum hunc abjiciat IMP. protinus & curis iſtis poſthac interdiceret, nondum Totam ad SUPEROS aufugiſſe Felicitatem. Multa, quæ vel ſpem facerent, vel expectationem augerent, ſupereſſe. Geminum Vulnus in funere gemino nuper acceperat, nec faſtum premere dolorem licebat, vix ſpes ſupererat, ut ſuæ mederetur calamitati, Vinum & Oleum medentur Vulneribus: Sapienter egit Auſtria plagam ſuam curatura, Vitem conjunxit & Oleam, indeque præſtantiſſimam dolori ſuo panaceam inſtruxit providentiſſima Medica. Ut nempe congenita Vitis ſuavitas Germanæ miſeriæ fletum omnem abſtergeret, dum pretioſus Olivæ Liquor Novam inungeret Reginam, & Rom. Majeſtati conſecraret Imperatricem Tertiam LEOPOL. I. Auguſtiſſ. Sp. ELEONORA MAGDAL. THERES.

Nexa Palatinæ ſit ut Auſtria Vitis Olivæ,
Auguſtaq; ſuam cumulet propagine ſtirpem.

leg. Sertum Nuptial. Auguſtiſſ. Sponſ. Vatum Palatino-Neoburgenſ.

STEL-

STELLA VIRTUTIS TERTIA
TEMPERANTIA.

PEr qam nec aliud hoc loco intelligo, nî Scip. Ammir. 2. d.R & R.Inſt. p.969.

VIRTUTEM IMPETUS INHONESTARUM CUPIDITATUM REPRIMENTEM, AC MODERANTEM.

Ea eſt Magiſtratus maximum Ornamentum & Imperii firmamentum: Aurea illa moderatio, & certa

(*quam ultra, citraq; nequit conſiſtere rectum.*)

Mediocritas, quâ non ſolum abſtinemu, irritamentis gulæ ac voluptatibus, ſed in ipſa etiam rerum affluentia diſcimus penuriam pati. Sine hac virtute reliquæ omnes mancæ & inchoatæ eſſent, nec perfectum de ſe officium præſtare poſſent, ſed Fr. Patric. 6. Tit. 18. p.378.

aut metas tranſilirent,

aut vix è carceribus egrederentur.

Hæc baſis eſt actionum animæ, corona vitæ, & propugnaculum adverſus tentationes Diaboli. Hinc auro magis aureum Præceptum eſt. Sen.ep.8.circ. med.

Hanc ſanam & ſalubrem formam vitæ teneto, ut corpori tantùm indulgeas, quantum bonæ Valetudini ſatis eſt, durius tractandum eſt, ne animo malè pereat: Cibus famem ſedet, porrò ſitim extinguat, veſtis arceat frigus, domus munimentum ſit adverſus infeſta corpori. Hanc utrum ceſpes erexerit, an varius lapis gentis alienæ, nihil intereſt. Scito hominem tàm benè culmo, quàm auro tegi. Contemne omnia, quæ ſupervacuus labore, velut ornamentum ac decus ponit! cogita in te præter animum nihil eſſe mirabile, cui magno nihil magnum eſt.

Nec Id. ep. 21.

Venter præcepta audit, poſcit, appellat, non eſt tamen moleſtius creditor, parvo dimittitur, ſi modo das illi, quod debes, non quod potes.

Et Ibid.

ſine faſtidio implendus eſt venter.

Quid enim ad rem pertinet, quid accipiat, perditurus, quicquid acceperit.

Cum Id. ep. 92.

faſtidientis ſtomachi ſit, multa deguſtare, quæ ubi varia ſunt & diverſa, inquinant, non alunt.

Inſuper Ibid.

ſubtilitas animi ciborum copiâ impeditur.

Eadem Virtus Græcè dicitur Ariſt. 6. Eth. 5.

Σωφροσύνη ὡς σώζουσα τὴν φρόνησιν.

Q Quum-

Cic. 3. Tuſc. QQ. Quumque

Frugalitatis proprium ſit, motus animi appetentes regere & ſedare, ſemperq; adverſantem libidini moderatam in omni reſervare conſtantiam.

Id. l. 4. Tuſc. QQ. ac

quemadmodum Temperantia ſedat appetitiones, & efficit, ut hæ rectæ rationi pareant, conſervatq; conſiderata judicia mentis: ſic huic inimica intemperantia omnem animi ſtatum inflammat, conturbat, incitat.

Quare Antiſthenes voluptatem in tantum execrabatur, ut diceret,

Laërt. lib. 6. *Se malle inſanire, quàm voluptate affici. Inſaniam aufert Medicus: Voluptas cum æquè mentem eripiat homini, vix ſanabile malum eſt.*

Ariſt. 7. Eth. 11 Etenim

Temperans voluptates fugit, & prudens ſequitur id, quod dolore vacat: non quod voluptatem efficit.

Id. 7. d. Rep. 15 Siquidem

Temperantia & Juſtitia & in negotiis gerendis neceſſaria eſt: & in otio, potiusq; otioſis & quietos attingit.

7. Eth. 6. Idemq; Philoſophorum Columen benè:

Nec temperantes belluas dicimus, nec intemperantes niſi per metaphoram, etiamſi aliud animantium genus alio præſtet, petulantia, contrectatione & libidine omnia vorandi.

Sen. ep. 6. at

homines ventri obedientes animalium loco numeremus, non hominum: quoſdam verò ne animalium quidem, ſed mortuorum.

Id. ep. 28. Igitur

militandum nobis eſt, & quidem genere militiæ, à quo nunquam otium datur, debellandæ, ſed imprimis voluptates, quæ ſæva quoq; ingenia rapuerunt.

l. de LL. & in Timæo. Placeat etiam iſtud Platonis,

παιδαγωγεῖ διαίταις: Itemque

Temperatis hominibus legem eſſe Deum:
Intemperatis verò voluptates.

Bernh. Serm. 23. in Cantic. Sanè Vir ſanctus interrogat:

Ubi vera temperantia, niſi in Chriſti vita? Solos temperantes dicendos eſſe, qui ejus vitam imitari ſtudeant!

Præſtat ideo illud quoq; Solonis Oraculum, omnium in ore, aſt haud tàm radicitùs in pectore verſans:

Μηδὲν ἄγαν.

Horat. 2. Satyr. 2. Nec intempeſtivè forſan heîc Lyricorum optimus Poëta:

Accipe nunc victus tenuis quæ quantaq; ſecum
Afferat: Imprimis valeas benè nam variæ res
Ut noceant homini, credas, memor illius eſcæ,

Quæ

Digitized by Google

Qua ſimplex olim tibi ſederit. At ſimul aſſis
Miſcueris elixa, ſimul conchylia turdis:
Dulcia ſe in bilem vertent; Stomachoq; tumultum
Lenta feret pituita. Vides ut pallidus omnis
Cœnâ deſurgat dubiâ? quin corpus onuſtum
Heſternis vitiis animum quoq; prægravat unà,
Atq; affigit humo divinæ particulam auræ:
Alter, ubi dicto citiùs curata ſopori
Membra dedit, vegetus præſcripta ad munia ſurgit.

Namque Val. Max. lib. 2 c. 1.

Mater bonæ valetudinis frugalitas, inimica luxurioſis epulis.

Eaque propter eadem Sen. ep. 59.

Producere Senectutem maximè poterit.

Et inſimul

nihil tàm æquè tibi proderit ad temperantiam omnium rerum, quàm frequens cogitatio brevis ævi & hujus incerti: quicquid facies, reſpice mortem! Id. epiſt. 15. conf. ejusd. ep. 24. 27. 83. & 84. cum c. 52. & 53. lib 2. Nat. QQ.

Ergo condigna Principibus, imò neceſſaria cura eſſe debet, ut hàc virtute cumprimis fulgeant,

i. e. nec voluptatibus dediti nimium, nec ab eiſdem planè abhorrentes, ſed aliquando ad animi levationem eiſdem utentes, quatenus ratio præſcribit, vel quisque indoctus concedit. Scip. Amir. ex Ariſt. d. loc.

RUDOLPHUM I. cibi fuiſſe parciſſimum, adeò *ut fruſto panis & carnis, etiam in expeditionibus ſuis militaribus, contentus eſſet.*

tr. Cuſpin. in Vit hujus Imp.

FRIDERICUS III. Cunctator d. Fabio ſimilis, quâ cunctatione plura peregiſſe, quàm alios feſtinatione nimia, unde illud notum Diſtichon:

Otia, quàm bellum per totum maluit ævum,
Conveniens factu, hinc quoq; nomen habet

Et annos Regiminis dinumeraſſe 53.

Ser. Dreſſer. f. 420.

Quod à mensâ nunquam vini ſatur abierit, illud lymphâ quotidiè diluerit, indeq; Suæ Auguſtæ ELEONORÆ eodem interdixerit, cum eidem propter fœcunditatem, Medici ſuaderent: dicere ſolitus: *Se malle cum ſterili, quàm cum ebrioſa Conjuge vitam vivere conjugalem.*

Cuſpin. in Vita hujus Imp.

CAROLUS V. in menſa ſemper ferè ſolus & tacitus ſedens, convivia ſine conviva, moderata & frugalia, in publico ferè, ut omnibus ſpectare liceret, celebravit. *Exn. d. tr. l. 7, c. 25.*

Digitized by Google

Sic Adoleſcentes ad cibi continentiam, ſobrietatem & militares labores, ab ineunte ætate, eſſe exercendos, ut ſtrenui evadant, (more etiam Perſarum.) *Xenophon. mon. l.1. Pad.Cyr.*

Ita

FRIDERICUS I. cum Legati Electorum & Principum cauſas Imperii negligentius tractarent, aliquando eis in Comitiis, propter crapulam & ebrietatem objurgaſſe dicitur his verbis: *Mementote quod non hîc miſſi ſitis ad inebriandum vos, ſed ad conſultandum, & deliberandum Regni cauſas. Abſtinete ergo à maledicta ebrietate, quæ neq; corpus neq; animam beat, & quod officii veſtri eſt, facite!*

Prolixior eram, ſed copia paradigmatum q. fatiſcit ſubſequens Radii Latus, quo me convertam.

Cumq; Temperantiæ permultæ quaſi formæ, parteſq; ſint, quarum officia latè pateant, ad eas ſolum dehinc veniamus, quarum SUADA TULLIANA meminit, adeòque.

TERTIÆ VIRTUTIS STELLÆ
RADIUS PRIMUS
ERIT
CON- & ABSTINENTIA.

Ariſt. 7. Eth. 1. & 2. PRinceps Philoſophorum illam Virtutem clariſſimo intellectu diſcernit à Conſtantia,

Cujus proprium ſit, *dolori reſiſtere*;

Continentiæ verò cupiditatem ſuperare.

Proinde quum majus ſit ſuperare, quàm reſiſtere, quando illud ſit vincere, hoc autem non vinci, potiorem eſſe ducit Conſtantiam, quàm Continentiam.

Id. c. 9. Hanc autem Virtutem Abſtinentiam ab illa Continentia idem diſtinguit, quod propriè

immodicas voluptatum illecebras rationis jugo ſubjiciat.

Scip. Amir. 2. de R. & R. Inſt. p. 970. Proinde

Abſtinentes dicuntur ii, qui tantum delectationis capiunt, quantum requirit ratio: Continentes verò illi, qui cupiditates rerum utilium, ac jucundarum moderantur.

Quo nomine proprium illius eſt,

Perturbationes animi turbidas, & inſolentes cohibere, nihilominus tamen honeſtam jucunditatem laboribus neceſſariam addere.

Hujus

Digitized by Google

Hujus verò,

non expectare, aut quarere nimias opes, ſuperbos aut arrogantes honores, imperii amplitudinem, ſed neceſſariam tuenda Reip. commoditatem, honeſtamq; gloriam.

Itaq; abſtinentem fuiſſe dicimus

Æmilium Paulum, qui ex maximo auri, argentiq; pondere & opulentiſſima Regia Gaza, quam in poteſtatem per victoriam redegerat, nihil contrectare voluit, aut ullo pacto adſpicere; &c. Plin. l. 30. c. 4.

Et continentiſſimus fuit

Scipio Major, qui nunquam captivis mulieribus uſpiam illuſit, aut ullam aſpectui ſuo præſentari promiſit. Quod armis idem adſequi nequiverat, continentiæ rumore conſecutus eſt. Vid Gell. l. 6. c. 5.

Hac Biga Virtutum maxime enituit

Julianus Cæſar, etſi à Religione Chriſtiana abiit, inſtar Alexandri M. nullam quoq; ex captivis mulieribus ſpecioſiſſimis contrectare aut videre in Perſide voluit. Quin continentia ejuſdem longè latius ſpectata fuit; mortuâ Helenâ, nihil venereum, quod à familiaribus ſciri potuerit, unquam patravit. vid. Fulg. l. 4. c. 3.

Nam ut Poëta ait: Ovid. 16. ep.

Diſce meo exemplo, formoſis poſſe carere:
Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.

Aliâs,

Quid honeſtius, quàm uxorium levamentum? Tac. 3. Ann. 34

Ævo Veſpaſiani aut turbæ, aut rebellio in Gallia fuit, & Dux partium Julius Sabinus, cui uxor Eponina:

Is victis Gallis ad ſupplicium quærebatur, ſed in ſpeluncam aviam ſe abdidit, & famam mortis ſuæ ſparſit, quaſi veneno ſponte eam ſumſiſſet: ac in rei fidem villam, tanquam ſuper ſe. juſſit incendi. Ipſa uxor hæc ignorabat, eratq; in multis & mœſtis lacrymis: ſoli duo liberti ſciebant; qui miſerati mulierem, cibi jam triduum expertem, marito indicant, & ſuadent amanti ſubveniri. Factum, & coluere in ſpelunca fidem ac ſilentium, per novennium. Res deniq; evulgata eſt, capti ſunt: Romam deducti, haûd tamen venia donati, aſt interfecti, quanquam fœmina prolatis liberis dixerat: En Cæſar, quos ego in momento peperi atq; alui, ut plures ſupplices haberes! Id. l. 4. hiſtor. c. 67 præcipuè verò Plutarch. l de amor. circa fin Xiphil. in Veſp. p. 216. & ſeq. Victorius l. 18. c. 15.

Sed non obſequium planè Uxorium honeſtum eſt; alioquin Ovvenus l. Epigr. 35.

Arbitrii, pro quo jam in partes ſcinditur Orbis
Vir libertatem perdidit, Uxor habet.

Itemque Id. ibid epigr. 149.

Conjugis obſervat nutus, ut numina Quintus:
Verba putat Leges, Imperiumq; preces.

Digitized by Google

Ducit, agit miſerum, quà vult Quintina maritum,
Ut dubites, habeat, non habeatne virum.
Contra, naturam & mores, legesq; loquendi,
(Grammatici fugite hinc) hæc vir & hic mulier.

Zonar. in Arc. tom. 3. p. 32. lin. 23. & 43. Turpe Viro, imò ipſi Imperio. Ita

Imperator Arcadius tardus, juſtoq; mollior ab Uxore Eudoxia regebatur, muliercula ferocula & avarâ, quæ maritum, veluti capiſtro quovis trahebat.

Plut. in Alex. 669. H. & C. Et

ἡ βασιλεία τῇ γυναικωνίτιδι συνώρει, &c.

Iuſtin. 30. c. in. Sic

Mulieres, quæ ſuis illecebris devinctum R. Ptolomæum Philopatora tenebant, non contentæ Rege, & Regnum poſſidebant: nec quicquam in Regno ſuo minus, quàm Rex ipſe poterat,

Tacit. 11. Ann. 28. Ita quoque

hebes Claudius & uxori devinctus.

Cæterum hæc Virtus Caſtitas, vel potius Continentia, reliquis facem præbet, nec ſola eſt, ſed plerumq; reliquis comitata virtutibus, quinimò tanti eſt, ut non tantum Principes ornet & admiratione dignos reddat, ſed privatos nonnunquam ad Principatus gloriam provehat. Teſtis ſit

Iuſtin. l. 23. conf. Valer. l. 4. c. 8. Hiero Syracuſanus, qui Hieroclyto privato viro non ignobili, matre tamen ſerva natus, conſenſu omnium civium Dux Siculorum adverſus Carthaginenſes primò: dein ſuccedente fortuna & gloria rerum geſtarum Rex creatus eſt; hic formæ dignitate conſpicuus fuit, robuſto corpore, forti animo, alloquio ſuavi ac blando, & caſtis moribus, caſtigataq; vita, adeò, ut cunctis gratus acceptatusq; haberetur: hic amicus fuit Populo Romano, & quum accepiſſet cladem illatam ab Hannibale ad Thraſumenum, lacum 300000. modiorum tritici, & 200000. hordei, auri quoq; 250. pondo Romam muneri miſit!

Tam caſto & caſtigato vitæ ordine fuit itidem

Guarin. in ejus Vit. Evagoras Rex Cypri, qui, quoad vixit, neminem injuria unquam affecit, juſtumq; ſe omnibus præbuit, amicos ſemper in conſilio habuit, quamquam erat ipſe prudentiſſimus, inſtitutis omnibus documento eſſe poterat, omnia ordine modoq; ab eo agebantur, & quæ verbis promiſerat, ea ſic ſemper ex fide bona præſtabat, ut neminem unquam falleret. Non fortunæ ſucceſſu, ſed virtute vitæ gloriabatur, amicis gratus & liberalis in alios, vitia, voluptates, cupiditatesque omnes mira quâdam caſtitate coërcebat. Et cum diem jam grandior natu obiiſſet, complures optimos filios ſuperſtites ſibi reliquit, nullum tamen privatus nomine indecorum

corum, ſed alium Regni Succeſſorem, alios Duces, Imperatoresvè, alios quæſitorum regnorum compotes, filias autem Reginas.

Non mirum igitur, eccur ſolitus ſit dicere

Epictetus duo eſſe vitiorum omnium teterrima ac graviſſima, Intolerantiā & Incontinentiam: cum ad injurias, quæ ſunt ferendæ, non toleramus, neq; ferimus: aut à quibus rebus, voluptatibusque nos tenere debemus, non tenemus.

Idcirco inquit idem, A. Gell. l. 17. c. 19.

Si quis hæc duo verba cordi habeat, eaq; ſibi imperando atq; obſervando curet, is erit pleraq; impeccabilis, vitamq; vivet tranquilliſſimam. Verba 2. hæc dic:

Ἀνέχου καὶ ἀπέχου.

RUDOLPHUS I. iræ tam continens erat, ut iis, qui injuriis Eum affecerant, facilimè atq; libenter condonaret.

Cuſpin. in vita hujus Imp.

AGNES Auguſta Ejusdem ſecunda, adeò pudica & veneris fuit continens, ut oſculo excipientem Epiſcopum Spirenſ. Comitem à Leiningen, ad Cæſarem deferret: de quo Imperator: Exoſculetur alium Dei Agnum, & ſubmoveri eundem à conſpectu ſuo non ſine ſtomacho edixit.

Id. ibid. & Pantaleon. fol. 361.

MAXIMILIANUS I. inter alias dotes, corpore & omnibus membris pulcherrimus, deſcribitur: ſed eorum, quæ natura occultare voluit, ita celans, ut nemo vir aut fœmina nudum eum viderit, aut retectum. Ad lectum iturus, nec cubicularium quidem ad exuendum, deponendum, collocandumq; ſe admittebat: adeò, ut nulla virgo magis teneri pudoris fuiſſe videatur. Quid, quod teſtamento cavit, caligas & feminalia mortuo ſibi induci? ut, & tunc cura pudoris eſſet, cum jam non eſſet.

Lipſ. in monit. P. c. 17. Ex. 10.

Idem rarò inter prandia bibit, in Cœna ut plurimùm ter, atque hæc Cauſa fuit, quod valetudo illi, usque ad extremæ vitæ periodum ſemper proſpera fuit.

Exn d:tr. l. 1. c. 1. Ex. 11.

CAROLI V. interior Vita plena honeſtiſſimorum Exemplorum, continentiæ, pudicitiæ & frugalitatis.

Ita in ep. à Melancht. exarata ad Silberb.

Idem nunquam præter modum lautam habuit ſupellectilem, nunquam illi incedebantur odores illi mirifici, nusquam Menſæ conquiſitiſſimis cibis extruebantur: Niſi forte Feſtum aliquod, ſive Prin-

ci-

cipum aut Regum appulſus, aut rei agendæ ceremoniæ, ſolenneſque actus aliud exRep. faciendum ſuaderent.

Exn.d.l. Ex.9.

Cum Idem & Ferdinandus I. Auguſtæ ſimul pranſi eſſent, atque bubulæ magnum pondus mollitæ aceto & ſale conditæ appoſitum eſſet, avidiusque edentem Carolum rogare cauſam cœpiſſet, quare tum ſenſui, qui genera quibus veſcimur, maximè & voluptariè percipit, grata,& aliâs dura, & ad conficiendum, & dividendum caro inepta illi ſaperet: atque Carolus alia animo verſans, reſponſum diſtuliſſet, hicque amanter idem requiſiviſſet, dixiſſe tandem: Sibi nondum à curis ſuis perpetuis tantùm ſuperfuiſſe otii,quo hæc & ſimilia conſciſceret aut quærere potuiſſet. Illud quoq; acutè dictum ab Eod. Eſculenta & potulenta, ut probè linguæ atque guſtatui probarentur, eadem conditione ad ſtomachum ventura, atque corporum nutritionem adjutura: ideoque modicè vino utebatur, ſed commodo & optimo. Cumque aliquando à Regulo Pannonico interpellaretur, tot negociorum molem requirere pleniorem victum, quod multi eſſent mediocris civilis Status, qui fortè lautitiis æquiparent ſuis conviviis, & cum vellent ſumere liceret: Reſp. vulgarium id eſſe atque helluonum,qui cruditates alerent, atque ideo ſe ſuſtinere tot moleſtias poſſe, quia minus de ventre ſollicitus eſſet: Scire ſe, multos eſſe infimæ conditionis, qui liberalius viverent.

Id. ibid. Ex.14.

Cum idem Anno 1541. Mediolanum adventaret,fœminis Nobilibus & plebe curioſa pictam ex auro trabeam & fulgentem gemmis in capite Cæſaris Coronam expectantibus, ipſe atra in lanea veſte vilique pileolo, vultu etiam gravi, parumque hilati, Urbem illam, quæ tot annos ipſius arma ac Victorias experta & admirata fuerat, ingreſſus eſt.

Id. Ex.13.

RUDOLPHUS II. Imp. in cibo & potu abſtinentiſſimus fuit. Non enim niſi ter in prandiis & cænis bibit, unoque tantum & altero de ferculo, nec eo opiparè parato comedit, vervecina & ſuilla carne maximè delectatus eſt.

Quid amplius? fervor Calami & Animi, INVICTISSIME CÆSAR LEOPOLDE, ad MAJESTATEM VESTRAM me repentè, devoteque abripit! Ilicet autem prælaudato Friderico Imp. nullum Impp. aut Regum unquam viſum eſſe injuriam patientius ferre, feratur: Eundem tamen in eo Virtutis ſtadio ac ſtudio verum;

Digitized by Google

rum ſucceſſorem, nedum verè præcurſorem reliquiſſe, CÆS. VESTRAM MAJEST. haud invitus Ipſimet, ſi etiamnum degeret, daret. Subeat animum oportet illud admirandum, quod, cum CÆS. V. MAJEST. tot tantaque fortunæ tela, ab iis etiam, quos in ſinu & deliciis foverat, innocenter perpeſſa, ut præ illis injuriarum tempeſtatibus vix ac ne vix quidem in tuto ſubſiſtere valuerit, querula iſthæc (miſeranda ſanè!) vox faucibus hæſit:

Eccur Nobis tot injuriæ, cum tamen à Nobis nullæ nulli inferantur?

Imò magis admirandum, ob calamitatem non ſolam, dum non longè poſt Socia utriusque Fortunæ (Caſta caſtiſſima!) AUGUSTA MARGARITA, verè MARGARITA ſubitò expalluerit, vitamque cum morte commutarit! Quo tempore tragico iſtud CÆSAREO IN PECTORE LUCTUOSISSIMO Adamantinum ſedebat Decretum SUÆ MAJ. vel ad Exemplum Imp. FERD. I. legubre hoc vitæ Genus ſolùm; vel CÆS. CAR. V. dehinc ævum planè ſolitarium in locis ſolitariis deligendum; REGIO tamen ISTHOC & EGREGIO obſignato SIGILLO:

NI ORBUS IMPERATOR, ORBITATIS IMPERII ORIGO!

Aſt eccum aliam ex alia oriundam calamitatem domeſticam lacrymis majorem, claudicante & illa felicitate, in Altero THORO, Alterius AUGUSTÆ CLAUDIÆ FELICITATIS, Cujus mali Cognominis Omen bono Agnomine mixtum, anceps ſtatim præ ſe tulit augurium: eo ipſo tamen Caræ omnibus, ac deſiderandæ, quòd locum tertium in THRONO Auguſtali AUGUSTÆ, Omine Nominis quoque Triplicis feliciore mactandæ ELEONORÆ THERESIÆ MAGDALENÆ reliquerat, ne deſideraretur!

STELLÆ VIRT. TERTIÆ

RADIUS SECUNDUS.

CLEMENTIA.

SApienter ſcribit Sapientiæ & Clementiæ Doctor:

Ne forte decipiat nos ſpecioſum Clementiæ nomen, & in contrarium aliquando abducat, maximè ad verum accedemus, ſi dixerimus, CLEMENTIAM Senec. l. 2. de Clement. c. 3

TIAM ESSE MODERATIONEM ALIQUID EX MERITA AC DEBITA POENA REMITTENTEM.

Eaque differt à manſuetudine, quod

&c 4. *Clementia ſit lenitas ſuperioris ad inferiorem in conſtituendis (& remittendis) pœnis.*

Periti

huic contrariam crudelitatem, imperiti ſeveritatem putant; ſed nulla Virtus virtuti contraria eſt.

Hæc Principum ſuprema Gloria,& per quam peculiariter,ad Archetypi ſui formam quàm proximè accedere, mortalibus conceſſum eſt; nam

Vopiſc.in Aurel. c.44. *Clementia Impp. dos prima.*

Eſt quidem hæc

Sen.1. de Clem. 5. *Omnibus hominibus, ſecundùm naturam, maximè tamen decora Imperatoribus.*

Nec ullam

Id. ib. c.3. *Ex omnibus Virtutibus magis homini convenire, cum ſit nulla humanior, conſtet neceſſe eſt: Nullum tamen Clementia ex omnibus magis, quam Regem aut Principem decet. Ita n. virtutes magnis viris decori, gloriæq; ſunt, ſi illis ſalutaris patientia eſt.*

Illius quoque

magnitudo ſtabilis, fundataq; eſt, quem omnes tam ſuprà ſe eſſe, quàm pro ſe ſciunt; cujus curam excubare pro ſalute ſingulorum atq; univerſorum quotidiè experiuntur.

Hæc Virtus eorum propria eſt, qui ad gubernacula rerum ſedent, &

Plin.11.lib. hiſt. c.17. quidem magis, quàm Juſtitiæ,

Quod ipſa natura quodammodo docet, dum inter apum examina regibus aculeos detraxit: aut eorum uſuram negavit, quò minus cuiquam nocerent.

vid.Sen d.lib. c.19. Exemplar hoc magnis Regibus ingens: Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores,cum tanto hominum moderatior eſſe animus debeat, quanto vehementius nocet.

Ibid. Neque

Opus eſt extruere in altum editas arces, nec in aſcenſum arduos colles emunire, nec latera montium abſcindere, multiplicibus ſe muris, turribusq; ſepire: ſalvum Regem in aperto Clementia præſtabit. Unum eſt inexpugnabile munimentum, amor civium.

Ib.c.5.poſt.pr. Igitur,

Animus Reip. tu es, illa corpus tuum: vides, ut puto, quàm neceſſaria Clementia ſit. Tibi enim parcis, cum videris alteri parcere. Parcendum itaq; eſt etiam improbandis civibus, non aliter, quàm membris languentibus.

Adeo-

Adeoque

εἰ δέοι τι ἁμαρτεῖν τὸ ἀδίκως ἀπολῦσαι ὁσιώτερον, ἢ τὸ ἀδίκως ἀπολέσαι. Τὸ μὲν γὰρ ἁμάρτημα, τὸ δὲ ἀδίκως ἀσεβῆσαι. Antiphon ap. Stobæ; Serm. 44.

Si peccandum ſit, injuſtè perdere, melius fuerit. Illud enim quidem peccatum eſt, hoc verò impietas.

Eventibus omnis ævi crede:

Non omnia gladius conficit (magnum enim bonum is fuiſſet, ſi emendare homines ac perſuadere valeret, & ad ſuſcipiendum ſincerum amorem redigere) ſed ut corpus alicujus abolere poteſt, ita cæterorum animos à cædis authore avertit, qui cum propter ſupplicium ſumtum vindicem amare, ſed ob metum mali odiſſe ſolent! contra quibus delicti venia facta eſt, pœnitudine ducti benefactorum lædere in poſterum verentur, ſed ſpe conſequendi majora præmia eum ſuis officiis colunt. Liv. ad Auguſtum ap. Dion. l. 55. p. 644.

Hæc Caſaub. ad Lampridii Alexandrum:

Erat iſthæc ſolennis gloriatio bonorum præſidum provinciarum; quod fuiſſet eorum adminiſtratio, ἀναίμακτος, (ſine cæde & ſanguine) eſt & Principum elogium, ſec. Capitolin. ſed optimi tantùm cujusq; ut pii: ſolus omnium prope Principum prorſus ſine civili ſanguine & hoſtili, quantum ad ſeipſum pertinet, vixit. Pii ergò verè ἀναίμακτον Imperium fuit. Imperatoris autem Alexandri Imperium alio ſenſu ἀναίμακτον ac ſine ſanguine dixit: nullo ſc. reſpectu ſanguinis hoſtilis, qui multus per eum fuſus, neq; ſceleratorum, qui juſtas dederunt pœnas, ſed tantum inſontium & bonorum, è quo numero per Alexandrum periit nemo. c. 52. p. 173.

Sic Chriſtianus Doctor in ea Parte:

Scio plerosq; Gentilium gloriari ſolitos, quod incruentam de adminiſtratione provinciali ſecurim revexerint. Ambroſ. ep. 58

Incomparabile Clementiæ ſpecimen dediſſe Octavianum Auguſtum autumat Sophus noſter: Sed quid ad hæc duo Exempla penè ſupra hominem? Senec. d l. 1. c. 11. per tot.

Illius quidem viri (ita S. Script. app.)

Mitiſſimi ſuper omnes homines,

usq; eo amantis & ignoſcentis ſuorum, ut Dei iram vel hac voce ſedaret,

Dele me de libro vitæ potiùs, quàm ut hos tollas!

Quin & illius Deo & Cœlo pleni VIRI, cujus luctus in publico, & iſtæ voces:

Fili mi Abſalome, Abſalome fili mi! quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te, Abſalome fili mi, fili mi Abſalome!

Proh Superi! (ſubjicit Prodromus noſter Politicus) *ubi Orientales vos Reges, & hodie Turcici eſtis, qui Patres, Liberos, Fratres interficitis, prompti, liberèq; pro* in Mon & Ex. P. cap. 12. p. 150

Digitized by Google

Regno? Iſte Vir Div. nec inſidiatorem ſceptri & vitâ, vitâ vult exutum : & exutum veris
Sueton. c. 14. *lacrimis luget.* Præterea de Veſpaſ. communiter Tranquillus:

Neq; cade cujusquam unquam latatus eſt, juſtu ſupplicis illacrimavit etiam & ingemuit.

Clapm. arc. pol. l. 5. c. 6. Et Ludov. XII. Al. XI. à ſuis monitus, ut puniret illos, quos ſibi adverſarios eſſe intellexerat, cum adhuc eſſet Dux Aureliæ: Regiè Reſp.

Non oportere Regem Franciæ ulciſci injurias Ducis Aureliani.

Olim Hadrianus Imperator cuidam, qui ante Imperium inimicitias
Spart. in Hadr. c. 9. ſecum geſſerat: iſte occurrit trepidus: cum ſtatim Hadrianus:

Evaſiſti; perieras, ſi pares contendiſſemus: nunc Superior omitto, & patientiam meam, non niſi beneficio oſtendo.

Ovid. Triſt. Eleg. 5. Poëta verſibus aureis:

Quo quisq; eſt major, magis eſt placabilis ira,
Et faciles motus mens generoſa capit.

Id. 2. de Pon. to Eleg. 9. Et alibi Cæſarem alloquens:

Regia (crede mihi) res eſt ſuccurrere lapſis
Convenit & tanto; quantus es ipſe Viro.

Ac paulò poſt:

Hoc tecum commune Diis, quod utriq; rogati,
Supplicibus veſtris ferre ſoletis opem.

Certè

Senec. d. l. c. 17. pr. *Nullum animal moroſius eſt, nullum majore arte tractandum, quàm homo: nulli magis parcendum.*

Ibid. ſub fin. Idcircò

agat Princeps curam, non tantùm ſalutis, ſed etiam honeſtæ cicatricis. Nulli Regi gloria eſt ex ſæva animadverſione. Quis enim dubitat poſſe? At contra maxima, ſi vim ſuam continet, ſi multos iræ alienæ eripuit, neminem ſuæ impendit.

Et

Ib. c. 18. in pr. *Servis imperare moderatè, laus eſt: & in mancipio cogitandum eſt, non quantum illud impune pati poſſit, ſed quantum tibi permittat æqui boniq; natura: quæ parcere etiam captivis & pretio paratis jubet. Quantò juſtius hominibus liberis, ingenuis, honeſtis, non ut mancipiis abuti, ſed his, quos gradu antecedas, quorum tibi non tradita ſervitus, ſed tutela.*

Imperator Leo Magnus cùm aliis Virtutibus ornatus fuit, tùm Cle-
Zonar. tom. 3. p. 42. mentia imprimis; ſolebat enim dicere:

ὥσπερ ὁ ἥλιος οἷς ἐπιλάμπει, τῆς θέρμης αὐτοῦ μεταδίδωσιν, οὕτω δεῖ καὶ τὸν βασιλέα, οἷς ἂν ἐπιβλέψει οἶκτον αὐτοὺς ἀξιοῦν: Quemadmodum Sol, quibus affulſerit, iis calorem ſuum impertiri ſolet: ita etiam ab Imperatore clementiam iis tribuendam, quos aſpexerit.

Quid

Digitized by Google

Quid Græca me tenent? Rud.I. ad ſe vocat, Inclytus Ille Clementiæ
Sacerdos, Cui Clementiæ ſtatua à Baſileenſibus ſculpta,
& Baſileæ in publico collocata:
Epigraphen meruit.
D. RUDOLPHO ROM. CÆS.
S. AUG.
S.P.Q. BASIL. PP. DD.
Qui, ubi ſe Regem renunciatum
Ex his Literis intellexit,
Urbis hujus
ſibi Cognominis
Muros, Cives
Regiè, Clementer ſervavit.

Cor.XII. Cæſ.R.I.

Nam ab Eodem Baſilea obſidione cincta, præſidio firmata fuit,
Quæ in grati animi Vicem ſtatuam hanc ſtatuit.
Sedet hic Eques dexterâ Electorum ſuffragia, ſiniſtrâ ſceptrum gerens.
Illa, quod pietate meruit, hoc, quod meritò obtinuit, oſtendit.
Non ſimulatum Clementiæ ſimulacrum!

IMP. R.G. p.170.

Idem, quum poſt morum mutationem clementior ſuis fuiſſet, quàm ab initio Imperii, objurgabatur ob id, inquit: Severum & immitem me fuiſſe aliquando pœnituit, lenem & placabilem nunquam.

Alii hoc Alph.R.Arrag. adſcr.v. Æn.ſylv.2.comment.d. Reb.geſt.Alph.

ALBERTUS I. Cum Catilinaria potentiorum conjuratione excluderetur Urbe Vienna,
Eam ſtringebat amplexu ferreo, quam maluiſſet paterno.
Maluit tandem ſupereſſe Cives, quibus imperaret,
Quàm tollere, qui peccaverant, ut paucioribus coleretur.
Votum Neronis repetivit, cum toti Viennæ unam cervicem optavit;
Non quàm uno acinacis verbere diffinderet,
Sed quam ſtringeret uno complexu.

Imp.R G.p.185.

FRIDERICUS III. Joh.Gerſius Weſtph. Imperatoris Sigiſm. Protonotarius, Alberto Rom.R. fatis functo, P.P. Electores Francofurt. adiit, ac, ne Fridericum eligerent, ſuadere ſummopere conatus eſt, conficta in eum vitia multa diſſeminans, neque contentus his, cum Romam Frid. peteret, Imperiales Iuſulas ſuſcepturus, ad Nicolaum V. Pontif. Epiſtolam

Digitized by Google

exaravit, quibus, ne Fridericus coronaretur, annexus eſt, nihil tamen rerum Imperatorem latuit, hominemque cum poſſet corrigere atque interimere, paſſus eſt Viennæ vivere, patriſque frui bonis, quæ illi non mediocria fuere.

Exn. l.2. c.12.

CAROLUS V. Joh. Frid. Duc. Saxoniæ Electorem captum exacto quinquennio, ſuis Eum reſtituit, & Illi omnem offenſam remiſit. Anno 1552.

Id. Sfortiam ſupplicem in Gratiam recipit, eique Mediolanenſem Ducatum attribuit, nec pecuniæ tributum amplius imponit.

De Franciſco Rege Galliæ dicere ſolitus eſt: ſe etiamſi Galliam omnem expugnaſſet, tamen ei reddere velle, modò id exiguum, quod ſuum eſſe contenderet, ſibi relinqueret.

fuſius hac tr. Exn. d. l. ex. 28. & 32.

Cum IDEM Bononiæ Equites ex æquo inſigniret,
Soluto caſu manubrio capulus in terram effudit gemmas.
Non tamen confudit Cæſarem.
Cui clementiæ Symbolum enſis ſine capulo portendit,
utpote ad ferendum, quàm ad feriendum aptior.

Imp. R. G. p. 250.

Cum ab eodem Dux Clivenſis Guilelmus bello devictus, Illi flexis genibus ſupplex fieret, Imperator Eum ſuo Ducatui reſtituit, & in gratiam recepit.

Lamb. Dane. Aphor. pol. & Mil. p. 463.

FERDINAND. I. nuſquam vel in æſtu Victoriæ ſe
AUSTRIACUM oblitus,
Ita punivit, ut laudaretur Clementia:
Ne omnes plecteret, in paucos animadvertit.

Imp. G. p. 259.

Nec cæteri Cæſares Auſtriacos ſe eſſe ſilentio involverunt: Exemplo nobis ſit ſolummodo ſolus.

FERDINANDUS III. Quem etiam inter ferrum nihil ferreum attraxit,
MITISSIMUS IMPERATOR.
In Duce Patrem in Judice Patronum agens,
Cùm perfidiæ non poſſet, ipſis adhuc perfidis Clemens fuit:
(Placidus, Manſuetus, à quo ipſa lenitas diſcat lenis fieri.
Rupertus obſ. in Synopſ. Beſold. c. 8.)
Sereniſſimum hoc cœlum tam denſis etiam vaporibus
Nunquam in nubes aut fulmina obductum eſt;
Ipſum, infelicem eſſe, ſub FERDINANDO Felicitas erat,

Et

Digitized by Google

Et ſua Ipſius & aliena:
Quod & alios felices faceret:
Et hoc ipſum ſuam felicitatem exiſtimaret!
Imp.R.G. p.500.

SUMMUS PRINCEPS IN COMP. P.IV.

Sit Clemens, ſed cum moderatione, nam plerumque nimia Clementia eſt incitamentum ad majora facinora; cum enim ſubditi ſciunt, Principem omnia paſſim, & graviſſima: quæque ignoſcere, hac nimia ejus lenitate & remiſſione freti, eò faciliùs in ſcelera ruunt, & ſæpè contra ipſum Principem inſurgunt. Denique ſi malum non punitur, bonum opprimitur.

Ita Homeri illud & Xenophontis conveniet: Odyſſ. β. & lib. 8. pæd. & pr.

Πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν.

Ut enim Salvian. d pr. lib.6 ubi vid. Ritterſh. p. 252. & ſeq.

Infantes ac omnes ferè parvulos, quos morigeros minæ & ferula non efficiunt, interdum πάγχρυσα, atq; blanditiæ ad obedientiam trahunt.

Hoc ergo,

Quod parenti, etiam principi faciendum eſt; quem appellant patrem patriæ, Sen. d.l. c.1. *non adulatione vana adducti, cætera enim cognomina honori data ſunt; Magnos & Felices & Auguſtos dix: & ambitioſæ Majeſtati quicquid potuimus titulorum congeſſimus, illi hoc tribuentes:*

Patrem quidem Patriæ appell: ut ſciret datam ſibi poteſtatem patriam: quæ eſt temperatiſſima, liberis conſulens, ſuaq; poſt illos ponens.

Plura ſuper hac Virtute liceat: ſed pudor ſit poſt Senecam, cujus aureos libellos duos, & Principibus merito legendos, ſatis eam revelare, cum Duce ſuo ſic ſtatuente ſtatuit comes, quam ob rem

hoc affectare, hoc imitari decet: Id. c.19. ſub fin.
Maximum ita haberi, ut optimus ſemel habeatur!

STELLAE VIRT. III.
RADIUS TERTIUS
MODESTIA.

QUemadmodum Fides Juſtitiæ, ut ſic dicam, παρήλιος eſt; ita Modeſtia παρασελήνη Clementiæ, quam cum noſtro VITÆ CIVILIS DOCTORE definimus RATIONE TEMPERATUM, NEC ACTIONE EXSULTANTEM, DE SE, SUISQUE SENSUM. Quæ Virtus cum aliis adſumenda (quid enim homines ſumus? aut quamdiu ſumus?) tum vario adſpectu, principi maximè:

Nam

Nam

Philo Iud. cont. Flacc.

Ἄρχοντι λυσιτελέστατον ὁ τῦφος.

Nihil autem altum Ille plerumque præter ſe vult: hinc

Latin. Pacatius Panegyr. Theod. c. 20.

Indiſcreta felicium pediſſequa ſuperbia, vix cuique contigit, & abundare Fortuna & indigere Arrogantia.

Curt. l. 10. c. 1.

Res *ſecundæ valent commutare naturam & rarò quiſquam erga bona ſua ſatis cautus eſt.*

Neque

Id l. 8. c. 4. f.

inter obſequia Fortunæ non ſatis cauta mortalitas eſt.

Siquidem

Id. l. 4. c. 14.

fragilitatis humanæ nimia in proſperis rebus oblivio eſt.

Quare

Herodian. l. 5. poſt pr. p. 3. m.

Τὸ εὐγενὲς εἰς ὑπερηφανίαν ἐκπίπτει, καταφρονήσει τῶν ὑπηκόων ὡς πολὺ ἐλαττόνων. *Nobilitas in ſuperbiam exit, contemnendo ſibi ſubjectos, tanquam multò inferiores.*

Sed primum contra faſtum remedium ſui cognitio; nam Princeps ſupra, non extra homines eſſe meminerit; utpote

Plin. Panegyr. fol. 57.

Cui nihil ad augendum faſtigium ſupereſt, hic uno modo creſcere poteſt, ſi ſe ipſe ſubmittat, ſecurus magnitudinis ſuæ. Neq; enim ab ullo periculo fortuna principum longius abeſt, quam humilitatis.

Curt. 6. l. c. 6. pr.

Adde quod

continentia & moderatio in altiſſimâ quaq; fortunâ eminentia ſunt bona.

Succedit remedium alterum, ſuperbiæ depreſſio: igitur

Sen Herc. Fur. act. 3. 231. 383.

dominare tumidus, ſpiritus altos gere, ſequitur ſuperbos Ultor à tergo DEUS.

Idem

Liv. l. 10. d. 3. p. 638.

Simul parta & ſperata Decora unius horæ fortuna evertere poteſt.

Id. l. 10. d. 3. p. 699.

Quod ad me attinet, inquit Imperator Romanus, & *humanæ infirmitatis memini*, &

vim fortunæ reputo, & omnia quæcunq; agimus, objecta eſſe mille caſibus ſcio.

Senec. ep. 29.

Nihil inauſum eſt Fortunæ, adverſus Imperia, idem habet juris, quod adverſus Imperantes.

Id. 3. d. pa. 28.

Scilicet

Nihil tam imbelle natum eſt, quod ſine elidentis periculo pareat.

Unde emergit remedium tertiũ & cautio à Fortunâ variâ nimis & incerta: Sanè

Id. ep. 4. ferè c. med.

Neminem eò fortuna provexit, ut non tantùm illi minaretur, quantum permiſerat. Noli huic tranquillitati confidere, momento mare vertitur, eodem die, ubi luſerunt navigia, ſorbentur.

Felicitati una ſyllaba facillimè accedit

ſic.

Digitized by Google

(ſc. ut fiat infelicitas.) Id. ep. 121.

Caduca nimium hæc & fragilia, puerilibusq; conſentanea crepundiis ſunt, quæ vires atq; opes humanæ vocantur. Affluunt ſubitò: repentè dilabuntur: nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt: ſed in acerbiſſimo flatu fortunæ huc atq; illuc acta quos in ſublime extulerunt, improviſo decurſu deſtitutos profundo cladium miſerabiliter immergunt. Valer. Max. lib 6. f. conf. ejusd. lib. c. ult. ubi Exempl.

Simillimè Xenophon: Sen. Conſol. ad Marcian. c. 9. ex Publio Mimographo, & præcipuè de Tranquill. c. 11. in medio.

πάντα ἄνθρωπον δεῖ προσδοκᾶν ἅπαντα.

Quemq; hominem quæcunq; expectare convenit.

Phocylides

κοινὰ πάθη πάντων, ὁ βίος, τροχὸς, ἄστατος ὄλβος:

Communes caſus, Vita, Orbis, & inſtabilis Sors.

Quæ acciderunt, accidere poſſunt.

Ταῦτα ἄνθρωπον ὄντα προσδοκᾶν δεῖ. Liv. l. 28 c. 41. m.

Nihil non homini inexpectatum eſt. Xenoph. l. 7. ἀναβ. 322. 46

In Epitaphio Archidices legitur hoc Diſtichon;

Extulit hæc animum nunquam, Patremq;, Virumq; Thucyd. l. 6. p. 450. b.

Fratresq; & gnatos imperitare videns.

Adjicio heîc unico huic mutationis exemplo (*Confer Bodin. 2. d. Rep. 5. Avent. l. 7. p. 706.*) *Lipſiano in monit. &c. cap. XIV. Ex. XII.*

Scribit Henricus Gudelſingen Conſtantienſis in Chronicis Auſtriæ, CAROLUM Andegav. conſuluiſſe Papam Clementem (VI.) quid de CONRADINO facere deberet? Clementem autem hæc reſpondiſſe verba: Pandulf. Collenutius l. 4. in Hiſtor. R. Neapol. f. 139.

VITA CONRADINI, MORS CAROLI:
MORS CONRADINI, VITA CAROLI.

Hinc

Vera mente di Saſſo Sarebbe colui che non faſſe da un tanto crudele eſſempio commoſſo, che un Re tanto generoſo, & da tanti Cæſari derivato: let un Duca tanto Valoroſo, & amen dui gio Vinetti, fuſſero traſſati Vilmente con ſummo vituperio: & poi ſenza alcuna ragione per conſiglio di Papa Clemente Quarto de capitati. Marc. Gune. in Chronicis.

Saxeus eſſet, cujus animum tanta crudelitas non frangeret, in Regem generoſiſſimum, tot Cæſaribus ortum: inq; Ducem fortiſſimum, eosq; ambos adoleſcentes edita: qui peſſimo & infami ad omnem poſteritatem exemplo viliſſimè habiti, dein inclementiſſimo Clementis IV. Conſilio ſecuri percuſſi ſunt.

Et quidem

Itiner. 3. Nobiliſſ. German. Adoleſcentū Colon. 1602. impreſſ. p. 130.

ſupplicio affecti ſunt Neapoli in foro, quod Mercatum vocant: Ubi adhuc Sacellum inſtar Inſulæ poſitum eſt, in cujus medio eum locum, qui cruorem hauſit, ad hodiernum usq; diem madere ajunt.

Quid claudam?

Una Græcia, præſertim à Conſtantino M. tot exempla caſuum iſtorum det, ut non ſit opus alio Theatro? Quid in Italia? ab Auguſto ad eundem Conſtantinum numerantur Impp. 43. vix 10. ex iisdem ſua morte ſunt defuncti. Phraſis eſt Sueton. in Cæſ. ſic à C. Cæſ. ad Carol. usque M. circiter 30. Imperatores fuerunt interfecti: 4. verò ſibi mortem ipſi conſciverunt.

Hæc ergo ſenſum temperet Modeſtia; imò & actionem atque cultum: Illam quidem oratione preſſa. Hac de cauſa Phœbus ille ratum

Homer. Iliad. 3.

Menelaum à diſcendi brevitate commendat.

Liv. l. 343. l. a. Conf. Zvving. 3526. a.

Contra Vir ille lacteo eloquentiæ fonte manans notat

Philippum ultimum Macedonem, quod fuerit dicatior naturâ, quàm Regem deceret.

Omnis herus ſervo monoſyllabus.

Futilis igitur inutilis, qui vel cum

λαλεῖν ἄριϛος, ἀδυνατώτατος λέγειν:

Loquentiæ multum habet, nihil Eloquentiæ.

Salluſt. fragmēt. p. 109 p.

Vel cum M. Atilio Palicano:

Loquax magis eſt, quàm facundus.

Plutar. in ejus vita p. 599. D.

Hinc inter ea Chæroneus ille Philologus,

quæ Lyſandro conciliarunt authoritatem, ponit etiam τὴν βραχυλογίαν, i. e. præciſa verba.

Gregoras l. 11. c. 16. p. 388. Conf. Stobæū Serm. 34. tot. Plut. in Lycurg p. 51. E. F.

Ita

μεγίϛων ἔργων δημιουργὸς εὐφυὴς ἡ τοῦ μεγάλου Δομεϛίκου καθέϛηκε σιωπή. Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων οἱ λόγοι σκιαὶ μόνον ὑπάρχουσιν ἔργων, τῇ βλάσῃ εὐθὺς καὶ τῇ γλώττῃ συναπολλύσκοντες. Τοῦ δ' ἀνδρὸς λῆξις καὶ ἡ σιωπὴ ἔργων μεγάλων ἐϛὶν αὐθουργός.

Magnorum operum ingenioſa effectrix magni domeſtici (Imperat. Andronico Comtacazeni à Conſiliis) taciturnitas extitit. Nam aliorum quidem verba umbra tantùm ſunt operum, ſimulatq; lingua prodierint, emorientes: Viri autem hujus etiam ſilentium magnas res gerit.

Herod. l. 5. p. 199. pr.

Hunc verò non debere nimis eſſe inſolentem, nam

Καλλωπίσματα οὐκ ἀνδράσιν, ἀλλὰ θηλείαις πρέπει:

Mundiciæ mulierculis, quàm viris congruentiores.

Pulchri-

Pulchritudinis duo genera ſunt, quorum in altero Venuſtas eſt, in altero Dignitas : Venuſtatem muliebrem dicere debemus, Dignitatem virilem :

Ergo & à forma removeatur omnis viro non dignus ornatus. Sic

Viriatus Dux Hiſpanorum eâ præditus fuit Virtute, continentiaq́, ut magnis rebus geſtis, non armorum, non veſtis cultum, non deniq́ victum mutaverit, ſed in eo habitu, quo primùm bellare cœpit, perſeveraverit, ut quivis gregarius miles pro Imperatore opulentior videretur : Iuſt. 44. cap. 2. f.

Itemque

Ageſilaus Spartâ dignus Rex adventum Pharrabazi delicatuli præſtolabatur.
Plutarch. in ejus vita p. 602. conf. p. 616. It. Athenæ. l. 14. c. 4. p. 616. d.

Quare vetus illud nondum me fefellit:

Pleriq́ quærunt famam, pauci interpretantur. Tac. Agric. c. 40. l. 1. hiſtor. c. 7. in f.

Sic

Otho non ſegnis aut corruptus luxu, ſed lorica ferrea uſus & ante ſigna pedeſter, horridus, incomptus, famaq́ diſſimilis. Id. 2. Hiſt. 11.

Et

LUDOVICUS XI. Rex Galliæ, ut aliorum Principum proculcaret Magnificentiam, cultu ac veſtitu ſordidiſſimo utebatur : pileo præpingui, imagunculis & cochleis ſqualenti, veſte lanea viliſſimi pretii ac tetrici coloris. Extant enim publicis rationibus duo capita, quorum altero 20. aſſes expenſi feruntur, ut thoraci regis brachialia nova conſuerentur : altero denarii 15. ut axungiâ ocreæ regales inungerentur &c. Bodin. 6. d. Rep. 2. p. 677. d. Petrus Primandayn, l. 1. Acad. Franc. c. 42.

Planè diverſus ab his Macrinus : ut & Diſpares Impp. Græcorum : Vid. Herod. l. 5. p. 112. f.

Imagines enim extant, ſine riſu non aſpicienda, quas quoq́ (legatur modò N. Choniates de Alexii Commeni Imperio) luxus & delicia ad cultum vix virilem traduxerunt! Conſul. Nicet. l. 1. f. p. 235. & M Cruſ. Ann. part. 2. l. 12. c. 4.

Contra RUDOLPH. I. quoad Modeſtiam in cultu, qui nihil à plebejo differebat, isque non tantùm privatim, ſed & publicè idem erat : quemadmodum refert de eodem Lipſius. Elegantiſſima duo Exempla collegit ex Alberto Argentinenſi in *Chron. Cuſpin. in Rud. Geneal. Auſtr. l. 1. c. 1.* ut & Wolffgang Lazio *Genealog. Auſt. Comment. l. 1. c. 11.* in Mon. & Ex. Pol. c. 15. Ex. V. & VI.

ALBERTO I. fulminato P. Bonifacio anathemate Rege Galliæ Regnum obtulit.

Sed ut ſui Cuſtos Regni, ita alieni minimum avidus,
Contemnere potuit, quod haberi licuit.

Hic certè magnus eſt animus, non qui magnis, ut fulcris nititur :

Sed qui ſublimia , quæque ſe ipſo reputat inferiora.
Vecors ſæpè excelſa tenuit.

Imp. R. G. V. V. pag. 186.

ALBERTUS II. cum felicitatem ad Coronam procurrentem inſequi ſatis non poſſet,
Coronas ipſas ad eundem deferri neceſſe fuerit:
Miſſas à VII Viratu Imperii Legatis,
Qui ALBERTUM Neo-Cæſarem ſalutarent.
Quod, cum onus ille primum detrectaret, memorandum
Exemplum orbi dedit:
Fuiſſe hominem,
Qui fortunæ gratiam fecerit,
Quod pateretur ſe felicem fieri.

in Cor. XII. Caſ. R. 4.

FRIDERICUS IV. Imperii molem ne declinaret, rogari debuit,
Jam prius & propriæ Virtutis & Germaniæ totius
ſuffragio ſubrogatus
Reſtiterit utcunque Germaniæ Votis FRIDERICUS:
Refragari tamen precibus non potuit
Non tàm præeſſe, quàm prodeſſe deſiderans,
Subjecit humeros oneri.
Vel inde cenſeas dignitate maxima ſublimiorem FRIDERICUM,
Quod, ut adiret Imperium,
In preces ſupplicantis Germaniæ deſcenderit.

Imp. R. G. p. 235.

MAXIMILIANUS I. pluribus diebus ante mortem nil niſi MAXIMILIANUS appellari voluit. Quod imitatus CAROLUS V. ejus Nepos, cum raro & miro Exemplo Imperio ſe ultrò abdicaſſet, & in Filium jam validum ævi & animi, curas contuliſſet.

plura leg. ap. Lipſ. d. tr. c. 14. Ex. 6. & 5.

Idem CAROLUS in omni vita modicus, vel potiùs tenuis in cultu fuit: quod notarunt Itali, & aut mirati, aut calumniati ſunt, in primo ejus & ſolenni ingreſſu Mediolanum, Inſubrum Urbem. Cives novo Domino omnia inſtruxerant, plateas aulæis, tabulis frondibus, ſeſe quiſque veſtibus exornaverat: Umbella aurea parata, quæ ingredientem tegeret. Cum ille & Imperator & non ſemel Rex & Princeps, in laneâ atrâ penulâ, & vili pileolo ſub eam ſe dedit.

vid fuſius Exn. l. 9. c. 10.

FERDINANDUS I. cum mortem ſibi vicinam perſentiſceret, Principis,

cipis, Regis, Cæſaris Titulos abhorrens ſolo juſſit FERDINANDI nomine ſe compellari. Nihil ſe præſtare cæteris apud Deum aſſeruit: Mortem æquare omnes, atque judicium eſſe conditionis mortalis, ſecuturæque lætitiæ, hanc inter quietem.

Id. l. 6. c. 33.

MAXIMILIANO II. Tiaram plurium capacem evocabant etiam Poloni,
Sed intemperante fortunæ obſequio temperanter uſus,
Deſiderari maluit, quam venire:
Cautè felix, parcè ambitioſus, ſatis habuit meruiſſe:
Si par capacitati fuiſſet ambitio,
Nullum non veniſſet in Auguſtum hunc verticem Diadema.

Imp. R. G. p. 264.

RUDOLPHUS II. aures habuit, quæ Principem decent, apertas omnibus,
Aditus nunquam occluſos.
Ingreſſæ per aurem calamitates illicò animum occupabant,
Nemo acceſſit miſer, qui non rediret felicior.
Ubi degebat bona Fortuna, habitare credebatur.
Hinc quoque Aulam ſuam transferebat.
Quaſi ad felicitatis mercatum populi omnes confluebant.

Id. p. 273. cum ſeq.

MATTHIÆ I. Frons, oculi, vultus, geſtus, tota corporis compoſitio,
Muta quadam commendatione animum loquebantur,
ut dubium faceret,
Magisne ſe pectus mentibus, an aſpectibus vultus inſinuaret?
Maluit cives ſuos amicos eſſe, quàm ſervos.
Metus & terrores, infirma Imperii vincula dicebat:
Quæ ubi removeris. qui timere deſierint, odiſſe incipiunt.
Auſtriaca amabilitate totum rapuit Imperium.

Id. p. 283.

FERDINANDUS II. Subducta cenſebant alii Auſtriacæ Stirpi Majeſtatis præſidia;
Ille erogando fundari magis exiſtimans ajebat:
Deum ſuo arbitratu ac voluntate Imperia diſpenſare,
Nec humanis ad hoc opibus aut potentia indigere.
Cæterum officium Principis, officium eſſe Patris,
Tàm auguſtum & ſuave nomen ſolà largitate ſuſtineri

Id. p. 293. conf. Lamorm. de ejus Virtutib. c. 6. p. 29.

FERDINANDUS III. Cuſtos & Conſervator & Propagator Imperii, cognomento Pacificus, Optimus-Maximus Principum Princeps: quàm gratioſus Pacis factæ Nuntius apud Imperatorem fuerit, illuſtris Dn. Ranfftius, exercitatiſſimi Legionis Veteranæ pugnaciſſimæ Ductor; Dona teſtantur: Annulus Imperatoris digito detractus &c. eximiis virtutibus adeò explenduit, quaſi cæteras non haberet, charus omnibus ac deſiderandus!

Rupert. d. tr. in ſupplem. p. 718.

LEOPOLDO PRIMO Imperatore Auguſtiſſimo Noribergæ per publicum ingrediente, liberum erat ſubſiſtere, occurrere, comitari, præterire, & limina Templorum pariter ac arcis inſidere, ad illius ingreſſum foribus recluſis: profectò copiam ſui, non ut imputaret, fecit. Placebat populo, placebat per apertas fores & invitantia limina (ceu ſolet) irrumpenti; quod Imperator non reverentiam terrore, ſed amorem humanitate captaret: Humanitate, inquam, prorſus admiranda; quâ tamen nihil Majeſtati detrahebatur. Quem honorem artibus ac ſtudiis, quàm dignationem Bibliothecæ publicæ habuit!

Prolix. Præalleg. Rup. d. l. ſub fin

PARS

Digitized by Google

PARS ALTERA

CYNOSURÆ AUGUSTI ET AUGUSTÆ DE UNICA VIRTUTIS STELLA *PRUDENTIA.*

POſt illam Virtutum in Auguſti vel Principis vita efful-gentium trinitatem, unica Prudentiæ in Actionibus ipſius elu-cens Stella iſthac parte tanquam cœlo Comico admodum ne-ceſſaria eſſe Auguſto, atque iis, qui in Repub. verſantur,

prudentiâ Duce & Auſpice Deo; 1, Paralip. 22, 12. Luc. 1, 17.

per tubum quaſi diopticum conſpicitur.

Rectè Theoſophus ille vetus: Ambroſ. ſuper Ezech. part. 2. homil. 2.

Menſuretur perfectorum fidelium vita per quadrum; & tantum habet ſpiritualis atrii latus unum, quantum latera ſingula: quia unusquisq; tantum prudens eſt, quantum temperans, fortis & juſtus: tantum temperans, quantum prudens, juſtus & fortis.

Idemque alibi: in lib. 2. Moral.

Virtutes, Prudentia, Temperantia, Fortitudo, Juſtitia, quando perfectæ ſunt ſingulæ, tunc ſibi ſunt conjunctæ, disjunctæ autem perfectæ eſſe nequaquam poſſunt: quia nec prudentia vera eſt, quæ juſta & temperans & fortis non eſt; nec temperantia perfecta, quæ fortis, juſta & prudens non eſt, &c.

Director & Mater illa Virtutum cæterarum, Regula humanæ felici-tatis, & diva Jovis vertice nata Sophia, cui omnia ſecula ſerviunt. Illa ma-giſtra vitæ, quæ tota vertitur in memoria præteritorum, intelligentia præ-ſentium, Prudentiæ commendat. in S. S. disqu. Prov. 2. 3. 6. 1.

ſentium, providentia futurorum: Sacer Ille oculus animæ * (in Sceptro
Ambroſ. l. 29. Moral. Regio ab Ægyptiis hieroglyphicè deſignatus) & magna divinæ mentis expreſſio, quâ imus in abdita conſiliorum, per quam peragramus Orbem, & omnia providentes Secula, per tot actionum humanarum fluxus reciprocantia, ſuperfuſas futuro tenebras diſpellentes, prudenter providemus, quæ publicè privatimque vitanda aut appetenda, quæ ex uſu ſunt, ad vitam benè beatèque degendam proſpicimus.

* NB. Prudens ſimilis eſt animalibus iſtis propheticis, quæ plena fuerunt oculis. Ezech. I.

Quæ nihil aliud eſt, quàm *notitia rerum, eventuumq;, & judicium in iis rectum*
Ariſt. 4. Eth. 5. *ut intelligere & deligere norit res, quæ foras, domiq; appetendæ aut fugiendæ, atq; ea, quæ ſibi, queq; aliis conducunt diſpicere poſſit.*

Prudentiæ quidem duplex genus:

vid. Dithmar. Pol. p. 299. *Unum Heroicum, alterum commune;*

Prov. 16, 10. *Illud tamen in Principe optatur: Hoc ut plurimum eis contingit. Quamquam*

3. Reg. 3, 16. *& interdum vis illa ςοχαςικὴ illis inſit, qua de oculis natura communis verum judicium in rebus dubiis ferre poſſint. Qualis fuit in Salomone, Claudio, Galba, Imperatore Carolo M.*

Liv. l. 3. c. 62. f. Eſt verò Prudentia viribus conjungenda, nam *conſilio vires adjuvantur.*

L. 2. p. 111. Apud Thucyd. *Theſeus fuiſſe dicitur*, μετὰ τοῦ συνετοῦ καὶ δυνατὸς: *Prudens juxta & potens.*

Darius ap. Curt. l. 4. f. 136. p. Ariſt. l. 1. de Cœlo t. 15. it. l. 2. de Cœlo t. 18. Regia vox eſt:

Nihil poteſt eſſe diuturnum, cui non ſubeſt ratio:
Nullum violentum poteſt eſſe diuturnum:
ne dum perpetuum.

Nonnulli veterum Prudentiam propter excellentiam, ipſam ſapien-
vid. Patrit. d. Regn. l. 6. tit. 7. tiam appellaverunt; ſed communis Philoſophorum opinio eſt:

Sapientiam unam in ſe virtutes omnes complecti: ſed prudentiæ munus principaliter in delectu bonorum & malorum verſatur.

Nonius ex Titinio. Porrò

Sapientiâ Gubernator navim torquet, non valentiâ.

in Rheſo. act. 1. (p. 390. f.) Apud Eurip. Æneas inquit ad Hectorem:

εἴθ' ἦσθ' ἀνὴρ εὔβουλος, ὡς δρᾶσαι χερί.

Utinam tam conſilio polleres, quàm promptus es manu.

Philoſtrati in imag. Quô pertinent illa verba:

Græci vocabant Hectorem quidem manum Trojanorum, Æneam verò mentem, dicebantq;, Æneam mente & prudentia præditum, plus ſibi negotii exhibere, quàm furentem Hectorem.

Adrian. Iun. Emblem. XIII. Hinc ſumptum Emblema, quô *depingitur geminum Mercurii ſimulachrum, alterum juventa florentis, alterum maturo ſenio venerandi, & quod adminiſtraturus*

Remp.

Digitized by Google

Remp. conjuncta cum prudentia fortitudinem habere debet: quaſi alterum inutile ſit, abſq; alterius ope.

Itaque Inſcriptio Emblemati bellè convenit:

Prudentia cum robore conjuncta.

Nec non inſcripti verſiculi:

Viribus Gyllenicus integris ſtat, junctus cum ſenio gravi
Robur invictum eſt, ſapientiam vi
Firmes, qua ſine concidit.

Imperium alioqui in homines durum, utpote, qui naturâ refractarii: Nazianz. in Apologet.

Revera mihi videtur eſſe ars artium, & diſciplina diſciplinarum, hominem regere, qui certè eſt inter omnes animantes maximè & moribus varius, & voluntate diverſus.

Ideò Prudentiâ opus, quæ ipſis etiam viribus præſtantior: Et certè *auſpiciis bello ac pace domi, militiaq; omnia geri, quis eſt, qui ignoret?* Liv. l. 6. c. 41.

Γνώμῃ καὶ φρονήματι, καὶ ἀνδρείᾳ ψυχῆς τὰ πολλὰ τῶν πραγμάτων ἀλλ' οὐ τῷ πλήθει τῶν ὑπαρχόντων κρίνεται. Gregoras. l. 8 c. 20 p. 234. C

Conſilio, Prudentia, viribus animi pleraq; res, non autem rerum copiâ ponderantur.

Abſurdum videbatur Socrati, *cum artes ſedentarias nemo profiteatur abſq; dedecore, qui eas non didicerit, neq; quicquam ſcrinium faciendum liceat ei, qui rudis ſit ejus opificii; ad publicos Magiſtratus admitti, qui nunquam dederunt operam diſciplinis, ſine quibus nemo poteſt rectè Magiſtratum gerere. Quas non didicerunt artes, recuſant omnes exercere: imperare, quæ eſt ars artium, omniumq; difficillima, nemo recuſat.* Eraſm. Apophtheg. p. 90. m.

Cui Calculum addit Atticus Orator: Cic. ad Attic. l. 7. ep. 25.

Ars difficilis eſt, rectè Remp. gerere.

Eſtque Imperatorium Elogium:

Nihil difficilius, quàm benè imperare:

(Dioclet. & Aurelian. v. Vopiſc. c. 43.)

ὑπερμέγεθες ἔργον τὸ καλῶς ἄρχειν. Xenoph. pæd.

Nam

Multa cura ſummo Imperio ineſt: multi ingentes labores.

(Tac. 1. Ann. 11. m. Salluſt. Fragm. in Orat. Catilin.)

Quin etiam adpono: D. Chryſoſt. epiſt. ad Cor. Serm. 15.

Imperare ars eſt, & non ſolum dignitas: imò eſt ars artium, & omnium ſumma.

Etiam ipſa Fortuna Prudentiæ ſubjecta: Cic. in Paradox. & Plaut. Trin. act. 2. ſc. 2. v. 85.

Nec eſt ulla res, quæ plus apud ſapientem polleat, quàm ipſius Voluntas atq; Judicium, cui quidem etiam, quæ vim habere maximam dicitur, Fortuna ipſa cedit, ſicut ſapiens Poëta dixit:

Suis ea cuiq; fingitur moribus.

Digitized by Google

Appius in Salluſt. ad Cæſ. Orat.

Et res docuit, id verum eſſe, quod in Carminibus Appius ait:

Fabrum eſſe ſuæ quemq; fortunæ.

è Carmiadis lib. Telaſ.

Et Fulgentius citat hoc:

Πᾶσα τύχη ἄισθησιν φρονῦντος κατοικεῖ.

Omnis fortuna in ſenſu Sapientis habitat.

Sophocl. Ant. v. 1256.

Contra

ἀβελία μέγιςον ἀνδρὶ προσκεῖται κακόν.

RUDOLPHI I. Prudentia, præprimis Δικαςικὴ commendatur, quando nimirum mirabiliter & memorabiliter judicavit de ſacculo cum 200. libris, quod plenius refert noſter P. Prud. Doctor.

Lipſ. in Monit. l. 2. c. 9. p. 135.

In ejusdem Electione Elector Moguntinus comprobavit idem Votum Friderici Sapientis Electoris Saxonici: *Sapientiam ſc. divitiis & potentiæ præferendam aſſerens:*

Buxtorff. ad A. B. concl. 30. conf. Kirchn. d. Rep. diſp. 4. th. 3.

ALBERTUS I. quamvis Monoculus ob acrimoniam poculi ven. eſſet Imperator,

Et colorem mortis, quam evaſerat, ſervaret in vultu;
Attamen, neque inde vidit, nec minus vixit:
Providus ſemper in futura &c.

I. R. G. pag. 188.

D. D. Wagn. I. H. L. 7. c. 8.

AUGUSTA ELISABETHA acuti erat ingenii, quæ mineram Salis, ejusq; faciendi uſum invenit in Hallis propè Gmünden/ in Superiori Auſtria.

FRIDERICUS III. prudentia naturali præditus erat inſigni, & providentia omnes homines ſui Seculi antecellebat, &c.

Exn. d. tr. l. 7. c. 49. n. 15.

H. Mutius. l. 28. f. 320.

ALBERTO II. animus erat erga Remp. bonus; peritia multarum rerum; facultas, qua poterat; & fortitudo animi ac corporis, qua pollebat, & gaudebat exequi Reip. neceſſaria.

Et quamvis *Idem* manibus & pedibus æger eſſet, cum tamen poſt Parentis obitum, relicta functione Eccleſiaſtica (nam fuerat Patavienſis Eccleſiæ Canonicus) Provincias prudentiſſimè gubernaret, cognomento SAPIENS appellatus eſt.

Exn. d. loc. num. 14.

FRIDERICUS IV. Prudens Cunctator d. Fabio ſimilior, quàm Scipioni, qua cunctatione plura peregit, quàm alii feſtinatione, quò collimat illa alluſio metrica:

Ocia, quàm bellum, per totum maluit ævum,
Conveniens factis, hinc quoq; nomen habet.

Imperio enim tanta Prudentia præfuit, ut 53. annis perpetuis, quibus rerum potiebatur, ſumma Pax & otium fuerit.

Dreſſer.

Digitized by Google

Dreſſer. fol. 420. confer Burgold. N. R. J. p. 1. diſ. 12. Exn. d. l. 7. d. c. 49. n. 8.

MAXIMILIANUS I. Alter Janus
Futura longè providens,
Præterita ſagaci mente reſpiciens,
Ex utriſq; vivum Prudentiæ ſe formavit Oraculum.
I. R. G. p. 140. cum ſe
Veterum indefeſſus inveſtigator geſtorum,
E ruderibus Antiquitatis
Reconditos eruens Sapientiæ Theſauros,
Novam ſibi rectè vivendi fabricam etexit:
Cum omnium (*add. Linguar. quoq; variar. vid. Carpz. d. Leg. Reg. q. c. 10. ſect. 4. n. 22. cum ſeq.*)
eſſet amicus Scientiarum,
Unam tamen delicioſius amabat Veritatis Magiſtram,
Hiſtoriam
Primus illuſtrium Germaniæ Familiarum Genealogiam inveſtigavit,
Adeò rerum abditarum avidus,
Ut è monumentis Antiquitatis
In lucem educeret jam pridem cineratos.

CAROLUM IV. magnitudo ſtatim rerum & Imperii tenerum adhuc à Studiis abduxit: Etſi amorem tamen & reverentiam non excuſſit. Ac quondam cum Genuæ Oratorem aliquem audiſſet Latinè dicentem, nec plenè ſatis cepiſſet, triſti & ingenuo ore confeſſus: *Dare ſe nunc puerilis incuriæ pœnas, & præſagum Hadrianum Præceptorem fuiſſe, qui hanc pœnitentiam ei prædixiſſet.*
P. Iovius in Vita Hadr. VI. Pont.

Idem delectatus eſt toto vitæ tempore Imaginibus virtutum Regiarum à Sole & Luna, & motibus Siderum ſumptis.
Exn. d. l. n. 17.

FERDINADUS I. cum Conſorte Thalami
MARIA CAR. V. Sorore, nulli Bonorum & Prudentum Principum Secundus.
v. Thuan. Hiſt. lib. 36.

Ejuſdem Prudentia in componenda Republ. inde elucet, quòd Germaniæ Numa, poſt Bellatorem CAROLUM Ornamenta Pacis rectè ordinaverit, nervoſq; gubernationis confirmaverit.
Burgold. N. R. J. p. 1. diſc. 1.

MAXIMILIANUS II. cognomentum Prudentis ex Symbol. DEUS PROVIDEBIT, opere ipſo declarantis, tulit.

Digitized by Google

Appius in Salluſt. ad Cæſ. Orat. Et res docuit, id verum eſſe, quod in Carminibus Appius ait:

Fabrum eſſe ſuæ quemq; fortunæ.

è Carniadis lib. Teleſ. Et Fulgentius citat hoc:

Πᾶσα τύχη αἰσθησιν φρονοῦντος κατοικεῖ.

Omnis fortuna in ſenſu Sapientis habitat.

Sophocl. Ant. v. 1256. Contra

ἀβουλία μέγιστον ἀνδρὶ προσκεῖται κακόν.

RUDOLPHI I. Prudentia, præprimis Δικαστικὴ commendatur, quando nimirum mirabiliter & memorabiliter judicavit de ſacculo cum 200. libris, quod plenius refert noſter P. Prud. Doctor.

Lipſ. in Monit. l. 2. c. 9. p. 135. *In ejusdem Electione* Elector Moguntinus comprobavit idem Votum Friderici Sapientis Electoris Saxonici: *Sapientiam ſc. divitiis & potentia præferendam afferens:*

Buxtorff. ad A. B. concl. 30. conf. Kirchn. d. Rep. diſp. 4. th. 3. ALBERTUS I. quamvis Monoculus ob acrimoniam poculi ven. eſſet Imperator,

Et colorem mortis, quam evaſerat, ſervaret in vultu;

Attamen, neque inde vidit, nec minus vixit:

Providus ſemper in futura &c.

I. R. G. pag. 188.

D. D. Wagn. I. H. L. 7. c. 8. AUGUSTA ELISABETHA acuti erat ingenii, quæ mineram Salis, ejusq; faciendi uſum invenit in Hallis propè Gmünden/ in Superiori Auſtria.

FRIDERICUS III. prudentia naturali præditus erat inſigni, & providentia omnes homines ſui Seculi antecellebat, &c.

Exn. d. tr. l. 7. c. 49. n. 15.

H. Mutius. l. 28. f. 320. ALBERTO II. animus erat erga Remp. bonus; peritia multarum rerum; facultas, qua poterat; & fortitudo animi ac corporis, qua pollebat, & gaudebat exequi Reip. neceſſaria.

Et quamvis *Idem* manibus & pedibus æger eſſet, cum tamen poſt Parentis obitum, relicta functione Eccleſiaſtica (nam fuerat Patavienſis Eccleſiæ Canonicus) Provincias prudentiſſimè gubernaret, cognomento SAPIENS appellatus eſt.

Exn. d. loc. num. 14.

FRIDERICUS IV. Prudens Cunctator d. Fabio ſimilior, quàm Scipioni, qua cunctatione plura peregit, quàm alii feſtinatione, què collimat illa alluſio metrica:

Otia, quàm bellum, per totum maluit ævum,

Conveniens factis, hinc quoq; nomen habet.

Imperio enim tanta Prudentia præfuit, ut 53. annis perpetuis, quibus rerum potiebatur, ſumma Pax & otium fuerit.

Dreſſer.

Digitized by Google

Dreſſer. fol. 420. *confer Burgold. N. R. J. p.* 1. *diſ.* 12. *Exn. d. l.* 7. *d. c.* 49. *n.* 8.

MAXIMILIANUS I. Alter Janus
Futura longè providens,
Præterita ſagaci mente reſpiciens,
Ex utriſq; vivum Prudentiæ ſe formavit Oraculum.
I. R. G. p. 240. *cum ſe*
Veterum indefeſſus inveſtigator geſtorum,
E ruderibus Antiquitatis
Reconditos eruens Sapientiæ Theſauros,
Novam ſibi rectè vivendi fabricam erexit:
Cum omnium (*add. Linguar. quoq; variar. vid. Carpz. d. Leg. Reg. q. c.* 10. *ſect.* 4. *n.* 22. *cum ſeq.*)
eſſet amicus Scientiarum,
Unam tamen delicioſius amabat Veritatis Magiſtram,
Hiſtoriam
Primus illuſtrium Germaniæ Familiarum Genealogiam inveſtigavit,
Adeò rerum abditarum avidus,
Ut è monumentis Antiquitatis
In lucem educeret jam pridem cineratos.

CAROLUM IV. magnitudo ſtatim rerum & Imperii tenerum adhuc à Studiis abduxit: Etſi amorem tamen & reverentiam non excuſſit. Ac quondam cum Genuæ Oratorem aliquem audiſſet Latinè dicentem, nec plenè ſatis cepiſſet, triſti & ingenuo ore confeſſus: *Dare ſe nunc puerilis incuriæ pœnas, & præſagum Hadrianum Præceptorem fuiſſe, qui hanc pœnitentiam ei prædixiſſet.*

P. Iovius in Vita Hadr. VI. Pont.

Idem delectatus eſt toto vitæ tempore Imaginibus virtutum Regiarum à Sole & Luna, & motibus Siderum ſumptis.

Exn. d. l. n. 17.

FERDINADUS I. cum Conſorte Thalami MARIA CAR. V. Sorore, nulli Bonorum & Prudentum Principum Secundus.

v. Thuan. Hiſt. lib. 36.

Ejusdem Prudentia in componenda Republ. inde elucet, quòd Germaniæ Numa, poſt Bellatorem CAROLUM Ornamenta Pacis rectè ordinaverit, nervoſq; gubernationis confirmaverit.

Burgold. N. R. J. p. 1. *diſc.* 1.

MAXIMILIANUS II. cognomentum Prudentis ex Symbol. DEUS PROVIDEBIT, opere ipſo declarantis, tulit.

Digitized by Google

Sic Aulam ſuam Univerſitatem artium fecit,
Ipſe Linguarum Univerſitas.
Illi multi impares, qui multis par.
Cum omnibus audebat loqui, cum ipſo pauci poterant.
Oſor otii, etiam officinam eſſe juſſit Aulam ſuam.
Conſilia Experientia roborantur,
Hæc abſq; labore non eſt.

Cor. XII. Caſ.

Militiæ gubernatio eſt Civilis Prudentiæ Eruditio:
Fortis MAX. Prudentis, Felicis ac Moderati
Nomina conſecutus.
In publicis Imperii Comitiis Ratisbonæ,
Cor Germaniæ, Oculus Mundi, eſt appellatus.
At quia oculos cerebro, cerebrum cordi, cor linguæ alligavit natura,
Oculus & cor cum eſſet, etiam linguæ officium ſuſcepit,
Hac vel maximè Principum cordibus imperavit,
Gallicano Herculi invidendus!
VIII. Idiomatum cultiſſima Siren unius linguæ inſidebat;
Quâ quæcunque illaberetur in aures, deſcendebat in corda.
Exterorum Principum Oratoribus Oraculum viſus eſt
Cum ſingulorum ſingulis redderet idiomata,
Omnium Omnibus.
Cum autem tot linguis loqueretur, ne quidem bilinguis fuit:
Et quod miraculum eſt, in verbo non offendit:
Imò nec læſus læſit.

I. R. G. p. 268.

RUDOLPHO II. ad Clavum ſedente jam ſtare ſe quisque arbitrabatur.
Quod ſibi nomen à ſummis & imis vendicaverat
Prudentiſſimi Imperatoris,
Et Conſiliorum etiam gravitate ſuſtinuit,
Divinæ quiddam in RUDOLPHO Prudentiæ quoque ſuſpexeris.
Ejusdem prima fuit cura, ut DEUM læſum vindicaret,
Prudentia humana in toga mitis & pacifica,
in Sago fortis & bellicoſa.
Ingreſſus Mathematicis obſervationibus cœlorum arcana,
Inferioris mundi ad normam ſuperioris gubernandi rationem accepit,
Solem ſe meditabatur;
Qui, cum cæteri exerrent Planetæ, Idem ſit:
Nec curſum, nec lucem variet, quantævis nubes occurſent.

Id. p. 274. Ipſa

Digitized by Google

Ipse, inter IX. Fratres, veluti totidem Muſas,
Decimus, velut Apollo, natus eſt Præſes Sapientiæ.
Primogenitus Idem in tot Fratribus,
Dividebatur Unus in Omnes,
Colligebantur Omnes in Uno.
Inter VI. Sorores, veluti totidem Planetas Ipſe Septimus,
Veluti Solaris lampas, diem incepit in animo ſuo:
Atque ut Soli eſſet ſimilior, nocti erat inimiciſſimus.

Cor. XII. Cæſ.

MATTHIAS amplioris Spei, quàm Gloriæ Auguſtus, tamen Prudentiæ ſingularis haud inglorius, quâ quippe
Major erat Patriæ concordi lumine major!

FERDINANDUS II. in aula Guilielmi Bavariæ Ducis Adoleſcens verſatus,
Magiſteria Politicæ accipiens,
Ad Solium præparandus, ex quo Mundum gubernaret,
Priùs illud inſcendit, ex quo Muſis imperet:
Rector enim Ingolſtadienſis Academiæ dictus,
Cum Sapientiam venaretur avidius,
Duo præſtitit Orbi Salutaria:
Alterum, quod Exulem veritatem aulæ Privilegio donaverit;
Alterum, quòd ſuæ abjectionis tenebris evoluta Philoſophia,
Spem conceperit.
Sub Cæſarea Majeſtatis Purpura radiandi!

I. R. G. p. 286.

Tacebo hîc alia, at illa ſolum indigito Magnifica Prudentiæ Elogia, quibus ELEONORA MANTUANA, Sereniſſimi hujus IMPERATORIS Conjux, latè ab aliis quoq; proſecuta fuit.

FRIDERICUS III. omnem ætatem & ſapientiam Oraculis,
Aut virtutis prodigiis implevit,
Tenui adhuc in corpore ampliſſimi jam animi,
Non unius ſolùm regendi populi, non unius diſcendæ ſcientiæ capax,
Plurium idioma gentium,
Omnium Scientiarum gloriam ſuam fecit,
Omnes Laureos Cæſareo Diademati miſcuit,
Eloquentiam Mercurius, Phœbus modos.
Omnes Scientias Muſæ, totam Sapientiam Pallas huc contulerunt.
Tot gravidum Minervis Caput,
Plurium brevi Coronamq; capax, tam dignum fuit.

Id. pag. 297. cum ſeq.

Digitized by Google

LEOPOLDUS SEMPER AUGUSTUS, Imperii Sol, S. PRINCEPS, & Literatus, & Literatorum Mæcenas, ſub Cujus ergo CONSILIO & INDUSTRIA AUCTOR & STATOR Imperii Germanici, illud ab omnibus hoſtibus, imprimis qui inter eos nominis Chriſtiani hæreditarius eſt, clementiſſimè protegat atq; conſervet, Matrimonium AUGUSTÆ, ad omnia alta natæ avertendosq; novos Germaniæ motûs, MASCULA PROLE beatū reddat, ut, quamdiu mortalis erit, nihil ex Domo AUGUSTA mortale amplius ſentiat, Affiictiſſimæq; Alemanniæ ſalutaribus fomentis medeatur.

In TE capacis vividus ingenî
Efflammat ignis, grandibus indoles
Matura rebus, pectus audax,
Nec pavidum ſimulachra belli
Perrumpere armis; Vaſta potentiæ
Vis ſuſtinendæ; Conſilium grave,
Induſtria acris, Mensque prudens,
Et ſapiens animi Theatrum

I. R. G. p. 315.

Ut Sol in ſummo faſtigio tardiſſimè movetur, nec alius inopi, quàm locupleti ſplendet; Sic AUSTRIACOS PRINCIPES in ſummum Imperii Faſtigium evectos, non præcipitare conſilia, ſed circumſpectè & cunctanter agere, & lucem Juſtitiæ ac Clementiæ Suæ ſummis ac infimis præbere decet!

Exn. d. tr. l. 7. c. 49, n. 17.

RADIUS PRIMUS
PRUDENTIAE PARENTES.

HUnc Virtutum Epilogum tria pariunt: NATURA, USUS, & MEMORIA. *Natura multum poteſt, & ab ea ſola, aut certè levibus aliis auxiliis provecti quidam operæ pretium fecerunt. Sed Uſus ſi acceſſerit, etiam mediocris Natura attollitur, & in conſiliis actionibusq; ſe probat.* (Lipſ. Mon. & Ex. p. c. 8.)

Ita Hodegeta noſter Politicus,

Uſum illum intelligo, NOTITIAM HUMANARUM RERUM EX VISU VEL TRACTATU: qui haud paulò firmior; igitur Jure Pater: per ſua enim pericula diſcit, & pleriſq; eventibus ipſe adeſt, intereſt, præeſt.

Plin. 6 ep. 29. & l. 1. ep. 20. Cic. pro C. Rab. Poſth. col. 7191 A. Liv. l. 22. c. 39.

Ergò verè ſcriptum: *Experientia eſt efficax omnium rerum magiſtra.*
Uſus magiſter eſt optimus, omniumq; magiſtrorum præcepta ſuperat.
Imò amplius: *Eventus ſtultorum magiſter eſt.*

In

Digitized by Google

In quo tamen hoc mali, quod præceptis non traditur: *Otioſa diſciplinarum tractatio, quam libri ſuppeditant, ſive illa tenuior, ſive copioſior ſit, organico corpori ſimilis eſt, animam deſideranti, quæ per ſenſuum experientiam accedat, aut etiam variis ciborum generibus in ventrem congeſtis comparari queat, qui calorem ad concoquendum poſtulent: Is verò calor non alius fuerit, quàm multus uſus & variarum rerum experientia.* Niceph. Greg. l.8 c.19. p.227

Alexius Philantropenus, Imper. Andronici Jun. Avunculus, erat *Vir non malo propter longinquitatem ætatis multo rerum uſu ornatus: ſed multus rerum uſus magno etiam & illuſtri ingenio nitebatur. Undè duplicem virtutis fructum tulit, partim à natura inſitum, & ſponte enatum, partim longi temporis caſibus & exercitationibus excultum.* Id. l. 11. c.4. p. 376. c.

Hinc illud Solonis:

Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Seneſco ſemper aliquid addiſcens. Quem citat Stobæ. Ser.29. ſub ξ. (208. 49.) ex Platon. Lachete. Plat. l.7. d. Rep. to. 2. 536. d.

Confer Adag. Eraſm.

& hoc ſapiens effatum in ore habebat Robertus, Hieroſolymorum & Siciliæ Rex optimus atque doctiſſimus, teſte Petrarcha d. Studio.

An autem Seni ſit gerenda Reſp. vid. Plut. p. 789. D. E. & in Lycurg.

Quare heîc verius eſt illud Poëtæ vetus, quod in Sapientiam ſcripſit,

Uſus me genuit, mater peperit Memoria:
Sophiam vocant me Graji, vos Sapientiam. Afranius in Togata, cui Sellæ nomen ap. Gell. l. 13. c. 8.

Quod non de Civili ſolùm Prudentia, ſed etiam de Scientiis & quibusvis artibus intelligi debet.

Illa parens altera Memoria rerum, hoc loco mihi quoq; eſt NOTITIA SIMILIS EX AUDITU VEL LECTU; quam uſui non appono tantùm, ſed in parte præpono.

Magis namq; obvia hæc, pluraq; ad Prudentiam & in plures confert; cumque iter illud per propria pericula longum, nec ſine periculis ſit: hæc vita tutior, ideò tritior, adeoq; brevior & efficacior per exempla, ſiquidem *miſera eſt ex periculis propriis facta prudentia.* Plin. Paneg. c. 66. m.

Verùm

Feliciter is ſapit, qui alieno periculo ſapit: Plaut. in Mercat.

In eundem Sententiam Poëta;

—— Felix quicunq; dolore
Alterius diſces poſſe carere tuo. Tibull. Eleg. l.3.

Et alius:

Hiſtorias verſando peritus, id abſq; periclo,
Quod docti damnis experiuntur, habes. Io. Ovven. 7. Epigr. 165.
Nec tam multa gravis rerum experientia longo
Tempore, quàm parvo te docet Hiſtoria.

Nam

quum

Digitized by Google

Polyb. l. 1. p. 36. e. & ſeq.

quum duæ univerſis mortalibus propoſitæ ſint ad proſpiciendum rationes: per proprios caſus, aut per alienos: evidentior quidem illa eſt, quæ per propria ducit infortunia: at tutior illa, quæ per aliena. Itaq; viam priorem ſponte ſua nemo unquam debet ingredi. Magis enim ejuſmodi correctio laboribus conſtat & periculis. Poſterior ſemper nobis captanda: per quam ſine ulla noxa id quod melius eſt, cernere unicuiq; licet.

Eaq; vivit in libris Hiſtoricis, & vitam inſtruit privatam, de qua famoſiſſ. Cic. locus integer ſic habet.

Cic. 2. d. Orat. c. 9. conf. Explic. Reuſn. in Præfat. Iſag. Hiſtor.

Hiſtoria teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuntia vetuſtatis. Eadem enim in mundo agitur fabula, mutatis tantum perſonis. Proinde Civilis Prudentia *Hiſtoriâ formatur ſec Thucyd. ubi de Corcyræorum & aliarum Græciæ civitatum ſeditione*, inquit: *in multa & gravia mala ex ſeditionibus civitates delapſæ ſunt: quæ & jam ſunt, & ſemper erunt, dum hæc hominum natura manebit: vehementius quidem alias, alias levius, diverſiſq; modis prout rerum mutationes inſtabiles tulerint.*

l. 3. p. 229. e. Adde Richter. ax. Eccl. 190.

Senec. ep. 24. ſub fin.

Omnia tranſeunt, ut revertantur,
Nihil novi video, nihil novi facio.

Terent. in Adelph. Act. 3. Sc. 4. confer Sen. ep. 11. in f.

Cum Comico:

Inſpicere tanquam in ſpeculum vitas hominum jubeo, atq; ex aliis ſumere exemplum ſibi.

Nic. Greg. l. 1. p. 2. f.

ἡ ἱςορία προφήτας τῆς μελλόντας ποιεῖ, ἐκ τῶν φθασάντων ςοχαζομένης τὰ μέλλοντα.

Claudian. 4. Conſul. Honor. verſ. 620. adde Tac. 4. Ann. 33. Plut. in Apopht. add. & Reuſn coron. 2. flor. 11. p. 199.

Nec claudicat illud Poëtæ:

—— præmiſſa futuris
dant Exempla fidem.

Eadem Hiſtoria vitam dirigit publicam, & ad conſilia præit: quo reſpectu Δημήτριος ὁ φαληρεὺς Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ παρῄνει τὰ περὶ βασιλείας καὶ ἡγεμονίας βίβλια κλῆσαι καὶ ἀναγινώσκειν. ἃ γὰρ οἱ φίλοι τοῖς βασιλεῦσιν οὐ θαῤῥοῦσι παραινεῖν, ταῦτα ἐν τοῖς βιβλίοις γέγραπται. Demetrius Phalereus Ptolomeum Regem admonebat, ut conſcriptos de Regno, Imperioq; libros ſibi compararet, & legeret. Namq; quæ amici non audent Reges monere, ea in libris deſcripta eſſe.

Neq; tamen omnis Hiſtoria Politico utilis, aſt

I. *Vera tantùm*: ὅπερ ὀφθαλμὸς τοῖς ζῴοις: τοῦτο τῇ ἱςορίᾳ ἀλήθεια: Id Hiſtoriæ veritas eſt, quod animantibus oculus.

Greg. l. 11. ſub initium conf. ſimile Polyb. 1. Hiſt. p. 13. d. & l. 12. p. 658. c.

L. de hiſt. ſua l. p. 16. a.

II. *Plana*: ſic Thucyd. Κτῆμα ἐς ἀεὶ μᾶλλον, ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν συγκεῖται. Poſſeſſionem potiùs perpetuam, quàm Judicium auribus in præſentia accommodatum opus confeci.

Iuvenal. Sat. 10. verſ. 174.

—— & quicquid Græcia mendax
Audet in Hiſtoria.

III. Mix-

III. *Mixta Judiciis* : nam *Hiſtoria prima Lex eſt, ne quid falſi dicere audeat*; dein, *ne quid veri non audeat: ne qua ſuſpicio Gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis*: Cic. de Orator. Conf. Voſſ. A. H. cap. 7. 8. 9. & 10.

Sed ad ſpecimen diſtinctè itidem Hiſtoricos aliquot, juncto Judicio Bœcleriano, talesingeram:

Præcognoſcenda tamen hîc ſunt inſuper dogmata:

I. de Fine illius Epiſtolicæ decurſionis Lipſianæ, ad Politici præcipuè & experientis uſum ſpectantis. Centur. Miſc. 3. ep. 61.

II. de Objecto generatim: ad omnes hiſtoriæ formas eundum Politico, ſed in tempore; ſpeciatim de Mythica, eſtq; eorum, quæ nec contingere quidem potuêre, quæque fabulas vero mixtas habet, hinc fabularis dicitur.

Huic Aſclepiades unam tantùm ſpeciem aſſignabat, ſc. Genealogias Deorum.

Atquì, quæ de mutatis hominum formis Poëtæ narrant, aliaq; multa, quæ non minùs, quàm iſtæ fidem excedunt, planè ad hoc Hiſtoriæ genus pertinent, ſi modo hiſtoriæ nomen merentur.

Nam quid magis hiſtoriæ, quàm fabula adverſatur? Authores ergo ſunt Poëtæ, quorum Rex *Homerus*: illi quidem utuntur figmentis, ſed iiſdem altiſſimam continent Philoſophiam.

Hujus verò *Ilias* oſtendit, quantum calamitatis adferat Libido; *Odyſſea* virtutis Exemplar exprimit.

In illa *Idem* delineavit virtutem bellicam, prudentiamq; militarem; in Hac Prudentiam civilem, unà cùm profundioribus conſiliis.

Editio Spondani Græco-Latina, fol. uſitatiſſ. notæ nullius momenti.

Hodie Amſtelodamenſis nuperrima præſtantior.

Macrobius Homerum cum Virgilio comparavit.

Heſiodus primus omnium Fabulas conſcripſit, & annis ſuperior 105. *Æſopo* fuit.

Hyginus Μυθολογικῶν Hiſtorias ſcripſit, & alii.

Quaſi *verâ Hiſtoriâ*, eſtque eorum, quæ non contigére quidem, ſed contingere tamen potuére, ut argumenta Comœdiarum, quas imaginem veritatis *Cicero* appellat:

Et de *verâ Hiſtoriâ*, quæ vel Naturalis, naturæ revelans faciem & facta, tradensq; rerum, ſtirpium animalium, ingenia, proprietates, vires.

Cujus Scriptores *Ariſtoteles* (Hiſt. ejusdem animalium lectiſſima, at paucis nimium noſtro Seculo lecta) *Theophraſtus* vel *Euphraſtus* (cujus Hiſtoria Plantarum à Theodor. Gaza in Linguam Latinam converſa) *Ælianus* d. animalibus in fol. *Plinius* propter numerum ingentem Hiſtoriarum Vett. quæ in opere hiſtoriæ naturalis reperiuntur, quod omnium Vett. maximè corruptum, ad nos perveniſſe dolendum.

Digitized by Google

Inter Editiones Dalechampii optima Plur. citat Voſſ. d. l. E Recentior. *Jonſtonius.*

Vel *Narrativa*, prodens res geſtas, actionesq; ſacras atq; profanas. Eſtque duplex:

Divina, religionem, aut quod adhæret, tangens.

Tota Θεόπνευς☉; falsò enim Gentilium huc refertur, aſt ad Philoſophiam pertinet.

Ex profeſſo Theologum non agenti illa carptim libanda, & ex ea univerſè diſcenda Religionis initia, progreſſus, diſſidia, capita, Antiſtites.

Eſtq; iterum vel Vetus & Judaica, petenda ex Libris Sacris, *Joſepho*, illo Hebræorum Livio, & antiquitate materiæ reliquis præferendo, in quo multum eruditionis latet.

Egeſippo Ed. Laur. de la Barre. Hiſt. Ruffini Tripart. Corp. Hiſt. Ecclesiaſt. Græc. Lat. edit. Genevæ.

Vel nova & Chriſtiana, haurienda olim ex *Euſebio*, *Sozomeno* &c. nunc ex *Card. Baronio* XII. Tom. Hiſt. N. T.

Jacob. Saliani Annal. Eccl. V. T. ab O. Cond. usque ad Chriſt. natum.

Exim. Op. *Iſaac. Uſſer.* Archiepiſcop. Armacan. in Antiquitat. Britannicarum Eccl.

Centur. Magdenburgenſ. à Matthia Flaccio & aliis concinnat. op. planè aur. method. Licet non adeò accurat. Vet. Ed. Baſil. fol.

Et ex iisdem *Oſiandri* Epiſt. Hiſtor. Eccl.

Joach. Camerar. Chronolog. Tripart. Paris.

Joh. Pappi Epitom. Hiſtor. Eccleſ. Compend. breviſſ.

Caſp. Hedion : Chronolog. Eccleſ.

Henr. Patalaon. Chronogr. Eccleſ.

Henr. Samer. S. Chronolog.

Laur. Rhodomann. S. Hiſtor.

Boët. Epon. Antiquit. Eccl. *Duaci.*

Voſſ. in Hiſtor. Pelag. inſigne Spec. ed. Hiſt. Eccleſ. Ejusdem Diſſert. d. Nat. Chr. de Paſſ. & de 3. Symbolis.

Sleidan. d. St: Relig. elegantiſſ. Op. Comment. Libb. XXVI. *Contra eum* ſcripſit *Jo. Frid. Matenes.*

Vel *Miſcella*, ut Mahumedana, Sinenſium, Indorum, aliorum Idololatrarum.

Huc referatur præter alios, *Hottingerus* in Annal. Eccleſ. usq; ad Ann. 1600.

Sequitur *Narrativa Humana*; tangens plurimum res, actionesque humanas; ad quam præprimis Politicus vocandus, quippe quæ, præter prudentiam & uſum virtutum ſtimulos, ſemina laudum, exempla dabit.

Eſtq;

Eſtq; rurſus duplex : Privata, ſingulorum recenſens res, vitam, virtutes, vitia : Exemplo *Plutarchi*, *Cæſar. &c.* Confer. Voſſ. *d. tr. A. H. c. 12. & 17.* & Publica Quadruplex, *Orientalis Græca Romana Barbarica*, queîs de ſigillatim in altero membro præcognoſcenda.

III. Dogmata de Mediis ſeu Supellectili Narrativæ neceſſaria, ſuntque 2. *Chrono-* & *Geographia.*

Quantum ad Hiſtoriam temporum, Chronologi veteres ſunt: *Proſper. Idacius, Marcellinus Comes, Victor, Tunonenſis, Joh. Abbas Monaſt. Pictavienſ.* in Theſ. temp. *Joſ. Scaligeri*, cum Notis ejus.

Idac. & Marcell. ſeorſim ed. *Jac. Sirmondus.*

Euſebii Chronicon cum pretioſiſſimis Notis Joſ. Scalig. poſt eum *Arnoldus Pontacus.*

Euſebius Græcè ſcripſit Verſio Latina Hieronymi eſt, Caſſiodori Chronicon.

Cenſorinum d. die Natali ed. Fr. Lindenbrogius.

Huc referantur *Faſti Siculi* & *Chronicon Alexandrinum* Græcè edente Matthæo Radero.

Inter Recentiores

nemo ante *Joſ. Scaliger.* eſt, qui ſcripſit Opus Nobiliſſ. d. Emendat. Temp. quod cum propter alia egregia multa, tum ob aureum imprimis inventum Periodi Julianæ maximi habendum. *Vid. d. Period. Julian. Voſſ. in diſſert. d. vero Nat. Chr. die : it. vero die Domin. Paſſ.*

Dionyſ. Petavius in opere quidem doctiſſimo de doctrina temporum inventis Scaligerianis aliqua addidit, at in benè meritum de eruditione omnigena ſæpiſſimè immeritò detonuit.

Rationarium temporum, quod Petavii Indicis tantùm & directorii inſtar eſt.

Hieronymi Vechieti Florentini ab Ægypto, ita enim vocatur, quamdiu ibi commoratus eſt.

Chronologia inſtaurata incredibili labore, diligentiaq; conſcripta eſt, neque ſolùm annos, ſed & dies ad calculum revocat.

Extant etiam *Genebrandi*, *Funccii*, *Bucholzeri* Chronologiæ.

Item *Calviſii*, de quo Scaliger dicere ſolitus erat, quod primus inter Chronologos nugari deſierit.

Schraderi etiam Tabulæ Chronologicæ Helmſtad. ſine nomine editæ, ob methodum facilem, & inſecutam diviſam temporum rationem valdè eximiæ ſunt.

Joh. Lucidus quoq; ſcripſit de Emendationibus Temporum.

Schubertus de Scrupulis Chronologicis.

Thom. Lydiat. de variis Annorum formis.

Digitized by Google

Seldenus de Anno Civili & Calendario Eccleſiaſt.

Aubertus Miraus Chronica diverſor. temp. ed.

Huc referantur *Jac.*|*Gualteri* Tabb. Chronographicæ.

Pauli Eberi Calendarium Hiſtoricum, in quo methodus ſatis egregia; pauciſſimæ verò res ſunt.

Henrici Meibomii Diarium ſive Calendarium Oeconomicum, Eccleſ. Aſtronomicum.

Calendarium *Ranzovianum*.

Acta Calendarii *Gregoriani* junctim edita.

Computi Eccleſ. *Georgii Germani* & *Joh. Schoneri*, *Mich. Beutheri* Calendarium.

Jo. de Eſpieres Calendarium novum, & auctarium Cal. novi.

Add. *Muchamedis Alfragani* Arabis Chronologiam, & Aſtronomica elementa ed. Jac. Chriſtmanno.

Leonis Allatii Exercitat. d. nat. temp. & præcipuè Græcorum.

Gerh. Joh. Voſſii diſſert. de Natali Anno Chriſti.

Helvici Tabulæ Chronolog. ed. Schuppio.

Valerii Anshelmi Rud. Chronolog.

Jac Beſtii ad Chronolog. Manuduct.

Daniel Angelocratoris Chronolog. Autopticam.

Henr. Havallai Iſagogen Chronolog. *Ubonis Ummii* Opus Chronologicum.

Joh. Pauli Gallucii Salienſ. Theatrum mundi & temp.

Joh. Temporarii Chronolog. demonſtrat. & Chronicon *Joach. Portium* de tempore.

Quantum ad Hiſtoriam locorum.

Geographi Vett. Græci:

Corpus eorum adeoq; *Ptolomeum*, & alios ed. Leidæ *Petr. Berti*. fol. It. Baſil, anno 1535.

Strabonis Opus nobiliſſ. & exquiſitiſſ. Doctrinæ, quodq; longa plura in receſſu habet, quàm titulo promittit. Edit. Caſaub. poſtrema Pariſ. opt. & pereruditas quoq; habet Notas.

Strabonis Epitomen ab Anonym. Græcè ſcr. cum verſ. Lat. & H. Gemuſæo.

Dionyſ. Periegetes Poëta Heroicus & Geographus accuratiſſ. in quem *Euſtathius*, idem ille qui in Homerum valdè eruditum Commentarium ſcripſit. Edit. H. Steph. opt.

Arriani Peri, plus Erythræi maris & Ponti Euxini magnæ doctrinæ opus eſt, quod *Guil. Stuckius* in fol. ed. ſed rarò reper.

Anony

Anonym. Græci deſcriptio Orbis à *Jac. Gothofredo*, qui à Salmaſio dono accep. ed. Genevæ.

Steph. Grammaticus Vir eruditiſſimus, ſed nunquam latinè verſus, in opere ſuo de Urbibus multa Geographumena habet. Ed. Gr. Aug. Vindel. In Bibliothec. Argent. Exemplar eſt *Dav. Hæſchelii*, qui manu ſua egregia multa annor.

Marianus Heracleates, *Scylax Careſandenſis*, *Iſidorus Charaſcenus*, *Artemidorus Epheſius*, *Dicæarchus Meſſenius* junctim editi à *Dav. Hæſchelio* d. Gr. Lit. præclarè merito.

Geograph. Veteres Latini.

In *Plinii* Hiſt. Nat. multum Vet. Geographiæ latet.

Solinus pleraq; ex eo deſumpſit.

Pomponius Mela de Situ Orbis.

Æthicus Coſmograph. quem tamen alii aliter vocant. Hi junctim. ed. ab Henr. Steph.

In Solinum prolixè ext. *Cl. Salmaſii* Exercitat.

Feſtus Avienus Dionyſ. Periegetæ carmen Latinitate don.

Priſciani Cæſarienſis quoque Carmen Geogr. ext. Item *Itinerarium Rutilii* carminicè ſcriptum, & à Barthio ed. eſt ſatis elegans.

Vibium Sequeſtrum Henr. Stephanus ed.

Itinerarium à *Burgidala* Hieroſolymam usq; Petr. Pithoë.

Geographia Nubienſ. Lat. verſ. A. aliâs Arabs eſt. *Tabula Peutingeriana.*

Antonini Itinerarium inter præcipua monumenta eſt, cui *Andreas Schottus* Libellum Provinciarum Roman. adjunxit.

Notitia Imperii huc quoq; referenda, licet & ſub al. Titt. nominanda cum Notis *Pancirolli*.

Benjamin Tudelens Itiner. Hebr. ſequioris ævi eſt.

Geographi Recentiores.

Münſteri Coſmographia non planè ſpernenda. Licet enim quàmplurimis etiam nugis ſcateat, tamen multa quoq; egregia habet, & quæ fruſtra alibi quæruntur. Ut taceam vix fieri poſſe, ut non interdum nugas aliquas immiſcere cogantur, qui de toto mundo ſcribere aggrediuntur.

Pierre de Avidi du Monde Gall. maximè habitus, exq; eo ipſo omnia deſumpſit. *Luc. de Linda* qui Orbis deſcript. ed. Hi verò duo ſunt præcipui Geographi.

Aggreſſus quoque eſt integram Coſmographiam ſcribere cum inſigni, qualis ad tale opus requiritur, apparatu ex utraq; antiquitate, *Paulus Merula*, Vir eruditiſſimus, verùm præmatura morte abreptus, propoſitum Opus ab-

ſolvere non potuit. Reliquit tamen egregia monumenta 3. Hiſp. ſcilicet Gall. & Italiam.

Atlantis Majoris Vol. V. non ſecurè confidere poſſumus Tabb. enim plurimæ parum accuratæ ſunt, longeq; ſatius fuerit, eas ſigillatim & cum certo delectu colligere, ubi valdè præ cæteris æſtimari ſolent, quas in Gallia *Sanſovillanus Abbas* edi curavit. Inter *Janſonianas* & *Blavianas* jam hæ, jam illæ alteris præferuntur.

Theatrum Urbium hîc quoq; nominandum, nam propter inſignes & artificioſiſſimas Tabulas æneas maximi habetur.

Item *Bertii* Theatrum Urbium.

Meriani Topographiæ.

Hydrographia *Fournerii* & Geograph. Notitia Orbis per ripas & littora maris.

Abr. Ortelii Conatus Geographici.

Compendioſa Scripta Gregor. ed. *Joach. Vadianus*, Helvet. Vir eruditus, cujus Aſia, Afr. & Europa ext.

Matthæus Quadus Sculptor Colon. ed. compend. univ. orbis.

Nic. Reuſnerus totius Orbis Itinerarium.

Phil. Cluverius Introduct. Geograph.

Partes Geograph. excoluerunt ſequentes.

Phil. Cluverius jam laudatus in Germ. Sicilia, Italia antiqua: quæ opera magna & diligentia, laboreq; conſcripta ſunt, quamvis interdum nimia audacia ea vitio verti poſſit, imprimis verò id ei in Germania ſua accidiſſe videtur.

Aubertus Miræus in Geographia Eccleſiaſt.

Sam. Bochartus in Geogr. Sacra, inſigni & erudito opere.

Adrichomius in Theatro Terræ Sanctæ.

Martinus Prienæus in Terra Sancta Urbium in ea ſitarum Geograph.

Chriſt. Pezelius in Theatro Terræ Sanctæ.

Quibus annumeranda accurata admodum opera duo. *Heidmanni* Prof. Helmſtad. Palæſtina ſc. & Europa.

Itineraria quoq; huc ref. poſſ. ut

Martin. Zeileri Itinerarium Germaniæ, Galliæ, Britanniæ, Italiæ & Hiſpaniæ.

Partem Geographiæ Mathematicam tractant:

Brietius in parallelis Geograph. quod egregium opus, ſed nondum perfectum.

Petrus Appianus inſignis Mathematicus in Inſt. Geograph.

Gemma

Digitized by Google

Gemma Friſius de Principiis Geographiæ, & uſu Globi Geogr.

Guil. Blaú de uſu Globorum cœleſt. & terreſtrium. Confer quoque Enchiridion Sphæricum, i. e. Syſtema Cosmogr. compendioſum, in gratiam eorum, qui ad ſolidam Aſtron. & Geographiæ cognitionem adſpirant: Authore

Joh. Gigante Med. D. & Mathem. Prof. in Schola Steinhart. Hanov. 1615.

It. *Horſt.* ex Th. Campanella de recta ratione ſtudendi, *Calpmarii* Nob. Trienn.

Jac. Focani Diſſertatio de Studiis.

IV. Denique heîc cognoſcenda dogmata de neceſſariis progreſſus anagnoſtici Lectionis ipſius Hiſtoricæ capitibus, quæ ſunt partim *à Cura*, de qua illud generale: Cura plus habet operæ, & in ea eſt omnis legentium fructus.

Hîc autem exigitur *Attentio*, ſc. inquirendum in Uſum, & in Eventuum, Novitatem ac Magnitudinem: atque Electio admonens Stylum capiendum & excerpenda eſſe, juxta monita *Drexelii* in Aurifod. A. & Sc. *Memorabilia*, *Ritualia*, *Civilia & Moralia*, &c. partim ab *Ordine*, de quo LL. prohibentes.

Ne ſit lectio vaga ac confuſa, interrupta & reſultoria.

Et jubentes: Lectio ordienda ab univerſali aliqua Notitia & Compendio *Beureri*, *Neandri*, *Carionis*, ſeu *Phil. Peucerique* & aliorum: Locupletanda autem à capite aſſumptis plenis Scriptoribus, uno quoque in conſimili argumento.

Exemplum juſtæ Lectionis pro Hiſt. Hum. Publica, & quidem

1. *Orientali*, quæ primi aut priſci Orbis res habet, videlicet Jud. Ægypt. Syr. Æth. Perſ. reliquorum Aſiæ, petenda breviter à JUSTINO, Trogi Pompeji Epitomatore, nequaquam contemnendo; licet enim Styli non eadem venuſtas appareat, atq; in cæteris vett. Autoribus, interim tamen verba, phraſesq; optimæ cenſendæ, ut quæ omnia illa ex Trogo retinuerit; ſicut ſcil. etiam Gellium feciſſe conſt. Edit. *Bernegg.*

Ulterius ab *Herodoto*, quem Cicero nunquam ſine Elogio nominat: cum verò ſcr. dialecto Jonica, quæ à reliquis plurimum abit, ideò plerumq; etiam negligitur. Quod Pater Fabularum vocatus, convitium hoc refutat facundiſſimo dialogo Gallico *H. Stephan.* Cujus Edit. opt. Pariſ. & Ff. It. *Diodor. Siculo* Ed. Ff. cum Verſione Laur. Ruodomanni.

Mixta iis habent:

Polybius graviſſimus & ſummi Judicii Hiſtoricus, quiq; omnia ad providentiam divinam & altiores cauſas referre conſuevit: Id quod inter recentiores *Cominæus* imitatus eſt. Splendidiſſ. extat Ed. *Caſaub.* fol. cum Verſione ejusdem eruditiſſima. *Plutarch.*

Plutarch. Editio Wechelii opt. Boxhornius Juvenis adhuc Scriptoris hujus RR. Rom. difficilimum ſanè opus, cum animadverſ. edidit, ſed nomine ejus indignis.

Zonaras, qui etiam Joh. Monachus dicitur, Hiſtoriam tribus Tomis ad Annum 1100. ſcr. qui magni æſtimantur; pleraq; enim ex opt. Authoribus deſumpſit, & de Eccleſia Græca inſignia monumenta collegit, Ed. *Hier. Wolff.* Gr. Lat.

II. Græca, in qua res Spartanorum, Athen. Theban. præcipuè Macedonum; quam dabunt dicti jam Authores tùm GRÆCI, ut *Plutarchus*, It. *Thucyd.* nobiliſſimus Scriptor poſt Herod. jure ſuo nominatur, qui Conſiliarius aptior.

Enenckelii editio elegantiſſ.

Arriani Hiſtoria Alexandri M. nobiliſſima & Hiſtoriæ Curtianæ tanquam parallela eſt. Ed. cum verſ. Bonav. Vulcan. Henr. Steph.

Tùm LATINI, ut

Curtius terſiſſ. & exquiſitiſſimæ venuſtatis Auctor, cujus diligentiam Stylo nemo adæquat, Editio Freinshemii optima.

III. *Romana Triplex*: *Vetus*, quæ à Regibus & Urbe condita ad Auguſtum: Cujus *Scriptores* vel *Copioſi*, & quidem Græci,

Dionyſ. Halicarnaſſ. ſummæ eruditionis V. Antiquitates Rom. ſcr. ut & al. opuſc. Rhetorica pereximia. Ed. ſunt junctim omnia ab *Henr. Stephan.*

Prædict. Polybius & Plutarchus, It. *Appian.* de Bello Civili inter præcipuos Græcorum nominandus, maximumq; lumen in hac materia adferre poteſt. Ed. Henr. Stephan. Græco-Latin.

Latini:

Livius, Scriptor elegantiſſimus & majeſtate magnitudineq; Operis ante omnes. Fab. *l.* 10. *Inſtit. Orator. c.* 1. *p.* 155. *a.* Livii lactea ubertas. Et *pag.* 158. *d.* Livius in narrando miræ jucunditatis, clariſſimiq; candoris, tum in concionibus ſupra, quam enarrari poteſt eloquens &c. Patavinitas ei objecta ab Aſinio Pollione, magnorum ingeniorum æmulo & mordaci Cenſore: eſt enim Livius Juventuti præſertim ad imitandum proponendus, cum Cic. propter ubertatem & copiam, cum reliqui Scriptores ſtylum plerumque circumcidant. Ed. Gronov. opt.

Salluſtius graviſſimus Hiſtoricus & paulò ſublimior, ut de eo dubitari poſſit, an propter Stylum Juventuti commendari debeat. Ed. Gruter. opt.

Vel *Compendioſi Veteres, Vellejus.* qui ſcripſit Judicio & Ordine: Exemplar dedit plenioris Chronologiæ. Hiſtoricus politiſſimus eloquentiæ & eruditæ brevitatis à Gerhar. F. G. J. Voſſii jam & defuncto cum Notis ſatis elegant. ed. Argent. à J. H. *Becl.* p. m.

Florus, Epitome elegantiſſima & Panegyricus veriùs, quàm Hiſtoria, neque

Digitized by Google

neque etiam poſt Plinium Floro in hoc ſcribendi genere quiſquam præferendus. Ed. Freinsh. optima.

Eutropius reliquit Breviarium Hiſtoriæ R. Nobilium. A. 1115. ut t. t. nihil penè in Imperio Romano acciderit, quod non tribus vel bis attigerit.

Paul. Oroſius à Fabric. ed. qui A. pleraq; ex Juſtino in ſuam Ormeſtam mundi transſcripſit.

Recentiores : ut *Caroli Sigonii* Faſti producti ad Auguſtum.

Media Rom ſc. quæ rerum, cum immutato ſtatu, ad Principes ventum, geſtarum : Cujus Scriptores vel *pleniores Græci*, *ut Dio Caſſius*, à nemine, cui cordi hiſtoria Romana eſt, præteriri debet : & dolendum, quod tam pauca viri hujus ad nos pervenerunt.

Abbreviator ejus *Xiphilinus* integer eſt, & ipſa Dionis verba retinet; ſicut ex Trogo Juſtinus. Ed. H. Steph. & Wech.

Prædictus *Joh. Zonaras*, *Herodianum* ſcript. venuſtiſſimum cum incomparabili verſione *Ang. Politani* Ed. Argent. *J. H. Bœcl.* ir. *H. Steph.*

Latini: ut *Tacitus* Prudentia & Judicio ſupra omnes excellens, difficilis tamen, & qui à paucis rectè intelligitur, adeò ut ſtultiſſimi dicendi ſint, qui ex verſ. Tacitum ſe poſſe intelligere præſumant. Ejus enim Stylus conſtrictus, ubique teres, acutus & ſeverus magis, quàm lepidus. *Lipſ. in præfat. in Dial. de cauſ. corrupt. eloq. conſ. eundem præfat. ad Tac. ad Max. II. Imp.*

Suetonius de elegantiſſimo hoc Authore optimè meritus eſt *Caſaubonus*, cujus Not. in ed. *Bœcl.* habentur. Extant etiam *Berneggeri* in Julium & Auguſtum Notæ.

Amm. Marcellinus doctus, gravis ac ſerius, & dignus planè, cui fides à nemine abrogetur, ſi demas Juliani, cujus erat miles, immodicas & immeritas laudes. Dictio ejus multis Græcis barbariſq; loquendi formis refertæ.

Spartianus & adjuncti Cæſarei Scriptores ed. in fol. à *Grutero*, habent Stylum Cod. Juſtin. Stylo parum diſſimilem.

Vel *Strictiores* primò *A. Victor* etiam relatus inter Scriptores Hiſt. Aug. & prædict. *Eutrop.* Deinde *Onuph. Panvinii* Faſti ab *Aug.* ad Juſtinianum : qui Hiſtoricus non ſemel Pater hiſtoriæ Romanæ dictus.

Nova, cum iterum mutato ſtatu ſedes ipſa Principatus Byzantium eſt translata : Cujus Scriptores ferè Græci, & iſti *Zonaras*, *Zoſimus*, cætera elegans Author, nî quod Chriſtiano nomini infenſiſſ. nec unquam integer ed. ſed pars à *Fr. Sylburgio*; pars ab *H. Steph.* cum Herodiano emiſſa.

Procopius, Beliſario à Secretis Lugd. à *Nic. Alemanno* ed. & in fol. & nuper Helmſtad.

Agathias rarus Author à *Bonav. Vulcano* ed.

Nicetas Choniates eximius Scriptor, qui multa de invidia Græcorum Impp. adverſus Occid. PP. ſcr.

Digitized by Google

Niceph. Gregoras elegans ac magni judicii Hiſtoricus, & velut ſequioris ævi Polybius, ut qui omnia itid. ad provid. div. refert, vixit ſub Andronicis Impp.

Mich. Glycas, Zon. & Cedreno deterior; cum his tamen conjunctus eſt. G. Cedrenus ed. Pariſ. inter Scriptores Byzantinos. Sed hic χαῶδης veri incurioſus vel ignarus; cum judicio tamen lectus, utilis.

Notandum:

Heîc *Media Rom. aut Novæ inſerendam* hanc additionem: ſc. *Res* Gothorum, Hunnorum, Vandalorum, Scytharum, quô faciunt Scriptores *Jornandes* ed. cum Al. Scr. à *Caſſaub.* & *Salmaſio*, *Procopius*, *Agathias*, & ii qui tales.

IV. *Barbarica*, rer. eſt geſtum cum *ſciſſo*, *fractoq;* Imperio, major pars ivit ad Gallos, Germanos, Turcas; & alternatim huc usq; manſit: *Scriptores* ejus varii ferè barbari, barbarè ſcribentes: extantq; in unum corpus conducti Germanici, Gallici, Britannici:

Inter plures: Annales, *P. Pythæi* JCti Pariſ. A. 1590.

Tum boni & laudati de Regno Italiæ, *Car. Sigonius* in 30. Libb. Hiſtoriar. ad A. 1286.

Turcicis. *Joh. Levvenclajus* in π. Hiſt. Turc. & in Annal. Sultanor. Turc. & Gr. *Laonicus*, *Chalcondylas* in 10. Libb. d. orig. & rebus geſtis Turc.

Bellis ſacris, *Guiliel. Tyrius.* Inter Script. Turc.

Recentiores ſunt *Wolff. Drexlerus*, qui ſcripſit Chronicon Turcic. quod in Chronico-Chronicorum recuſum fuit.

Incomparabilis eſt diligentiæ Hiſtoria Turcica *Loniceri*, magni judicii, laudabilisq; nervoſitatis.

Sorantius Italus accuratè Impp. Turcic. imaginibus æneis repræſentavit.

Wechelius in unum opus aliquot rerum Turcicarum Scriptores congeſſit.

Plures, & plura non addo; Studium enim hoc res eſt omnis ævi, ob quam in eodem tantùm Fr. Tilemannus in diſc. Philolog. de Hiſtoricis delect. locos, quos vocant, communes contexere ſuadet & perſuadet.

RADIUS SECUNDUS.

PRUDENTIAE ADJUTOR.

PRudentiam Uſus & Hiſtoria gignunt, & producit DOCTRINA, quæ Prudentiam promovet, & Virtutem ornat aut perficit, quarecum Poëta;

Doctri-

Digitized by Google

Doctrina, ſed vim promovet inſitam. Horat. 4. Od. 4

Non autem, quia virtutem dare poteſt, ſed quia animum ad accipiendam illam præparat: *Quemadmodum enim prima illa literatura, per quam pueris elementa traduntur, non docet liberales artes, ſed mox præcipiendis locum parat: ſic liberales artes non perducunt animum ad virtutem, ſed expediunt:* Senec. ep. 88.

In hunc ſenſum Philo: d. congreſſu quær. Erudit. gratia.

> ὥσπερ ἐν οἰκίαις αὐλαὶ προκεῖνται κλισιάδων; ἐν δὲ πόλεσι, τὰ προάστεια, δι' ὧν εἴσω βαδίζειν ἔνεστιν. οὕτως καὶ ἀρετῆς, προκεῖνται τὰ ἐγκύκλια. Ταῦτα γὰρ ὁδός ἐστιν, εἰς ἐκείνην φέρουσι.

> Ut in ædibus veſtibula ſunt ante fores: in oppidis præurbia, per quæ in ipſa itur; ſic virtuti præjacent liberales artes.

Uſus igitur ejus eſto verè uſus: Senec. ep. 24.

> *Turpiſſimum* enim *eſt, quod nobis objici ſolet: verba nos Philoſophiæ, non opera tractare.*

Et verſus eſt Pacuvii: Gellius l. 13. N.A 8. c. conf. l. 10. c. 22.

> *Odi homines ignavâ operâ, Philoſopha Sententiâ.*

> *Nihil namq; fieri poſſe Id. ajebat indignius atq; intolerantius, quàm quod homines ignavi & deſides, operti barba & pallio, mores & emolumenta Philoſophiæ in linguæ verborumq; artes converterent: & vitia fæcundiſſimè accuſarent, intercutibus ipſi vitiis madentes.* V. ex Philopœmenis in mon. Lipſ. Ext. in fragm. Pacuv. ſub fin. 353. a.

Tale *P. Egnatius* Philoſophiæ dehoneſtamentum, *qui authoritatem Stoicæ Sectæ præferebat, habitu & ore ad exprimendam imaginem exercitus: cæterum animo perfidioſus & ſubdolus, avaritiam ac libidinem occultans:* Tac. 15. Annal. 32.

> *Vulgus ignobile Philoſophiam faſtu & habitu mentiuntur.* Symmach. lib. 1. ep. 29.

Tu contrà

> *Illud enim genus perfuſi ea, non tincti, ſic namq; loquitur Seneca: Imò imbutus aliquando minus eſt,* ut patet ex *Tac.* & *Quintil.* ep. 36. p. 448. in Dialogo de Oratore c. 19.

Sic ap. eund. Seneca:

> *Elementis ſtudiorum non eſt inſtructus, at certè imbutus.*

Idemque

> *Vitiis non inquinati ſumus, ſed infecti.* ep. 59. p. 486.

Sic Id. ep. 110.

> *Si humanorum, divinorumq; notitia ſe non perfuderit, ſed infecerit.*

Itaque Helvidius Priſcus, *qui Juvenis altioribus ſtudiis operam dedit; non ut pleriq;, nec ut nomine magnifico ſegne otium velet, ſed quò firmior adverſum fortuita Remp. capeſſat.* Tacit. 4. hiſt. 5

Finis autem ejus ſit verus, & in ea modus:

> Sic T. Pomponius Atticus PPum Philoſophorum *ita percepta habuit præcepta, ut iis ad vitam agendam, non ad oſtentationem uteretur.* Cornel. Nepos in ejus vita p. 558.

Neoptolemus apud Ennium, *philoſophari* ſibi ait, *neceſſe eſſe, ſed paucis: Nam omninò* Cic. lib. 2. Tuſc. ab init.

Digitized by Google

omninò haud placere: Ego autem neceſſe quidem mihi eſſe philoſophari, ſed non paucis, ut ille, difficile eſt enim in Philoſophia, pauca ei eſſe nota, cui non ſint aut pleraq; aut omnia. Nam nec pauca, niſi è multis eligi poſſunt: nec qui pauca percepit, non idem reliqua eodem ſtudio perſequetur. Sed in vita tamen occupata, atq; ut Neoptolemi tum erat, militari, pauca ipſa multùm ſæpè proſunt, & ferunt fructus, ſi non tantos, quanti ex univerſa Philoſophia percipi poſſunt: tamen eos, quibus aliqua ex parte interdum aut cupiditate, aut metu liberemur.

Gell. l 5. c. 15. Elucubrator ille N. A. cum varias Philoſophorum Sententias expoſuiſſet, *corpuſné ſit vox, an quid incorporeum?* Tandem ſubjicit: *Hos aliosq; tales argutæ, delectabilisq; deſidiæ aculeos cum audiremus, neq; in his ſcrupulis aut emolumentum aliquod ſolidum ad rationem vitæ pertinens, aut finem ullum quærendi videremus, Ennianum Neoptolemum probabamus, qui profectò ita ait: Philoſophandum eſt paucis. Nam omninò haud placet.*

Focan. in diſſert. de Stud. Vanum quoq; eſt iſtud dicterium:

De omnibus aliquid, de toto nihil; nam qui non eſt in omnibus aliquid, in ſingulis eſt nihil. Fateor equidem, magnam partem humanæ ſapientiæ eſſe, quædam æquo animo ignorare velle. Sen. ep. 88. f. *Et cum Stoico Philoſopho: Plus ſcire velle, quàm ſatis ſit, intemperantiæ genus eſſe: Et alibi, Cupiditatem diſcendi dirigendam eſſe, ne ipſa ſe impediat; neq; enim paſſim carpenda, neq; invadenda eſſe univerſa. Per partes pervenire ad totum; aptari onus viribus debere, nec plus occupari, quàm cui ſufficere poſſumus.*

Illudque notiſſimum Æſchyli μέτρον Græcanicum quidam ſic tranſtulit:

Lamprid. in Alex. pr. 2.

Non qui multa tenet, ſed qui ſcit idonea vitæ,
Is dici ſapiens, cur mereatur habet.

Adde:

Virg. Æneid. 6. f. 210. m 514

orabunt alii melius, cœliq; meatus,
Deſcribent radio & ſurgentia ſidera dicent:
Tu regere imperio populos Romane memento.

Aliâs

Eurip in Herc. act. 2. p. 611. pr.

οὐ παύσομαι τὰς ἀρετὰς μούσαις
συγκαταμιγνὺς ἡδίστην συζυγίαν.

Non ceſſabo ego Grates lætis jungere
Muſis, quæ omnium jucundiſſima eſt conjugatio.

Poteſt huc referri, quod Cepheſias tibicen diſcipulo cautius tibias inflati dixit:

Scalig. l 1. Poët. c. 58.

οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ. ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα.

Sic Demonſthenes cum vidiſſet ineptum quendam demagogum magna voce concionantem, dixit:

ὡς

Digitized by Google

οὐ τὸ μέγα εὖ, τὸ δὲ εὖ, μέγα. Stob. Serm. 4. p. 55. 37.

Non magna res ſtatim bona eſt, ſed bona ſtatim eſt magna.

Et rectè Poëta: Mart. L. II.

Quisquis plus juſto non ſapit, ille ſapit.

Egregieq; hoc dicere Demetrius Cynicus ſolet:

Plus prodeſſe, ſi pauca præcepta ſapientiæ teneas, ſed illa in promptu tibi & in uſu ſint, quàm ſi multa quidem didiceris, ſed illa non habeas ad manum. Quemadmodum, inquit, *magnus Luctator eſt, non qui omnes numeros, nexusq; perdidicit, quorum uſus ſub adverſario rarus eſt, ſed qui in uno ſe aut altero benè & diligenter exercuit, & eorum occaſiones intentè expectat: nec enim refert, quàm multa ſciat, ſi ſcit quantum victoriæ ſatis eſt: ſic in ſtudiis multa delectant, pauca vincunt.* Senec. 7. de benef. c. 1.

His conſonat Ariſtippus:

Σεμνυνομένου τινὸς ἐπὶ πολυμαθείᾳ ἔφη· ὥσπερ οὐχ οἱ τὰ πλεῖστα ἐσθίοντες καὶ γυμναζόμενοι ὑγιαίνουσι μᾶλλον τῶν τὰ δέοντα προσφερομένων. οὕτως οὐχ οἱ πολλὰ ἀλλ᾽ οἱ χρήσιμα ἀναγινώσκοντες εἰσὶ σπουδαῖοι.

Quodam gloriante ob multiplicem doctrinam: ſicut, *inquit*, non ii, qui plurimùm comedunt, aut exercentur, meliùs valent iis, qui modica & neceſſaria aſſumunt: ita nec qui multa, ſed qui utilia legunt, diſcuntque, ſtudioſi & eruditi ſunt.

Heraclitus hocipſum nervosè & breviter:

πολυμαθίη νόον ἔχειν οὐ διδάσκει.

Mentem multiſciam habere non docet. (ſc. ea quibus opus ad vitam, tranquillitatem, felicitatem.

Quamobrèm

Studiorum quoq;, quæ liberaliſſima impenſa eſt, tamdiu rationem habeto, quamdiu modum. Seneca de Tranquill. c. 9 Id de brev. vit. c. 13. in pr.

Operosè nihil agunt, qui in literarum inutilium ſtudiis detinentur.

Κράτιστος ὅστις ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις παιδεύεται: Archidam. in Or. ap. Thucyd. 16. p. 56.

quibus verbis tacitè perſtringuntur Athenienſes, ut

τὰ ἀχρεῖα ὀξυνετοὶ ἄγαν ὄντες, vid. Plut in Lycurg. 50. B.

circa res inutiles acuti exquiſitique. Contra Lacedemonii.

Sic Erinaceórum ſui defenſio & cuſtodia genuit Proverbium: Plut. de ſolert. animal. p. 971. E.

πόλλ᾽ οἶδ᾽ ἀλώπηξ, ἀλλ᾽ ἐχῖνος ἓν μέγα.

Sicut multa vulpes, magnum echinus unum habet.

Nam accedente, ut ajunt, *vulpe, ipſe corpus convolvens, in morem nucis pineæ, ſpinis horreis riget, ne vel morderi queat, vel tangi.*

Et Id. Plut. in Pe. r. cl. à pr. p. 1525.

innatam diſcendi cupiditatem potiùs explendam in rebus utilibus diſcendis, quàm frivolis, eximia ſimilitudine probat. Id. A.

Digitized by Google

Nec plura heîc de Doctrina,

Cominæus l. 10. p. 353. niſi, *quod vel meliores reddat homines vel deteriores, pro cujuſq; natura & inclinatione, ſed tamen veriſimilius ſit, aliquem eâ fierî meliorem. Nam quo quiſq; magis, quid ſe deceat, intelligit, eò vehementius ipſum neglecti pudet officii: & etiamſi non omninò ſibi temperet à maleficio, tamen, ne planè modum excedat, cavet. Huc accedit metus Numinis Divini. Quanta enim ſit peccati magnitudo, & quantopere Deus offendatur flagitiis, docti non paulò melius, quàm homines imperiti cognoſcunt.*

Veget. in Prolog. Inſuper

neminem magis decet, vel meliora ſcire, vel plura, quàm Principem: Cujus Doctrina omnibus poteſt prodeſſe ſubjectis.

Liv. 1. c. 39. m. Exemplo ſit

Servius Tullius, puer eruditus fuit artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur.

Iuſtin l. 17. c. 3. m. *Arribas, Epiri Rex, Athenas erudiendi gratia miſſus, quanto doctior majoribus ſuis, tanto & gratior populo fuit. Primus itaq; LL. & Senatum annuosq; Magiſtratus, & Reip. formam compoſuit: & ut à Pyrrho ſedes, ſic vita cultior populo ab Arriba ſtatuta.*

Senec. 3. de Ira c. 17. Contra

hæc Barbaris Regibus feritas in ira fuit, quos nulla eruditio, nullus literarum cultus imbuerat.

Proin, quæ deceant Principem artes me remiſſum volo ad Notas *Lipſ.* ſub hoc Radio. Addo ego *Piccart.* obſ. dec. 1. c. 5. *Amirat.* d. Inſt. Reg. fol 29. 30. *Marian. Plut.* in præcept. Ger. Reip.

Quantum Phyſica conducat ad vitam ſingulariter doc. Cic. l. 3. de Fin. ſub fin.

De Impp. & Princip. qui Aſtronomica tractarunt; (vid. *Clavium* in Sphær. Sacroboſc. p. 10. p. Confer quoq; *Patrit.* de Regn. & Reg. Inſtit. *Caſ.* Phær. Civit. *Camerar.* Cent. *Steph. Guazz.* de Civ Conſervat. *Fr. Nova.* in diſc. polit. *Gruter.* in diſcurſ. in Tac, *& quis omnes enumeret?*

RADIUS TERTIUS

PRUDENTUM TRIPLEX GENUS.

UNum, quod ex ſe ſapit; alterum, quod obtemperat recta monenti, & Prudentia Mutativa appellari poteſt, ſecundum vetus illud Poëma

Heſiod. oper. 1 v. 291. & 293. Conf. Ariſt. 1. Eth. 2. Græca:

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.

Aliud

Aliud & Tertium quidem conſtituunt Genus, quod Noſter, & Politicorum plerique; vocant Prudentiam mixtam, quæ fontes Juris traditæ Prudentiæ propr. Humanæ de Natura Regni & populi leviter miſceat, alienumque, ut loqui amat Juvenalis, aſſumit vultum, pro re nata.

Stultum enim *eſſe* perhibent, *qui ſemper omne verum dicunt.*

Proverb. c. 12. 23. & c. 29. 11.

Cavendum igitur *eſſe, ne uni virtuti ſtudeamus, in aliam impingamus, utpote arcto colligatas nexu atq; vinculo: Veracitatem ergò hîc ad Prudentiam conferendam eſſe.*

Cic. 3. Tuſc. QQ. col. 212. A.

Ea propter jus faſq; omninò, contra quosdam Zenones ſive ἀκοινωνήτους * in quorum numerum etiam referunt, M. Antoninum Imperatorem, quem vocavit Avidius Caſſius *Aniculam Philoſophicam*: Et in quadam Epiſtola eum ridet his verbis:

Gryph. d. arcan. 870. & ſeq. & f. 134.
* Conf Steph. Theſ. Gr. to. 2. col. 300. l. 1.

M. Antoninus philoſophatur, & quærit de Clementia & de Amicis, & de Honeſto & Juſto: nec ſentit pro Rep. vid. *Vulc. Gallican.* in vita Caſſii c. 7. & ult.)

diſertè docent, *interdum in turbido hoc rerum humanarum Pelago, obliquare ſinus,* (*& curſum: obliquataq; cervice proſpicere,* v. præter *Apul. Virg. 5. Æneid. v. 16.*) & ſi rectà portum tenere nequeas, idipſum mutata velificatione aſſequi.

Cic. ad Lentul. 1. Famil. ep. 9. f. 56. 4.

Indeq; duplicem eſſe Prudentiam,

Aliam ſimpliciter ſic acceptam, & aliam pro ratione Reip. hancq; calliditatem & ſimulationem appellant.

Sicut enim *apud Medicos aliud ſalubre ſimpliciter, aliud febricitanti.*

Unde Ariſtoteli excidiſſe aſſertum illud:

Δίκαιον Πολιτικὸν.

Clapmar. de Arcan. Rerump. lib. 1. c. 6 & 9.

In tranquilla autem Rep. atq; Platonis (cujus forma fuerit inſtituta prorſusq; imaginata atq; abſurda &c. *Polyb.* lib. 6. Hiſtor.) *prioris uſum eſſe monet, poſterioris in turbata & in fæce populi, in qua multa fiant cum dolore agentium, vel cum pudore.*

Zahn. de Mendac. l. 1. c. 39. & ult.

Obſcuram quidem, ſed optimam Pythagoræ teſſeram venditant:

Cor ne edito!

Subdentes nimis crude à *Cic.* dictum 3, Offic. *ex omni vita ſimulationem & diſſimulationem eſſe tollendam*:

Interpretantes de privata vitâ, de publica negantes. Adducentesque ex *Auguſtin.* lib. cont. Mendac. c. 10. *Licet veritatem occultare prudenter ſub aliqua diſſimulatione. Vel illud Imp. Friderici aut Sigismundi, (variant enim:) Neſcit regnare, qui neſcit diſſimulare.* Teſte etiam *Paul. Æmilio* lib. 10. *Non benè regunt, qui non tegunt.* Vel

cum Euripide:

—— *jus regnandi gratiâ*
Violandum eſt. Aliis rebus pietatem colas.

Cre-

[in Phœniſſ. v. 1. p. 54. m.] Cretizandum cum Crete:

Vulpinandum cum Vulpe.

[Eraſ. Adag. 1645.] Idq; ex uſu Principis & Publico, quippe *quod bona ſit turpitudo, quæ periculum vendicet:*

ὄνειδος ἐσθλὸν, ἀλλὰ δεῖν ἐκκλίνεται.

[Publius Syrus in Mimis.] Itemque

Verum ſit, quod pro ſalute fiat mendacium.

[Id. & ib.] Juxtaq; illud

[Diphilus in theſauro citatur à Stobæo Serm. 12. à pr.] ὑπολαμβάνω τὸ ψεῦδος ἐπὶ σωτηρίᾳ λεγόμενον, οὐδὲν περιποιεῖν δυσχερές.

Exiſtimo mendacium, ſi gratiâ ſalutis effers, nihil habere incommodi.

[Liv. lib. 23. c. 14. m.] *Honeſta utilibus cedant in rebus extremis.*

Quo loco exponitur, quod Junius Dictator, adverſus Hannibalem, Romanos prementem, etiam ſceleratos armaverit.

[Valer. Max. l. 7. c. 6. ex. 1.] *Ceſſiſſe,* movent, *interdum generoſum ſpiritum utilitati, & fortunæ viribus ſuccubuiſſe, ubi, niſi tutiora elegerit conſilia, ſpecioſa ſequenti concidendum fuiſſe.*

[in lib. 5. d. rep. c. 4. poſt pr. p. 543. b.] Honeſtatem & Utilitatem, ſecundùm *Bodinum, naturâ quidem eſſe conjunctas: populari tamen opinione & loquendi conſuetudine diſcrepare.*

Mente opus, ubi manus non ſufficiat,

[Cic. 1. offic. c. 13. f.] *Cum duobus modis, id eſt, aut vi, aut fraude fiat injuria; Fraus quaſi vulpeculæ, vis leonis videatur.*

Oſtendunt ex Pindaro, Principem

[v. Iſth. Od. 4. 66. p.] — *audaciæ quidem ſimilem eſſe beſtiarum;*
Quod animoſitatem graviter frementium leonum
In certandi labore: quoad prudentiam verò vulpem eſſe.

(θηρᾶν in Gr. verſ. Genitivus Doricus eſt, pro θηρῶν, θὴρ beſtia.)

Hinc

[Juſtin. 38. c. 1. fin.] *Mithridatem incerta belli timentem, conſilia ad inſidias tranſtuliſſe monent.*

Sic Ariſtidem *in rerum ſuarum adminiſtratione juſtiſſimum ſemper habitum, unde Juſti cognomen; in gerenda tamen publica re, multa contra jus & æquum deſignaſſe* tr.

Πρὸς τὴν ὑπόθεσιν τῆς πατρίδος, ὡς συχνῆς ἀδικίας δεομένην.

Quod rationibus Patriæ ſeſe accommodaret, quæ multa injuſtitia opus haberet, ſicut ſolitus fuerit ipſe dicere.

[d. Civ. D. l. 2. c. 21.] Ex Auguſtino

Nullam Rempubl. poſſe adminiſtrari ſine maxima invidia probant

[Liv. l. 26. c. 22. f. add. Plut. in fin. Lyc. p. 59. A. B.] Inter quos enim vivendum? ſc. argutos, malos: nam *Sapientum civitatem docti fingant magis, quàm norint.*

Et

Et

nullam eſſe civitatem, quæ non etiam improbos cives aliquando, imperitamq; multitudinem ſemper habeat. Liv. l. 45. c. 23. m.

Inculcant illud M. Ant. Philoſ. Imp. ap. Dion.

ὅτι ποιήσαι μὲν τινὶ ἀνθρώπους, ὁποίους βούλεται, ἔχειν, ἀδύνατόν ἐστι. Τοῖς δὲ δὴ οὖσι, προσήκει, ὡς ὅλων αὐτῶν τῷ κοινῷ χρήσιμος ᾖ, χρῆσθαι. Plut in Phocione à pr. & in præcept. Polit. p. 803. a.

Fieri non poteſt ut quis tales efficiat homines, quales habere velit: ſed iis, qui ſunt, prout quisque eorum Reip. prodeſſe poteſt, utendum eſt. Sic Demadem dixiſſe: Se in Rep. ita verſari, non ut vellet, ſed, quia mutare non poſſet, accommodare ſe conſilia ad præſens tempus, & πολιτεύειν ναυάγια, er müſſe flicken an den *navigiis ſive reliquiis ex contuſa Rep.* Ναυάγια *enim Græci vocant non tantùm fractas tabulas, ſed omninò reliquias, quæ ſuperſunt ex naufragiis, ut contuſas ac diſſipatas naves.*

Atq; Plutarchum ſcripſiſſe: in apophth. p. 178. b.

Quod Philippus Macedo ſuaſerit Alexandro filio, ut eos, qui in Republ. pollerent authoritate, tum bonos, tum malos ſibi conciliaret amicos, ac bonis quidem uteretur, malis autem abuteretur.

Præcipua Regum ars eſt, nullum rejicere, ſed ad publicam utilitatem omnium operam accommodare. Quemadmodum DEUS unicus totius mundi Monarcha, malis geniis ac impiis hominibus abutitur ad utilitatem Eccleſiæ; ita Principes cordati norunt & probos & improbos uti: non quod ipſi per malos mali quippiam faciant: ſed quod per malos puniant malos.

At contra, Moralis Philoſophia ita habet: Cont. Horn. c. 3. L. 4.

Etſi ſimulatores ſe verè prudentes venditent, tamen verum eſt, ſimulationem falsò omninò dici prudentiam; quippe nihil in univerſum cum vera prudentia commune habet, ars ſimulandi & diſſimulandi, callideq; alios circumveniendi.

Philoſophia moralis rerum omnium ſimulationem vitioſam dicit, quia judicium veritatis tollit & adulterat, quandoq; veritatem delet. Zahn. d. loc.

Sed quid Theoſophia *de ſimulatione & reticenda veritate? abeſſe debere à Chriſtianis,* ut notiſſimum, nec hujus loci, nec fori ulteriùs probare. ibid. 1. Petr 2. Confer D. Dañh. in QQ. moral.

Sed redeo ad id, unde digreſſus, nempe ad alterum genus Prudentiæ; *Rarum* enim imò ἀδύνατον, ut *Princeps à ſe uno ſatis ſapiat,* quod quidem verecundè, ſed verè dico, quum *impudens & imperator & Gubernator, qui cum alienis oculis ei omnia agenda ſint, poſtulat ſibi aliorum capita ac fortunas committi,* dixit T. Manlius Torquatus: Liv. l. 6. c. 7. Liv. l. 26. p. 36.

Nam hæc Gubernatoria maximè deſiderat adjumenta hominum, quorum fama valdè ad Principis famam valebit, utpotè qui inſtar Herculis ſublevant Auguſtum, tanquam Atlantem, & oneri ſuccedunt. Secundum

Digitized by Google

Prov 24. 6. Sap. 6. 26. Teſtimonia Divina: *Erit ſalus ubi multa conſilia ſunt. Multitudo Sapientum ſanitas eſt Orbis terrarum.*

Vellejus 2. p. 76. (127.) Ita *duo Scipiones, duobus Lælis, quos per omnia æquaverunt ſibi, id D. Auguſtinus, Marco Agrippa & maximè ab eo, Statilio Tauro, quibus novitas Familiæ haud obſtitit, quò minus rarò eminentes viri non magnis adjutoribus ad gubernendam fortunam ſuam uſi.*

Eurip. in Rheſo act. 1. p. 392. f.

Σοφὸν παρ' ἀνδρὸς χειροσοφόν τι μανθάνειν.

Sapiente è viro diſcendum eſt, quid ſapientiæ.

in Andromache p. 255. B. Idem tamen Eurip. Conſiliariorum multitudinem videtur improbare his verbis:

Σοφῶν δὲ πλῆθος ἀθρόον ἀσθενέστερον, φαυλοτέρας φρενὸς αὐτοκρατοῦς.

Multitudoq; frequens ſapientum imbecillior eſt
Unâ Mente, cui ſumma rei cuſtodiendæ poteſtas eſt.

Sed ibi ſermo de ſapientibus pari poteſtate: hîc de iis, qui Principem ſuperiorem agnoſcunt:

Zonaras tom. 3. p. 75. Contra: Imperator Juſtinianus ῥινότμητος, *cum ſuo arbitratu adminiſtraret, omnia; in multas clades Rempubl. conjecit.*

(αὐτόβουλος, τῇ διοικήσει κεχρημένος τῆς βασιλείας, πολλοῖς τῶν Ῥωμαίων κακοῖς περιέβαλεν.)

Valer. Max. l. 9. c. 5. f. Itemque Xerxes, *cujus in nomine ſuperbia & impotentia habitat, ſuo jure quàm inſolentèr abuſus eſt, quùm Græciæ indicturus bellum, adhibitis Aſiæ Principibus, ne viderer,* inquit, *meo tantùm uſus conſilio, vos contraxi. Cæterùm mementote parendum magis vobis eſſe, quàm ſuadendum, Arroganter, etiamſi victore repetere ei Regiam contigiſſet: tam deformiter victi, neſcias, utrum inſolentius dictum, an impudentius?*

vid. Sabin. in 13. lib. Metam. Ovid. Poëtæ fingunt, in fatis extitiſſe Trojam fuiſſe evertendam, ablato Palladio, quò ſignificarunt, tam diu ſtare & florere Respubl. quamdiu ibi regnet Pallas, id eſt Sapientia & Conſilium, eâ amiſsâ, illas concidere ac everti.

Tac. 4. hiſt. 7. Itaq; Principi amicis omninò opus. *Nullum* enim *majus boni Imperii inſtrumentum, quàm boni amici.*

2. epigr. 164. Senatus ap. Ovven.

Rex regnat ſolus, cur non regit omnia ſolus?
Qui regit & regitur rectius ille regit.

Senec. 6. d. Benef. c. 32. Regi Rex hoc crede: *Auguſtus Imperator cum relegatâ ob adulterium filiâ, & flagitia principalis domus in publicum emiſiſſet: deinde, cum, interpoſito tempore, in locum ire ſubjiſſet, verecundiâ & pœnitentia, quod non illa ſilentio preſſiſſet. Sæpe exclamavit: Horum mihi nihil accidiſſet, ſi aut Agrippa aut Mecænas vixiſſet. Adeo tot habent millia hominum, duos reparare difficile eſt. Cæſæ ſunt Legiones & protinus ſcriptæ. Fracta claſſis & intra paucos dies natavit nova.*

Sæpi-

Digitized by Google

Sævitum eſt in opera publica ignibus : ſurrexerunt meliora conſuntis. Tota Auguſti vitâ Agrippæ & Mecænatis vacavit locus.

Sic

Amyntas adduxerat 50. PPum Macedoniæ liberos adultos ad cuſtodiam corporis (Reg Alex.) *quippe inter epulas hi ſunt miniſtri : iidemq; equos ineunti prælium admovent, & vigiliarum vices ante cubiculi fores ſervant : magnorumq; Præfectorum & Ducum hæc incrementa ſunt & rudimenta.* Curtius l. 5. c. 1. f.

Hi Regii pueri dicuntur Livio. l. 45. c. 6. m.

De amicis Principum & JCtis Conſiliariis, Viris doctis & ſapientibus aliis vid. *Salmaſium* in hiſt. Aug. p. 47. & 306. *Caſaubonum* in eand. p. 36. c. 2. *Lampridium* in Alex. Sever. c. 65. etiam *Lipſium* not. 29. ad *Tac.* l. 6. Annal. adde Polleti for. Rom. p. 143. Suet. Caſ. 2. 4.

Sed quî parandi ? Judicii hæc res eſt : ſunt namque, qui lingua & mente cumprimis juvant, ſunt etiam, qui manu & factis, illi eminentiores his, exin primùm jure dicam de

VIRTVTE & VITIO CONSILIARIORVM.
SUB RAD. IV.

QUi Fidi, Rerum, Hominumque periti ſalutaria ſuggerunt, Pace ſive Bello.

Officium enim Conſiliariorum complectitur facienda & fugienda: In faciendis reſpicimus:

1. *Fidem* ſive vitæ integritatem ac probitatem; Quia Tac. Agric. c. 19.

Optimum quemq; fideliſſimum puto. Vell. Paterc. l. 2. c. 128.

Quodq; optimum ſit, eſſe nobiliſſimum putandum

Neq; Decoctores apti ad conſilia: Iſocr. Nicol.

ὁ μηδὲν ὢν αὑτῷ χρήσιμος, οὐδ' ἂν ἄλλον φρόνιμον ποιήσειν.

Sic Ἐπιγραμματιστής: Lucian. in Epigram.

—— οὐκ ἔστι κακῶς κεχρημένον ἄνδρα
Τοῖς ἰδίοις, εἶναι πιστὸν ἐν ἀλλοτρίοις.

Quomodo Rempubl. regant, qui non poſſunt patrimonium ſuum gubernare ? Cic. ad Attic. l. 10. ep. 8. m. add. Virdung. in Agric. Tac. 115.

Confer exemplum Tiberii in Tac. 2. Annal. 45.

2. *Prudentiam*, quæ deſcribitur partim à Notitia Reip.

Sic Medicus,

ὁ ἄριστα γνοὺς, ἄριστα θεραπεύει.

inquit *Ammonius in Categ.*

Et Tac. Agric. c. 5 & 19. f. 438.

Agricolæ curæ fuit noſcere Provinciam ; utpote cui non ignota ingenia Britannorum

Nec

Prov 24. 6. Sap. 6. 26. Teſtimonia Divina: *Erit ſalus ubi multa conſilia ſunt. Multitudo Sapientum ſanitas eſt Orbis terrarum.*

Vellejus 2. p. 76. (127.) Ita *duo Scipiones, duobus Læliis, quos per omnia æquaverunt ſibi, id D. Auguſtinus, Marco Agrippa & maximè ab eo, Statilio Tauro, quibus novitas Familiæ haud obſtitit, quò minus rarò eminentes viri non magnis adjutoribus ad gubernendam fortunam ſuam uſi.*

Euip. in Rheſo act. 1. p. 392. f. Σοφὸν παρ' ἀνδρὸς χειροσοφόν τι μανθάνειν.

Sapiente è viro diſcendum eſt, quid ſapientiæ.

in Andromache p. 255. B. Idem tamen Eurip. Conſiliariorum multitudinem videtur improbare his verbis:

Σοφῶν δὲ πλῆθος ἀθρόον ἀσθενέστερον, φαυλοτέρας φρενὸς αὐτοκρατοῦς.

Multitudoq; frequens ſapientum imbecillior eſt
Unâ Mente, cui ſumma rei cuſtodiendæ poteſtas eſt.

Sed ibi ſermo de ſapientibus pari poteſtate: hîc de iis, qui Principem ſuperiorem agnoſcunt:

Zonaras tom. 3. p. 75. Contra: Imperator Juſtinianus ῥινότμητος, *cum ſuo arbitratu adminiſtraret, omnia; in multas clades Rempubl. conjecit.*

(αὐτόβουλος, τῇ διοικήσει κεχρημένος τῆς βασιλείας, πολλοῖς τῶν Ῥωμαίων κακοῖς περιέβαλεν.)

Valer. Max. I. 9. c. 5. f. Itemque Xerxes, *cujus in nomine ſuperbia & impotentia habitat, ſuo jure quàm inſolenter abuſus eſt, quùm Græciæ indicturus bellum, adhibitis Aſiæ Principibus, ne videret,* inquit, *meo tantùm uſus conſilio, vos contraxi. Cæterùm mementote parendum magis vobis eſſe, quàm ſuadendum, Arroganter, etiamſi victore repetere ei Regiam contigiſſet: tam deformiter victi, neſcias, utrum inſolentius dictum, an impudentius?*

vid. Sabin. in 13. lib. Metam. Ovid. Poëtæ fingunt, in fatis extitiſſe Trojam fuiſſe evertendam, ablato Palladio, quò ſignificarunt, tam diu ſtare & florere Reſpubl. quamdiu ibi regnet Pallas, id eſt Sapientia & Conſilium, eâ amiſsâ, illas concidere ac everti.

Tac. 4. hiſt. 7. Itaq; Principi amicis omninò opus. *Nullum* enim *majus boni Imperii inſtrumentum, quàm boni amici.*

2. epigr. 164. Senatus ap. Ovven.

Rex regnat ſolus, cur non regit omnia ſolus?
Qui regit & regitur rectius ille regit.

Senec. 6. d. Benef. c. 32. Regi Rex hoc crede: *Auguſtus Imperator cum relegatâ ob adulterium filiâ, & flagitia principalis domus in publicum emiſiſſet: deinde, cum, interpoſito tempore, in locum ire ſubjiſſet, verecundiâ & pœnitentia, quod non illa ſilentio preſſiſſet. Sæpe exclamavit: Horum mihi nihil accidiſſet, ſi aut Agrippa aut Mecœnas vixiſſet. Adeo tot habent millia hominum, duos reparare difficile eſt. Cæſæ ſunt Legiones & protinus ſcriptæ. Fracta claſſis & intra paucos dies natavit nova.*

Sæpi-

Sævitum eſt in opera publica ignibus : ſurrexerunt meliora conſumtis. Tota Auguſti vitâ Agrippa & Mecænatis vacavit locus.

Sic

Amyntas adduxerat 50. PPum Macedoniæ liberos adultos ad cuſtodiam corporis (Reg Alex.) *quippe inter epulas hi ſunt miniſtri : iidemq́; equos ineunti prælium admovent, & vigiliarum vices ante cubiculi fores ſervant : magnorumq́; Præfectorum & Ducum hæc incrementa ſunt & rudimenta.* Curtius l. 5. c. 1. f.

Hi Regii pueri dicuntur Livio. l. 45. c. 6. m.

De amicis Principum & JCtis Conſiliariis, Viris doctis & ſapientibus aliis vid. *Salmaſium* in hiſt. Aug. p. 47. & 306. *Caſaubonum* in eand. p. 36. c. 2. *Lampridium* in Alex. Sever. c. 65. etiam *Lipſium* not. 29. ad *Tac.* l. 6. Annal. addc Polleti for. Rom. p. 143. Suet. Caſ. 2. 6.

Sed quî parandi ? Judicii hæc res eſt : ſunt namque, qui lingua & mente cumprimis juvant, ſunt etiam, qui manu & factis, illi eminentiores his, exin primùm jure dicam de

VIRTUTE & VITIO CONSILIARIORUM.
SUB RAD. IV.

QUi Fidi, Rerum, Hominumq́ue periti ſalutaria ſuggerunt, Pace ſive Bello.

Officium enim Conſiliariorum complectitur facienda & fugienda:

In faciendis reſpicimus: Tac. Agric. c. 19.

1. *Fidem* ſive vitæ integritatem ac probitatem ; Quia Vell. Paterc. l. 2. c. 128.

Optimum quemq; fideliſsimum puto.

Quodq; optimum ſit, eſſe nobiliſsimum putandum

Neq; Decoctores apti ad conſilia: Iſocr. Nicol.

ὁ μηδὲν ὢν αὑτῷ χρήσιμος, ὐδ᾽ ἂν ἄλλον φρόνιμον ποιήσειν.

Sic Ἐπιγραμματιστής: Lucian. in Epigram.

—— ὐκ ἔςι κακῶς κεχρήμενον ἄνδρα

Τοῖς ἰδίοις, εἶναι πιςὸν ἐν ἀλλοτρίοις.

Quomodo Rempubl. regant, qui non poſſunt patrimonium ſuum gubernare ? Cic. ad Attic. l. 10. ep. 8. m. add. Virdung. in Agric. Tac. 115.

Confer exemplum Tiberii in Tac. 2. Annal. 45.

2. *Prudentiam,* quæ deſcribitur partim à Notitia Reip.

Sic Medicus,

ὁ ἄριςα γνοὺς, ἄριςα θεραπεύει.

inquit *Ammonius in Categ.* Tac. Agric. c. 5 & 19. f. 458.

Et

Agricolæ curæ fuit noſcere Provinciam ; utpote cui non ignota ingenia Britannorum

Nec

Digitized by Google

ſungatur Lipſ. in Not. hic

Nec exteros temerè, neq; advenas conſulat:

Plin. l. 22. c. 24. f.

Ut vulgo remedia quadam ab Afris aut Indis petita æſtimamus; ſic plerumq; externa ingenia præferuntur internis. At non oportet Si ſc. multi.

v. Ariſtologiã Pindericam p. 158.

Alexis apud Athen.

ἐρῶμεν ἀλλοτρίων,
παρορῶμεν συγγενῆ.

Pindar9 Pyth. Od 3. p. 196.

Ἐστὶ δὲ φῦλον ἐν ἀνθρώποισι, ματαιότατον,
ὅστις αἰσχύνων ἐπιχώρια, παπταίνει τὰ
πόρσω μεταμώνια θηρεύων ἀκράνταις ἐλπίσιν.

Eſt genus hominum ſtultiſſimum, qui vituperantes, quæ ſunt indigena, circumſpiciunt, quæ ſunt ulterius vana conſectantes immodicâ ſpe.

Et minus; *Alienum nobis, noſtrum plus aliis placet.*

Senec. 3. de Benef. 3. & ep. 65

Hinc ille,

Quod domi eſt, vile eſt.
Vile videtur, quicquid patet.

Xiphil. in Marco p. 280. b.

M. Anton. Philoſoph Imperator tamen *conſtituit, ut nemo cum Imperio eſſet apud eam gentem, ex qua ortus eſſet, propterea, quod Caſſius, cum in Syria patria ſua imperium haberet, res novas molitus fuerat.*

Maffeſus hiſt. Indic. l. 6. p. 165. pr.

Sic

in Regno Sinenſium in unaquaq; Metropoli 5. Majores ſunt Magiſtratus cum ampliſſima Majeſtate, neq; ii indigenæ, quo magis inter ignotos odio & amore vacui, rectum in adminiſtrando rationem ſequantur.

Curt. 5. c. 2. poſt. pr.

Ita

Alexander M. etſi turmas equitum ſecundùm nationes diſcriminaret, Præfectos tamen iis, non ſpectato illo nationum diſcrimine, ſed delectos ei attribuit.

Ariſt. 1. Eth. 3.

Ἕκαστος κρίνει καλῶς, ἃ γινώσκει:
καὶ τούτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτής, &c.

Cic. pro P. Sulla, 1. B. pr.

Quorum jam & nomen & honos inveteravit, & urbi, & hominum fama ac ſermonibus, eorum tu quemquam cave peregrinum appelles.

Liv. l. 4. c. 3. f.

Urbs Roma ne Regibus quidem exactis peregrinæ virtuti clauſa fuit.

In utramq; partem vid. *Tacit.* l. 11. Annal. c. 23. & 24.

Adde *Juvenalem* Satyr. 3. verſ. 119. & ſeqq.

Senec d. brev. vit. c. ult.

Eadem deſcribitur etiam partim *ab ætate: à 50. anno. Lex militem non cogit, à 60. Senatorem non citat.*

Virg. 5. Æn. v. Homer. l. 4. Il. verſ. 321. & ſeq.

Nec errat Poëta:

Conſiliis pare, Senior pulcerrima quæ dat.

Man mag den Alten wol vorlauffen / aber nicht vorrahten.

Cic Philipp. 5. c. 17. f.

Leges Annales non obſtare debere maturæ virtuti, Tullius docet, *Octavio Cæſari Remp. demandari volens his verbis*:

Legi-

Digitized by Google

Legibus Annalibus cum grandiorem ætatem ad conſulatum conſtituebant, adoleſcentiæ temeritatem verebantur. Add. Kirchn. legatum l. 1. c. 4. n. 55. & ſeq.

C. *Cæſar ab ineunte ætate docuit ab excellenti eximiaq; virtute progreſſum ætatis expectari non oportere. Itaq; majores noſtri, Vett. illi admodum Antiqui LL. Annal. non habebant, quas multos poſt annos attulit ambitio, ut gradus petitionis eſſent inter æquales. Ita ſæpè magna indoles, priusquam Reipubl. prodeſſe potuiſſet, extincta eſt. At verò apud antiquos Rulli, Decii, Corvini, multiq; alii, recentiore autem memoria Superior Africanus, T. Flaminius, admodum adoleſcentes Conſules facti, tantas res geſſerunt, ut populi Romani Imperium auxerint, nomen ornarint.* vid. Kekerm. Pol. l. 1. c 2. p. 31. & ſeqq. Add. Pacat. in Panegyr. Theodoſ. c 7.

Quid Macedo Alexander? *Cum ab ineunte ætate res maximas gerere cæpiſſet, nonne tertio & triceſimo anno mortem obiit, quæ eſt ætas noſtris Legibus decem annis minor, quàm conſularis. Ex quo judicari poteſt, virtutis eſſe, quàm ætatis curſum celeriorem.*

Curſus ætatis non expectandus eſt in feſtinatione virtutis. Nazarius Paneg Conſtantin. c. 16.

Iniquum eſt, eum bonori nondum tempeſtivum videri, qui jam virtuti maturus eſt.

Oraculum pura: *Senioribus imperandum, junioribus parendum.* Plato l. 5. de Rep.

Quod verè dicitur, ſi non annis, ſed animis Senecta & Juventa penſentur: nam & cor canum in juvenili corpore quandoq; invenitur, & pueros centum amorum quosdam eſſe, S. Literæ teſtantur.

ὀ γὰρ παρὰ τὸν χρόνον ἡ ἔλλειψις, ἀλλὰ διὰ τὸ κατὰ πάθος ζῆν καὶ διώκειν ἕκαστα, &c. Ariſt. 1. Eth. 13.

Et alius: Alcibiad. ap. Thucyd. l. 6. p. 424.

Νεότητα καὶ γῆρας ἄνευ ἀλλήλων μηδὲν δύνασθαι.

Nihil abſq; mutua opera Senes, Juveneſq; præſtare poſſe.

Hinc Tac. 1. hiſt. 21.

Piſonis Juvenis autoritas nondum coaluit.

Et dicitur Id 1. Ann. 46.

Adoleſcentium authoritas nondum adulta.

Ideo etiam Liv. l. 3. c. 33.

Decemviri graves ætate electi, quò minus ferociter aliorum ſitis adverſarentur.

Deſcribitur illa ipſa partim quoq; à fortunæ varietate: Revera enim παθήματα, μαθήματα, verba ſunt Crœſi: ap Herod. lib. 1. c. 207.

Was verſehrt/das lehrt.

Fortuna belli artem victos docet quoq; Curt. l. 3.

Ergo Plin. Paneg. p. 32. f. c. 44.

quàm utile eſt, ad uſum ſecundarum per adverſa veniſſe?

Non temerè adverſa caſuum reputat, quem fortuna nunquam decepit. Liv. l. 30. c. 30.

Digitized by Google

Nam

Darius ap. Curt. l. 4. f. 136

Fragilitatis humanæ nimia in proſperis rebus oblivio eſt.

Pindar. Iſth. Od. 1.

ὁ πονήσαις δὲ, νόῳ ϗ προμάθειαν φέρει.

Qui ærumnas pertulit, conſequitur etiam prudentiam animo.

Ἐμπειρότεροι γίνονται, οἱ μετὰ κινδύνων τὰς μελέτας ποιούμενοι.

Thucyd. L. 1. p. 13. D.

Periculis ipſisq; cladibus edocti, uſu peritiores evadunt.

ap. Plut. l. de cap. ex inimic. util. p. 90. f.

Merope illa Tragica:

αἱ τύχαι μὴ σοφὴν ἔθηκαν:

Fortunæ vices me ſapientem & cordatam reddiderunt.

P. Syr. Mimo 1.

Et *deeſt & ſupereſt* (ſeu ſuperat i. e. abundat) *miſeris cogitatio* (ſeu conſilium.)

Eſa. 28, 19.

Et Vir ſanctus:

Vexatio dat intellectum,

Deniq; Prudentia deſcribitur à moderato acumine: nam

Thucyd. in Orat. Clem. ad Athen. l. 3. p. 195. c.

ἀμάθεια μετὰ σωφροσύνης ὠφελιμώτερον, ἢ πολυμάθεια μετὰ ἀκολασίας.

Utilior eſt imperitia cum modeſtia, quàm peritia cum immodeſtia.

Cui hoc etiam Thucydæum quaſi interpretamentum adde, quatuor requiſita eſſe boni Conſiliarii, boniq; Magiſtratûs:

Id. in Orat. perid. l. 2. p. 138. B. C.

I. *Ut poſſit* γνῶναι τὰ δέοντα, intelligere, quæ in rem ſint, & prudentia valere.

II. *Ut poſſit etiam* ἑρμηνεῦσαι ταῦτα, *oratione explicare illa, quæ prudenter animo concepta gerit*, & rationem hanc Thucyd. adponit: *nam, licet quis optimè ſentiat, id verò in medium aptè proferre nequeat, perinde eſt, ac ſi nihil intelligat*, juxta Perſianum illud:

Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire, hoc ſciat alter.

III. *Ut ſit* φιλόπολις, *amore Reip. inſignis.*

IV. *Ut ſit* κρείσσων χρημάτων, *invictus pecuniæ*, quod poſtremum niſi adſit, omnia cætera nihil profuerint.

Cauſa: quia ſubtilia illa & ignea ingenia in aſſiduo motu, quam is

' ibid. adde Bodin. l. 4. de Repub. c. 1. p. 385. & ſeq. & l. 5 c. 1. p. 514 & ſeq. It. Plut. in Ageſ. 617. E.

ipſe fuſius exponit his verbis:

Nam acuti ſapientiores legibus videri & plura, quàm quæ vulgò de Rep. conſultari ſolent, incredibili cum incommodo civitatum noſſe volunt, tanquam non in majoribus vires ingenii oſtentare queant: hebetiores autem diffiſi ſuis ingeniis, dum legibus ſe ſubjiciunt, dum rectè ſuadentibus obtrectare videntur: dum ex æquo judicare, quàm verbis contendere malunt, proſperè plerumq; res gerunt.

Plin. Paneg. c. 70. f.

Volo ego, qui Provinciam rexerit: non tantùm codicillos amicorum (privatas laudatiunculas) nec urbana conjuratione eblanditas preces: ſed decreta Coloniarum, decreta civitatum alleget.

Petta-

Digitized by Google

Peccavit hic Ageſilaus. Plut in ejus vit. 601. d.

De Conſulatum ambientibus ſic Thraſeas: ap. Tacit. 15. Ann. 21.

Laus falſa & precibus expreſſa, proinde cohibeatur, quàm malitia, quàm crudelitas.

Ingenii acumen nimis tenue retunditur, & in ſeſe ſæpe replicatur: etiam cum agere aliquid videtur, pungit, non perforat. Sen. 1. de benef. 4.

Sic Tac. in Agric. c. 9.

Agricola ad ſpem conſulatus revocatus eſt, comitante opinione Britanniam ei Provinciam dari, nullis in hoc ſuis ſermonibus, ſed quia par videbatur, haud ſemper errat fama, aliquando & eligit.

Itaq; ut ſine ambitu; ita teſtimonio itidem plurium legendi Conſiliarii. Plin Paneg. c. 62. f. p. 50

Melius omnibus, quàm ſingulis creditur.

Id obſervavit *Germanicus in agendo Centurionatu.*

Et teſte Lampridio Imperator Alexander Severus: Tac. in Ann. 44. f.

Ubi aliquos voluiſſet vel Rectores Provinciis dare, vel Præpoſitos facere, vel Procuratores ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, ut, ſi quis quid haberet criminis, probaret manifeſtu rebus.

Nec Nic. Choniates in Alex. Com. l. 1. p. 505 it. V. Kekerm. diſp. pol. pag. 464. d. conſil. diſc. B.

Semper famæ præbendæ ſunt aures, neq; ſi quem ea pro viro forti celebrat, is ſtatim, ut talis eſt formidandus: nec ſi quis pro timido & ignavo traducitur, ſpernendus & rejiciendus eſt. Sed in adminiſtranda Republ. propoſitum eſſe debeat cum dignitate otium, non idem ſemper dicere, ſed idem ſpectare debemus.

4. Modeſtia: mit Ernſt/ doch mit Beſcheidenheit: Timpl. Pol. 3. c. 3 quæſt. 10. p. 241.

Nam optimus es, ſi, ex præcepto Horatii, obſequio graſſare. 2. Satyr. 5. v. 93

Et propalam obviam ire cupidati non auſus Liv. 3. c. 35.

Obſecundando mollire impetum aggreditur.

Exemplo Criſpi & Agricolæ. ap. Iuv. Sat. ap. Tac. in Agric. vit c. 42.

Præter alia: Contra peccavit Calliſthenes. Aſt *contumacia non facit ad aulam* iterum monet Romanæ Sapientiæ Sol. Plut. Alex. 695. c. & ſq.

5. Taciturnitas: nam

benè conſultum eſt, ſi inimicis ſit uſui: neq; poteſt. quin, ſi id inimicis uſui eſt, obſit mihi, bonum enim conſilium ſurripitur ſæpiſſumè. Si minus cum curâ aut catalogo loquendi lectum id eſt. Senec d. tranquill. an. c. 4.

Quippe ſi reſciverint inimici conſilium tuum, Plaut. mil. glor. act. 3. ſc. 1. à pr.
Tuopte tibi conſilio occludunt linguam,
& conſtringunt manus:
Atq; eadem, quæ illis voluiſſe facere,
faciunt tibi.

Et legitimus Hiſtoricus: Curt. lib. 4. c. 6. poſt. pr.

More quodam Perſarum, arcana Regum mirâ celant fide: non metus, non ſpes elicit

Digitized by Google

elicit vocem; quâ prodantur occulta: Vetus diſciplina Regum, ſilentium vita periculo ſanxerat.

inGordian.c. 13. (117. c.) *Sed quantum hæc fides ſilentium in Senatu Romano fuerat imminuta, tempore Maximini Imperatoris,* pervolv. Exempl. ap. Capitolin.

Nazerius in Paneg. c.5. pr. Arcani ergo ipſi, nec tamen arcanorum ſcrutatores, quia *exiſtimare de Principibus nemini fas eſt. Nam & in veſtibulo ſuo inquirentem repellit objecta*

add. Tubam Pacis 308. f. *veneratio: & ſi qui mentem propius adegerunt* (quod oculis in Solem ſe contendentibus evenit) *præſtita acie vivendi facultate caruerunt.*

Iuven.Sat.3. verſ.54. confer Patrit. d. R.&c.9.tit.7. Nam

— tanti tibi non ſit opaci
Omnis arena Tagi, quodq; in mare volvitur aurum,
Ut ſomno careas, ponendaq; præmia ſumas,
Triſtis, & à magno ſemper timearu amico.
(ibi de Secretis non audiendis.)

Germ. Adag. Iſt der beſte Biſſen / ſo man die Heimlichkeiten bey ſich verfaulen läſſt.

Venio jam ad fugienda Conſiliariorum, quorum

I. *Vitium, Contumacia,* Conſilii remora, quâ fit, *ut aliquis habeat* Spiritum contradictionis, velitq; omnes ex ſuo jecore ſapere, & ex ſuo ore loqui.

Iuſtin.l.31. C. 6. pr. *Cum Hannibal de opprimendis in ipſa Italia Romanis optimum conſilium Antiocho explicaſſet, huic Sententiæ obtrectatores amici Regis erant, non utilitatem rei cogitantes, ſed verentes, ne probato Conſilio ejus primum apud Regem locum gratiæ occuparet.*

Liv.4. c. 46. pr. *Nihil ſentire idem: pro Sententia pugnare: ſua conſilia velle: ſua Imperia ſola rata eſſe: contemnere invicem & contemni.*

Tac. 15. Ann. 10. *Poëtus ubi à viris militaribus adverſus urgentes caſus firmatus erat; ne alienæ ſententiæ indigens videretur, in diverſa ac deteriora tranſibat.*

II. Diſcordia item inter conſuaſores, pariens flammam, quæ petit ju-

Salluſt. in fragm. p 103. f gulum Reip. *ubi quis etiam Collegam minorem & ſui cultorem expectat.*

ap.Liv. l. 10. c.22. *Nihil* autem *concordi Collegio firmius ad Remp. tuendam,* inquit quondam L. Volumnius Conſul

Tac.1.Ann.10 *Fas eſt odia privata remittere utilitatibus publicis.*

Id. 2. hiſt. 30. Ita

Volens & Cæcinna Duces, condito odio, eandem utilitatem fovebant.

Liv.l.34. c.13. m. *Reſp.* ergo *privatis ſimultatibus potior habenda.*

III. Affectio in hanc, illamvé partem, qui affectus, ubi regnat, ratio ſervit, imprimis, ubi ira, quæ Conſilium perimit: unde illud Æneæ:

Virgil. 2. *— furor, iraq; mentem*
præcipitant. —

Quoniam, juxta Priſcæ, ſeveræq; ſapientiæ Principem:

Exitus

Digitized by Google

Exitus ingentis iræ furor eſt: & ideò ira vitanda eſt, non moderationis cauſa, ſed ſanitatis. Senec. ep. 18.

Nihilq́ue; rectè eadem, nihil conſideratè facere ſinit. Cic. 1. offic.

IV. Avaritia, quæ corrumpit & perrumpit omnia.

Ex adyto Patavino hæc ſors data: *Largitionis, prædæq́ue, & privati dulcedine commodi ſenſus malorum publicorum adimitur.* Liv. l. 1. c. 54. pr.

Adeò

Privato uſui bonum publicum poſtponitur. Tac. 6. Ann. 16.

Cum tamen

poſt publicam cauſam privatus dolor habendus. Liv. l. 2. c. 56. pr.

Talis

Julius Claſſicanus, qui Suetonio diſcors, bonum publicum privatis ſimultatibus impediebat. Tac. 14. Ann. 38.

Huic ſtudio rei ſuæ plerique hominum obnoxii, ſed Mercurii proles maximè: nec de nihilo Lex Thebanis, quæ vetuit: Ariſt. 3. Pol. 2. c. 3. aliis eſt. c. 5.

τὸν δέκα ἐτῶν μὴ ἀπεχόμενον τῆς ἀγορᾶς, μὴ μετέχειν ἀρχῆς.

Interdum tamen ad Conſilia eandem admittit: alia enim Mercatura eſt diffuſa, adeoque honeſtior, *ſi ſatiata quæſtu ſit, vel contenta potius: Cujus in Republ. uſus eſt inſignis,* perhibente Calliſtrato. Cic. 1. off. p. 69 in L. 2. ff. de nund. & L. 12. ff. d. decur.

Alia reſtricta, eſtq́; eorum, qui mercantur à mercatoribus, quod ſtatim vendant; *Idq́ue; negotiatorum genus omnium eſt ſtultiſſimum ac ſordidiſſimum, quippe qui rem omnium ſordidiſſimam tractent, idq́ue; ſordidiſſimis rationibus, qui cum paſſim mentiantur, pejerent, furentur, fraudent, imponant, tamen omnium primos ſeſe faciunt, propterea quod digitos habeant auro revinctos.* Eraſm. in Enc. Mori. p. 99. add. Gothofr. ad l. 44. §. 1. ff. d. Æd. Ed. R. Forner. l. 6. rer. quot. c. 12. f.

V. Nimia Fiducia, quæ pervertit aliorum Conſilia etiam meliora, heîc cogitetur illud: *melius eſt recurrere è medio curſu, quàm malè currere. Principes eadem ſæpè fallit, qui naturâ magni, libenter audiunt hos magnanimos:* aſt illa cum ſapientia non commiſcetur, juxta Cic. pro M. Marcell. Ad hunc locum ponitur illa Robert. l. 2. rer. jud. c. 16. in Notis Lipſianis.

Sententia Thucyd.

ἀμαθία, ἃ μὲν θράσος &c.

Quam imitati Nazianzenus.

Θράσος, inquit, ἀμαθίας ἔκγονος.

Item Lucianus: Epiſt. ad Nigr.

ἡ ἀμαθία μὲν θρασεῖς
ὀκνηροὺς δὲ τὸ λελογισμένον, ἀπεργάζεται.

Et Procopius: l. 3. Gothic. p. 256. verſ. 38.

ἡ ἐμπειρία λογισμὸν φέρουσα
θρασύνεσθαι ἥκιστα εἴωθεν.

Cum ſit imperitiæ ipſa proles, cui apud Reges adulatio etiam ſæpè mixta:

Digitized by Google

Curt l. 3. c. 2. n. f. 38. & ſeq. ta : *Darius univerſi Exercitus aſpectu lætus , purpuratis ſolitâ vanitate ſpem ejus inflammantibus, Charidemum utilia monentem, ſupplicio afficit.*

Horat. 2. Sat. 5. Quin etiam ut ait limatiſſimi ingenii Poëta :

Creſcentem tumidis inflant ſermonibus utrem.

Plut. in Fabio. Cui itaque pectus eſt, in pectus hoc demittat:

Μία γὰρ, ὡς ἐνίκων ἀπειρία καὶ θράσος γεννᾷ καὶ θράσος ἀφαιρεῖται.

ap. Plut. in apopht. p. 206 Add. Tac. Agr. c. 15. f. & ibi Virdung. 90. pr. 178. cū ſq. *Audacia & magna facinora facienda , non deliberanda eſſe*, dixit Cæſar : quare alicubi Herodot:

Μέγαλα πρήγματα μεγάλοις κινδύνοισι ἐθέλει καταιρεῖσθαι.

In præcipiti & lubrico ſtantibus Conſilium è præſenti neceſſitate repetendum.

Thucyd. l. 3. p. 209. B. nec abludit iterum illud Thucydidæum:

Δράσαντα, τι καὶ κινδυνεύσαι δεῖ.

Tac. 1. A. 24. Aut acutus noſter Cornelius :

Ex re capiendum Conſilium.

Id. 3. Hiſtor. conf. Piccart. D: c. 5. c. 4. Imò ab eodem diſces : *inter ancipitia, deterrimum eſſe, media ſequi.*

Sic Rheſcuporis *maluit patrati, quàm incepti facinoris reus eſſe.*

Id. 2. Ann. c. 66. conf. Amirat. l. 18. diſc. 8 VI. Cupiditas: Thucyd. rurſus egregia quadam ſententia humani ingenii habitum, cum immoderata libidine rapitur, exprimit :

L. 4. p. 324. B. & Enenkel. ib. in Notis expoſuit. Εἰώθασαν οἱ ἄνθρωποι οὗ μὲν ἐπιθυμοῦσιν ἐλπίδι ἀπερισκέπτῳ διδόναι, ὃ δὲ μὴ προσίενται λογισμῷ αὐτοκράτορι διωθεῖσθαι. *Quò Cupiditas agit, eò præcipites ſpe inconſiderata ruere homines ſolent : quod averſantur conſilio imperioſo aſpernari : Hoc eſt : quando cupiditate animus obſidetur , idem ſpem ſibi potiundæ rei cupitæ fingit , quæ ſimul conjuncta adeò animum excæcant, ut præceps ſine reſpectu ad explendam cupiditatem feratur, ſimul quicquid obſtare ſibi , aut impedire vident , id non rationis, ſed cupidinis imperio conſiderationi ſubducunt.*

Senec. ep. 44. f. *Quo devenit in Labyrintho properantibus ipſa illos velocitas implicat.*

Cui adjuncta Celeritas : aſt utendum.

Conſilio		*arduis.*
Experientia	*in*	*dubiis.*
Celeritate		*urgentibus.*
Morâ.		*periculoſis.*

Liv. l. 31. c. 32. *Nihil* autem *magni diſcriminis conſiliis tàm inimicum quàm celeritas ; celer enim pœnitentia ſequitur , ſed eadem ſera atq; inutilis, cum præcipitata raptim conſilia neq; revocari, neq; in integrum reſtitui poſſint.*

Sall. Iug c. 64 Itemque *Cupido & ira peſſimi Conſultores.*

Liv. l. 2. c. 56. f conf. Piccart. Hiſt. obſ. Dec. 5. & 11. & l. 18. c. 6. *Quintius Conſul orat tribunos, darent iræ ſpatium ; non vim ſuam illis tempus demturum, ſed conſilium viribus additurum.*

Uti Plautus alicubi : *quicquid eſt incoctum, non expromunt , benè coctum dunt ;*

Simili

Simili tralatione dixit magnus ſcriptor : *id quidem conſilium ut princeps immaturumq; omiſit.* Sueton. in Octav. c.8.

Vetus verbum eſt : Schneller Rath/ nie gut thaſt. it:

Conſilii & Curſus idem exitus. & Mant.

Conſilium poſt facta, imber poſt tempora frugum.

Ein Rath nach der That/ iſt viel zu ſpat.

Themiſtocles tamen, κράτιστος, αὐτοσχεδιάζειν τὰ δέοντα *commendatur in eodem illa vis animi, quod fuerit in ſubitis conſiliis inveniendis, cum res poſtularet, excellens.* Thucyd. Lib. 1.p. 92. B.

Sic in hiſtoria Romana laudantur *Tullus Hoſtilius* Rex, & *Papyrius Curſor propter conſilia ſalubria, inter ipſa pericula inita.*

Sic Tacito teſte, *Cerialis ſubitus conſiliis, ſed eventu clarus.* 5. Hiſtor. 21.

Sic Vellejus M. Agrippæ hanc laudem tribuit : *Vir* inquit, *labore, vigiliâ, periculo invictus, & per omnia extra dilationes poſitus, conſultisque facta conjungens.* l 2.c.29.

Subſequitur tandem Adhibitio Conſilii, quæ eſt ejus tum admiſſio, tum uſurpatio : Inſtituenda autem Conſultatio 1. Maturè. *Cum Romani à Gallis per invidiam circumventi eſſent, tum demum Titurius, uti, qui nihil ante providiſſet, trepidare & concurſare, cohorteſq; diſponere : hæc tamen ipſa timidè, atq; ut eum omnia deficere viderentur : quod plerumq; iis accidere conſuevit, qui in ipſo negotio conſilium capere coguntur. At Cotta qui cogitaſſet, hæc poſſe in itinere accidere, nullâ in re communi ſaluti deerat.* Cæſar. l. 5. de B. Gall.

Huc pertinet Proverbium: vid. Eraſm. Chil. p. 902.

οὐδὲν δεῖ περὶ τὸν βωμὸν τὰς ἐπινοίας.

Non eſt apud Aram conſultandum.

Et *pavidis conſilia in incerto ſunt.* Tac 3. A. c. 9.

Peccatur hîc non tantùm in Polyarchia, imò etiam in Principatu mitiore: Sic enim *Plinius* de Trajano, *non ut aliâs* (ſub Domitiano) *attoniti, nec ut periculum capitis adituri tarditate, ſed ſecuri ac hilares, cum commodum eſt, convenimus: & admittente Principe, interdum eſt aliquid, quod nos domi quaſi magis neceſſarium teneat. Excuſati ſemper tibi, nec unquam excuſandi ſumus. ſcis enim, ſibi quemque præſtare, quod te videat, quod te frequentet: ac tanto liberaliùs ac diutiùs hujus voluptatis copiam præbes.* de Traj. in Paneg. c 48. in pr.

Odioſa eſt oratio, cum rem agas, longinquum loqui. Plaut. Mercat. act. 3. ſc. 4. verſ. 23.

2. Cum judicio Principis conſultantis : Excutienda Conſilia, & Judicii propria lance ponderanda, juxta verive1bium, *ſi tibi fuerint 30. Conſiliarii, ne deſeras conſilium animæ tuæ* : hîc tamen diligenter vitanda αὐθάδεια, quâ fit, ut princeps in corde ſuo volutet, iſtud noxium ἀξίωμα: Princeps exploret Conſilia aliorum, nitatur ſuo, denique auditis ac trutinatis conſiliis certi aliquid decernat. *Narciſſus.*

 Indul-

Iuv. Sat. 14 f. *Indulſit Cæſar, cui Claudius omnia, cujus paruit Imperiis, uxorem occidere juſſus.*

Tac. 12. A. 60. Id. Imp. Claud. *libertos ſibi & legibus adæquavit.* Princeps Conſiliarios diverſarum naturarum inter ſe veluti temperet, ita, ut habeat quoſdam melancholicos, qui ſunt lentioris & cunctantioris naturæ, ideoque penſiculatius & preſſius omnia expendunt: It: ſanguineos, qui ſunt acuti & Cholericos, qui acres & veritatis ſtudioſi: nedum de Phlegmaticis, qui fermè ſunt inepri ad conſilia. Hi verò Auguſti, *qui ſe hic ducendos præbent, & nervis alienis mobile lignum*, à Trajani præceptore eleganti metaphora vocantur.

Plut. in Alex. p. 677. F.

ἱππάσιμοι, i.e. in modum equi,
ſeſſorem admittentes: die ſich reiten laſſen.

Choniates p. 216. 31. & 217. 20. Niceph. Greg. L. 7. c. 22. Liv. l. 21. c. 4. pr.

Quomodo *Athanaſius Patriarcha pingitur Andronico Imperatori, ut equo inſidens*, ead. de cauſa plerumq; fit, ut major pars meliorem vincat. (ſub Imp. Traj. in Rom. Senat.)

Sic *Iſaacio Imper. Græc. quondam imperatum à quodam, nomine Theodoro, & poſt obitum hujus ab adoleſcentulo quodam, Idem & Legiones ejusdem circumagebantur, uti cetum maximum ducit parvus piſcis, qui propompus dicitur:* προπομπεὺς: de hoc piſciculo plura habet.

* Oppianus l. 5. d. piſcib. verſ 67. Ælian. l. 2. d. animal. c. 13 Plut. d. ſolert. anim. ſub. fin. p. 980. F.

Igitur periti in quaque re, & meliores, non plures audiendi: neque

Plin. Paneg. c. 76. pr. ſemper paucis credendum, hinc

Vicit ſententia non prima, ſed melior.

epiſt. 12 f. Aliôqui vetus hîc querela Plinii:

In publicis conſiliis nihil tam inæquale, quàm ipſa æqualitas: nam cum ſit impar omnium prudentia, par omnium jus eſt.

Homer. l. 4. Iliad. verſ. 319 Nec tamen ab uno, homines alii aliàs, & in aliis:

Ἀλλ᾽ ὅπως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισι.

Attamen haud ſuperi mortalibus omni præſtant.

Id. Odyſſ. 6. Sic idem Græcus Poëta: Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων οἷον
ἐπ᾽ ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. vid. pulcram ejus explicationem in Ep. Caſaub. ad Lingelshemium p. 9. 10. 11.

Confer. Piccart. Dec. 15. c. 9. Ergo tutius plures audiri, utique in rebus gravibus debent, ſi quidem unus aliquis facilè mutatur.

Val. M l. 9. c. 5 Exempl. Extr. 2. Add. Dion. Caſſ p. 78. d. e. & ſq. & 63. c.

3. Tamen ſine pertinacia judicet & eligat: *In hoc numero Xerxes ille, qui Græciæ indicturus bellum, adhibitis Aſiæ principibus, ne viderer, inquit, meo tantummodo uſus Conſilio, vos contraxi: cæterum mementote, parendum magis vobis eſſe, quam ſuadendum!*

Pier. l 6. hierogl. p. 59. Et quemadmodum *ſimiæ præ nimia exoſculatione ſuos enecant fœtus, ita hi ſuffeni ſe ipſos perdunt*, quod ſecundum Comicum noſtrum, *nil, niſi quod ipſi faciunt, rectum putant.*

4. Se-

4. Secretò: cum anima conſilii Secretum, & Conſus (i. e. Conſiliorum Deus) ideo Templum ſub tecto circo habebat, ut oſtenderetur, tectum eſſe debere conſilium. *Igitur, nec ipſe declaret, quò inclinet, ne cæteris aſſentiendi neceſſitas fiat, ſive ne ea omnium ſententia fiat, quæ Cæſaris fuerat.* Sed nec dictis jam ſententiis aperiat, quam probet; Et in Conſiliis à ſignis cavendum, indiciisque, queîs de ita ſtudioſè monet Advocatus bonæ mentis & rigidus: *magna Conſilia non benè vultus tegit.*

5. Conceſſa libertate: *nec adamanda* ῥήματα μαγειρικὰ *verba coquinaria.*

Sic βυσσίνοις χρῆσθαι ῥήμασι jubet Peryeatis, Cyri & Artaxerxis mater, eum, qui cum Rege colloqui velit.

Inter præclara Dionyſii Syracuſanorum Tyranni, dicta Plutarch. numerat etiam hoc:

> *Πολλῶν κακῶν ἡ τυραννὶς μεστὴ οὖσα, οὐδὲν ἔχει τηλικοῦτον ἡλίκον τὸ μηδένα τῶν λεγομένων φίλων μετὰ παρρησίας διαλέγεσθαι.*
>
> *Propter Votorum libertatem apud Judæos non admittebatur Rex in Conſilium Senatus.*

Indeq; adulantes oderit, quia *magnæ fortunæ comes adulatio. Vellej. L. 2. c. 102.* Nam

> *Deſperanda ſalus, qui verum audire recuſat,*
> *Inq; ſuum præceps labitur exitium.* Ovven. Monoſt. 17.

Vitellus talis,

> *Implens vera accipiendi.*

Imperator Julianus *errantem admoneri ſe ab amicis, æquo ferebat animo.*

Ceſtius *non eodem modo in libera civitate dicendam eſſe ſententiam, dixit, quo apud Reges: quibus etiam quæ proſunt, ita tamen, ut delectent, ſuadenda eſſe.*

At *quid violentius aure Tyranni?*

De aſſentatione crebra Aulæ: vid. Senec. ep. 59. p. 486.

Diogenes ait, adulationem melleum eſſe laqueum.

> *Τὸ ὑπερβάλλον τῶν τε τιμῶν καὶ τῶν ἐπαίνων χαυνοῖ γε πᾶς καὶ τοὺς πάνυ σώφρονας, ὥστε καὶ αὐτῶν ἐπαίνων ἀληθῶς γίγνεσθαι δοκοῦσι ποιεῖ.*
>
> *Immoderati honores, laudesq; levitatem animi etiam modeſtiſſimo cuiq; afferunt, ut ſe jam tales eſſe, quales prædicantur, exiſtiment.*
>
> *Conſtantius ut jam cælo contiguus, caſibusq; imperaturus humanis, magni loquentia, faſtuq; ſufflabatur adulatorum.*

Sicut *tres ſubordinati dedita operâ perſuaſerunt ruſtico, portanti ovem, eſſe canem; Sic Princeps inter mentientes ſtupet, ipſaq; conſuetudine pro rectis blanda audiendi ad ignorantiam veri perducitur. Quapropter hi qui ſummam aulam tenebant, omni placendi ſtudio Conſtantium extollebant in cælum.* Quo ille ſtudio blanditiarum ſublatus, immunem ſe deinde fore, ab omni immortalitatis incommodo fidenter exiſtimabat.

v. Caſſiod. l. 6. ep. 16. Tacit. 3. A. 22. Senec. l. 1. de Clem. c. 15. add. Toloſſ. Pol. l. 24. c. 7. n. 2. Senec. in controv. 5. l. 2. vid. Eraſm. p. 67. f. Plut. Apoph. Regum. p. 174 in Timoleonte p. 295. A. v. Schickard. Ius Reg Ebr. p. 10. pr. Bod. l. 3. d. Rep. c. 1. Gruter. diſc. 17. in Tac. parte 2. p. 158. Camer. cent. 1. c. 90. Syneſ. in Orat. de Regn. pr. Salluſt. fragm. p. 109. p. Zonar. in ipſ. vita f. 3. p. 24. ap. Senec. Patrem p. 10. pr. Iuv. Sat. 4. verſ. 86. Adde Sen. ep. 123. p. 671. A. Barclaius l. 3. Argenid p. 589. f. & ſeq. Caſſ. Dion. l. 44. hiſt Rom. p. 224. c. Am. Marcellin l. 15. c. 15. Id. d. l. c. 1. pr.

Unde

Iuv. Satyr. 4. verſ. 70.

—— nihil eſt, quod credere de ſe
Non poſſit, cum laudatur Dîs æqua poteſtas.

6. Sine Prœmio & Pœna:

Polyb. l. 2.

Sane : τοῖς μὲν ἐκ τύχης πταίουσιν ἔλεος ἕπεται, μετὰ συγγνώμης, καὶ ἐπικουρία· τοῖς δὲ διὰ τὴν αὐτῶν ἀβουλίαν, ὄνειδος καὶ ἐπιτίμησις συνεξακολουθεῖ παρὰ τοῖς εὖ φρονοῦσι.

Ammian. Marcell. c. 21.

At Conſtantinus aptè Julianum accuſabat, *quod Barbaros omnium primus ad usq; faſces auxerat & trabeas conſulares.*

2. à Vita & Moribus; Valeatque illud

Claud. IIII. Conſ. Honor. v. 199.

—— *emitur ſola virtute poteſtas.*

(Poteſtas hîc pro Magiſtratu ſumitur: v. *Sigon. d. ant. Jur. provin. l. 3. c. 5. f.*)

Zonar. in ejus vit. ad fin. t. 3. p. 107.

Imp. Leo Armenius Magiſtratus tàm civiles, quàm militares, delectu ex optimis habito (Ἀριστίνδην) *conferebat, Romanarumq; Provinciarum Præfecturas neq; pecuniæ venum exponebant: neq; ex gratia viris ineptis ad Magiſtratus, aut avaris, & jus pecuniâ vendentibus largiebatur. Quaſi etiam nunc fieret, res benè ſe haberent.*

Sed rara hæc Electio, aſt favor etiam provehit; *interdum & Mercatura: cujus exemplum in Tacito:*

l. 11. Ann. c. 22. in f.

Adde Keckerm. Curſ. Phil. diſp. 31. part. 1. 4. p. 584.

Item evolve Virtung. in Agric. Tac. p. 124.

Etiam Bodin. l. 6. d. Rep. c. 2. p. 651.

præcipuè verò l. 5. c. 4. p. 559. & ſeq.

Conſer

Confer quoq; Beſold. diſp. pol. 3. d. 1. p. 8. & d. 2. diſp. 3. §. 12.

Nec non Caſaubon. animadverſ. in Sueton. Cæſ. c. 19 p. 14.

Pollet hiſtor. for. Rom. l. 5 c. 12. pag. 500. & ſeq.

Piccart. *c. 4. dec. 2.*

Matagon. ad Italo-Galliam Machiavelli *pag. 70. & ſeq.*

Imperator Anaſtaſius Dicorus, Magiſtratus pridem venales ſine pretio conceſſit. Zonar. tom. 3. pag 45. 31.

Non igitur Miniſtri ſint infames, multò minus ancipites:

εἰς ἀρχῆς καλαςαθεὶς, μηδενὶ χρῶ πονηρῷ πρὸς τὰς διοικήσεις, ὧν γὰρ ἂν ἐκεῖνος ἁμάρτοι, σοὶ τὰς αἰτίας ἀναθήσουσι.

Ab Agricola hoc obſervatum:

Melius officiis & adminiſtrationibus non peccaturos perficere, quàm damnare, cum peccarint. Tac. in Agr. c. 19. & 3. Ann. f. 101.

Hoc enim modo Princeps peccat, quicquid illi: vid. Amir. l. 4. diſc. 1. Piccart. dic. 12. c. 6.

Agricola d. loc. in ſe ſuisq; orſus, primùm domum ſuam coërcuit.

Nam

Fungitur officio rarus ſine munere Judex,
Cur niſi quod ſanctum munere munus emit. Ioann. Owen. l. 1. ad 3. Mœcen. Epig. 16.

3. ab Ingenio, quod in nobis varium: *Enituit aliquis (Principum) in bello, ſed abſolvit in Pace: alium toga, ſed non arma honeſtarunt: reverentiam ille terrore, alius amorem humanitate captavit: ille quæſitam domi gloriam in publico, hic in publico partam domi perdidit: poſtremò adhuc nemo extitit, cujus virtutes nullo vitiorum confinio læderentur.* Plin. Paneg. c. 4. f.

Parens Poëtar. Græcorum jam olim: Iliad. 13. v. 730

Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολέμια ἔργα,
Ἄλλῳ δ' ὀρχηστὺν ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν.

Namque alii bellare Deus conceſſit,
Saltare, atq; alii cythara, cantuq; valere.

Et inſignis P. Latinus in Stiliconis laudibus hauſiſſe, ut alia, videtur è Plinii allato modò loco: Claudian. l. 1. v. 27. & ſeq.

—— —— nunquam ſincera bonorum
Sors ulli conceſſa viro, quem vultus honeſtas,
Dedecorant mores: animus quem pulchrior ornat,
Corpus deſtituit, bellis inſignior ille,
Sed pacem fœdat vitiis. Hic publica felix,
Sed privata minus. PARTITIM ſingula quemq;
Nobilitant. —— —— ——

Scilicet magnus ille Deus hoc voluit, aliud eſſe aliis, nec in omni re unum eminere.

Digitized by Google

Aliuſque P. Græcus:

Eurip. in Rheſo. act. 1. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἐνὶ τὸ πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν
πέφυκεν ἄλλο δ' ἄλλῳ προσκεῖται γέρας:

l. 4. c. 17. Ingenia itaq; recta eligenda, non tamen erecta, quum T. Livius de L. Quintio dictatore creato;

Animum illi non defuiſſe, poteſtate parem:

in Agric. c. 9. add. Amirat. l. 3. diſc. 11. Et Tacitus;

Opinio fuit Agricolæ Britanniam Provinciam dari, nullis in hoc ſermonibus ſuis, ſed quia par videbatur.

Tac. 6. Annal f. 296. p. Sic Oſtorius:

Multa militari famâ & civicam coronam apud Britanniam meritus ingenti corporis robore, armorumq́; ſcientia, metum Neroni fecerat, ne invaderet

Plin. Paneg. c. 68. fol. 55. Et

cum à malo Principe, tanquam Succeſſor timeatur, quisquis eſt dignior: cum ſit nemo non dignior, timetur omnes.

Sen. d. tranq. c. 4. Neque

Contumacia facit ad aulam.

Tac. 3. Ann. 75 & Curt. l. 8. f. 326. Medii ergo optimi: quo mihi Labeo aliquis *incorrupta libertate: aut Calliſthenes haud quaquam aulæ & aſſentantium accommodatus ingenio?*

Euphormio Satyr. part. 2. p. 46. Verùm felicitas quosdam promovet & ſuus Genius:

Fortuna cum Regibus amat eos extollere, qui ſuam felicitatem ſorti imputent.

Liv. 41. c. 20.

Iuſtin. 11. c. 10. *Alex. M. Abdalonimum, agricolam ignobilem, Sidoniæ Regem conſtituit, ſpretis nobilibus, ne generis id, non dantis beneficium putarent.*

Tac. 2. hiſt. c. 82. Verè prudentiæ Magiſter abſque pari, de Veſpaſiano:

Multos præfecturis & procurationibus, plerosq́; Senatorii ordinis honore percoluit, egregios viros & mox ſumma adeptos: quibusdam fortuna pro viribus fuit.

l. 8. c. 20. p. 237. & ſeq. Nicephorus Gregoras de beneficiis ab Imp. præter meritum in ſe collatis inquit:

Quocunq; me vertero, non habeo, quo conſilio adductus, quave ratione Imperator talem mihi te præbeas: niſi, quod apparet, te cum omnium Domino ingenio ſe contendentem, non ullas expectare beneficii cauſas: ſed illud tantùm ſpectare, qua ratione benè mereri poſſis. Quod ſanè omnibus Imperiis digniſſimum eſt & maximè proprium. Nam beneficentiæ causâ ſuppeditatâ benefacere non tàm benefici fuerit, quàm ejus, qui id meruerit.

L. 1. c. 1. p. 6. conſ. Amir. l. 3. diſc. 15. Idemque iterum:

Judicium gerendarum rerum uſu & experientiâ paratur, quâ multas etiam ſegnes naturas, velut è ſomno tandem excitari videmus, & urbaniores reddi.

Dein Adminiſtrorum Majorum Inſtitutio partim quoque perpendenda

da erit, & quidem 1. ad Modeſtiam. *Quomodo Trajanus libertos formavit, ne ſe Principis fortunâ metiantur. Quod aliàs* Claudian.l.2. d.Stilic. Laud.

— vitium rebus ſolenne ſecundis. Vellej.Paterc. l.2.

Ac quodammodò naturale.

Nam Sen.ep. 115. &

omnium iſtorum, quos altius incedere vides, felicitas bracteata eſt, cum revera ipſis nihil ſit miſerius. lib. cur in ſap. non cad. injur. c 13.

2. Ad quietam induſtriam; qualis *Jugurtha, qui plurimum facere, & minimum ipſe de ſe loqui ſolebat:* Salluſt.in Iug. c. 6.

Non enim erat περιαυτολόγος, ſiquidem *omnis oſtentatio non caret ſuſpicione mendacii: quia quicquid aſſumitur, proprium non putatur. De hinc quod jactantia avara laudis multum decoquit de pudore.* Symmach.l.1. ep.1.

Ita Tac.3. hiſt.50.

Annius Baſſus Poppaum Silvanum ſpecie obſequii regebat, ad omniaq́; qua agenda forent, quieta cum induſtria aderat.

Indeque invidiam effugies *ſi te non ingeſſeris oculis, ſi bona tua non jactaveris, ſi ſciveris in ſinum gaudere.* Senec.ep.18. pr.

Cui tamen amoliendæ, C. Petronius *delapſus eſt ad vitiorum etiam imitamenta.* Id. Tac. 16. Ann. 18.

Qualis Syllæ Id.14 Ann.57.

Simulator ſegnitia dum temeritati locum reperiret.

Ubi Lipſius notâ 147. hæc addit:

Sæpè ſic evenit, ut, qui maximè ambitioſi, occultent.

ἔωθε ἀπροσδόκητος εὐπραξία ἐς ὕβριν τρέπειν: Thucyd.l 3. p.198. b.

Solet inſparata felicitas in inſolentiam vertere.

Fiducia virtutis præſtari ſibi ſpondet, quæ ſcit deberi. Lipſ. in mon. p. 159.

Aſperius nihil eſt humili, cum ſurgit in altum, Claudian. l.1.
Cuncta ferit, dum cuncta timet: deſævit in omnes, in Eutrop. v.
Ut ſe poſſe putent: nec bellua tetrior ulla eſt, 181. Add. Sen.
Quam ſervi rabies in libera colla furentis. l.d. tranquill.
Agnoſcit gemitus, & pœnæ parcere neſcit, an, c.2.
Quam ſubiit, dominiq́; memor, quem verberat, odit.

Pulchrè & ad Taciti lucem Seneca in Oedipo:

Certiſſima eſt regnare cupienti via,
Laudare medica; & otium ac ſomnum loqui,
Ab inquieto ſæpè laudatur quies.

Ejusdem Sententiæ illud noſtri eſt: l.4.hiſt.in extremo. Add.

Domitianus ſimplicitatis ac modeſtia imagine in altitudinem conditus, ſtudiumq́; literarum & amorem carminum ſimulans, quo velaret animum, & fratris Sueton.in Domit.c.2.

anula-

æmulationi ſubduceretur, cujus diſparem, nitioremq́ naturam contra interpretabatur.

Id. l.5. c.38. Adde Gruter. diſc. in Tacit. part.2 p.121. & ſeqq. It. Iuſtin.21. cap.5.

Claudius Cæſar *ſtultitiam ſimulatam à ſe ex induſtria ſub Cajo, quod aliter evaſurus, perventurusq́ ad ſuſceptam ſtationem non fuerit, quibusdam oratiunculis teſtatus eſt.*

Laurentius Medices Alexandrum *Florentiæ Ducem è medio ſuſtulit, multo tempore ſegnitiem & timiditatem ſimulavit: tantum carminibus & Comœdiis ſcribendis ſe deditum prorſus oſtendit. Sed quali ingenio eſſet, cæſo Alexandro manifeſtum dedit.*

Annibal. Scotus in f.l.4. hiſt. Tacit.

Contrarius Salluſtii Criſpi nepoti de quo *Tac.* 3. *A.* 30.

Antipater, qui Judicio, *Alexander, foris quidem* λευκοπάρυφος, *intus autem* ὁλοπόρφυρος.

Plutarch. in Apopht. 180. E Add. Henr. Steph. in λευκοπάρυφος.

Tac. Agr. c.6. Qui ſapis, capis: nihil tibi adſcribas: *Inertia ſub Nerone pro ſapientia erat.*

Curt. l.6. c.6. conf. Amir. l.4. diſ.3. Clapm. l.3. c.11. Gruter. part.2. diſc. p.102.

Craterus *Artacœnam obſidens, omnibus præparatis Alexandri Regis expectabat adventum, captæ urbis titulo, ſicut par erat, cedens.*

Luna igitur eſto & gloriæ tuæ omne lumen refunde illi Soli, *præſertim in bellicis.*

Tacit. d. mor. Germ. c.14. fol.441. c.

Germani hoc erga Principes ſuos ſervabant olim:

Et illum defendere, tueri, ſua, quoq́ fortia facta gloriæ ejus aſſignare, præcipuum Sacramentum erat: & cui ſuperſtitem ex acie receſſiſſe, in omnem vitam ac probroſum habebatur.

Cæſar. l.3. Bell. Gall. c.22. Simile Gallorum devoti:

Quos iidem Soldurios appellant, quorum hæc eſt conditio, ut omnibus in vitâ commodis unâ cum his fruantur, quorum ſe amicitiæ dederint: ſi quid iis per vim accidat, aut eundem caſum unâ ferant, aut ſibi mortem conſciſcant. Neq́ adhuc hominum memoriâ repertus eſt quisquam, qui, eo interfecto, cujus ſe amicitiæ devoviſſet, mori recuſarit.

(Devoti Græcis ſunt εὐχωλιμαῖοι.)

Id genus Conjurationis Græci *συναποθνησκόντων*, i. e. commorientium vocant. *&c.*

vid. Annotat. Glandorpii, Ciacconii & Hottomanni in iſtum locum Cæſaris.

De ἱερῷ λόχῳ ſacra cohorte Thebanorum evolve Plut. *in Pelopidâ p.287 & ſeq.* Salluſt. *in fragm. p. 112. p.*

Val. Max. l.2. l.6 ex.11. add. de la Nove diſc.16. (Celtiberi) *ſe Regibus devovent, & poſt eos vitam refutant, adeò illis ingenita eſt ſanctitas Regii nominis.*

Plura hujus rei exempla lege in Camer.

Cent. 3. c. 57.

Unde

Unde ſapiens Syracides: Syr. c. 26, 25.

In duobus contriſtatum eſt cor meum, & in tertio iracundia mihi venit, vir bellator deficiens per inopiam: & vir ſenſatus contentus: & qui transgreditur à juſtitia ad peccatum.

Noſter Tacitus de Silio, merita ſua in Tiberium nimis jactante: 4. Ann. c. 18.

Deſtrui per hæc fortunam ſuam Cæſar, imparemq; tanto merito rebatur. Nam beneficia eo usq; læta ſunt, dum videntur poſſe exſolvi. Ubi multum antevenêre, pro gratia odium redditur.

Quidam quo plus debent, magis oderunt. Leve æs alienum, debitorem facit; grave inimicum. Senec. ep. 19. f

Sed & ſimile hîc *quod in arboribus, ſub quarum umbram, ubi tempeſtas eſt, confugimus: cum deſerenavit, ramos frangimus & abimus.*

vid. Plutarch. in Themiſt. 121. A. Val. Max. l. 5. c. 3. Senec. ep. 81. Machiav. diſp. l. 1. c. 29.

Addam prudentiſſimi Cominæi Sententiam: vid. eund. Comin. fuſius in l. 5. d. reb geſt. Lud. XI R. Gall. p. 183. & ſeqq.

Tàm eſt difficile in omni genere vitæ ſic ſe gerere, ne impingas: magnumq; eſt Dei donum, valere ſenſu communi, & judicio naturali.

φιλότιμοι φύσεις ἐν ταῖς πολιτείαις τὸ ἄγαν μὴ φυλαξόμεναι τοῦ ἀγαθοῦ μεῖζον τὸ κακὸν ἔχουσι. Plut. in Ageſi 600. B.

Ambitioſa ingenia in Rebuspubl. modum egreſſa plus habent mali, quàm boni.

[illegible]que ideò tantum magni duces ferè poſtea neglecti: Iuſt. 12. c, 14.

Sic quoq; Antipater magnis rebus in Græcia geſtis non tàm gratum ſe apud Regem Alexandrum, quàm invidioſum eſſe vidit.

Hinc Tac. 4 hiſt. 3.

proclivius eſt, injuria, quàm beneficio vicem exſolvere: quia gratia oneri, ultio in quæſtu habetur.

Cum Plin. in Paneg. fol. 47. f.

in Principe rarum ac propè inſolitum ſit, ut ſe putet obligatum, aut ſi putet, amet.

De cauſis inconſtantiæ favoris aulici eleganter diſſerit Barclaius, acutiſſimus Politicus in ſuo ſingularis exempli commento. in Argenide p. 19. 20.

Sed etiam exteri ſubjecti invidiæ: Ita *Themiſtocles*, ut & *Alcibiades plus invidiæ, quàm gratiæ contraxerunt.*

Plut. 126. B. Juſtin. 5. c. 2. pr. Adde Piccart. obſ. dec. 15. c. 3. præcipuè verò d. 12. c. 7.

3. Ad Patientiam, *injurias ferendo & gratias agendo:* Tac. 2. hiſt. 71. Id. 14. Ann. 56.

Sic

Seneca Neroni gratias agit pro maleficio potius, quàm beneficio, & Vitellio actæ inſuper gratiæ, conſuetudine ſervitii. Senec. l. de tranquill. c. 14

Digitized by Google

Sic

Julius Canus Caligulæ gratias agit, cum ab eo duci juberetur ad ſupplicium. Ago gratias, inquit, *optime Princeps.*

ib. Nec mirum, nam ibidem additur:

Agebant gratias & quorum liberi occiſi, & quorum bona ablata erant.

Stob ſerm. 42. p. 2981.

Scilicet homo natus in hoc, ut mores liberæ civitatis Perſica ſervitute mutaret, Perſarum inſolentiam hic quoq; æmulabatur, *apud hos enim gratias agebant Regi, ab eo flagellari juſſi, ſeq; felices prædicabant ideò, quod Rex eorum meminiſſet.*

l. 14. è Poſſidonio. conf. Nic. Ch. log. egreg. l. 3. in Mam. Comment. p. 121. cum ſeqq.

Idem fermè de Perſarum ſucceſſionibus Parthis Athenæus Naucratita prodit:

Sc. *Regis eorum convivas ſæpè levi de cauſa è triclinio, cœnaculové adductos, virgis, loriq; cæſos, & cruore fœdatos, illum, à quo cæſi erant, tanquam excepto beneficio procumbentes venerari ſolitos.*

Ejuſmodi nobilitate plagas concoquunt hodie & Turcæ & Moſcovitæ.

Denique 4. ad Cautelam, qui hîc multi laquei:

Niceph. Gregor. l. 7. c. 23. p. 185. & ſeqq.

Calumniatoris aulici exemplum eſt Nipho Patriarcha Conſtantinopolitanus, quoscunq; vel ingenio, vel quamvis earum artium, quæ vel publicè omnibus, vel privatim Imperatoribus placerent, præſtare cerneret, eorum ſe palam amicum ſimulabat; clàm vero oderat & invidebat omnibus: & aliàs alios occultè criminando Imperatoris animum ab illis alienare ſtudebat. In quo Libycum ſerpentem imitabatur; ajunt enim, ſerpentem naſci in Aphrica, viperæ non abſimilem, qui multa arena obrutus, ore & lingua tantum exerta, prætereuntes inexpectato mulctet interitu.

Tac. in Agric. c. 41. conf. Gruter. diſc. part. 2. f. 95 & Scip. Amir. l. 11. diſc. 1.

Politicæ rei Magiſter rectè:

Peſſimum inimicorum genus, laudantes.

Sic prudens Senex,

Cum omnia caveris, per ornamenta ferieris.

Senec. 4. QQ. Nat. p. 722.

Lipſ. l. 2. Saturnal. c. 17.

Quod ſimile à re gladiatoria ſumptum, i. e. *per ipſa arma. Ab antiquis arma dicta fuiſſe ornamenta*, oſtendit felix Senecæ Æmulator.

Tò *per* hîc non ſignificat cauſam efficientem, ſed locum. Præceſſit enim in Seneca: non potes conſequi, ut ſis impenetrabilis. *Nam etſi ornamentis ſeu armis gladiatoriis te muniiſti, undiq; tamen ictus per illa ipſa ornamenta tranſibit.*

Id. not. 73. ad Tac. 3. H.

Eidem æmulatori alibi *ornare* eſt *armis inſtruere*, auffbutzen.

Regnum & Reges mutabiles, cum aula:

vid. Barcl. Arger. id p. 13. 19. 20.

Quare aulici *ſimiles rotis; quarum cum pars altera terræ incumbit, altera ſeorſum tollitur: mox ea, quæ ſublimis fuerat, depreſſa: quæ humilis in altum elata conſpicitur.*

Erant

Erant ſub oculis naufragia multorum, quos inſidioſa tranquillitate provectos, improviſus turbo perculerat; Quod enim tàm invidum mare, quàm blanditiæ Principum illorum, quibus tanta levitas, tanta fraus, ut facilius eſſet iratos, quàm propitios habere. Zonar. tom 3. p. 137 16. in vit. Baſil. Mac. Plin. Pan. c. 66

Exempla lege, præter aljos, apud Beſold. de conſil. axiom. 128.

Bellè illud prudentiæ Corculum: Polyb. ſub init. l. 5. p. 374 in hiſt. Apell.

Πράξεις γὰρ δὴ πάνυ καιροὶ πάντας μὲν ἀνθρώπους, ὡς ἐπίπαν ὑψοῦσι καὶ πάλιν ταπεινοῦσι: μάλιστα δὲ τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις. ὄντως γὰρ εἰσὶν οὗτοι παραπλήσιοι ταῖς ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψήφοις, ἐκεῖναί τε γὰρ κατὰ τὴν τοῦ ψηφίζοντος βούλησιν ἄρτι χαλκοῦν, καὶ παραυτίκα τάλαντον ἰσχύουσι, οἵ τε περὶ τὰς αὐλὰς κατὰ τὸ τοῦ βασιλέως νεῦμα. Μακάριοι καὶ παρὰ πόδας ἐλεεινοὶ γίνονται.

Hoc eſt:

Enimverò cum in univerſum omnes mortales parvis momentis & ſublimes evehantur, & rurſum dejiciantur: tùm in iis, qui Regum aulas colunt, id præcipuè locum habet: Planè enim ſimiles iſti ſunt calculis, quos in numerariorum abacis eſt videre. Nam & hi pro lubitu calculantis, modò chalcum (ſive oboli ſextam partem) valent, modò talentum: ita quoque aulici ad Regis nutum beati aut miſeri repentè exiſtunt.

Veteres Græci rectiſſimè præcepêre: ἄλευ ἀπὸ μείζονος ἀνδρός. Majorem vitato virum. Suida referente

Et Salomon idem admonens inquit: Prov. 23.

Cum ſedes, ut comedas, cum potente, ſis cautus, & ponas cultrum in gutture tuo, ut ſerves animam tuam.

Ergò *otium res optima* ſecund. Plinium in Paneg. c. 86.

Ubi Lipſius: *Quidni optima?* Ad. Senec. de brevit. vit. c. 5.

Meo intimo animo & Socratis dicto.

σχολὴ κάλλιστον κτημάτων:

Quies optima rerum.

Nam. Philo in Abrahamo.

Vir bonus vitæ quietæ amator, ſeceſſum quærit & ſolitudinem, latère cupiens, non odio hominum: eſt enim, ſi quis alius, eorum amans: ſed quia fugit & proculcat vitia, quibus vulgus delectatur, gaudere ſolnum iis, quæ delenda ſunt, & dolere iis, quæ gaudenda.

Nec malè noſter: Tac. 4. hiſt. 74

Laudatorum Principum uſus ex æquo, quamvis procul agentibus: ſævi proximis ingruunt.

Hæc acuta gnome callidè videtur abducta antiquario Criſpo:

Digitized by Google

Salluſt. in orat Syllæ ad Bocchum.

Tibi verò nulla amicitia opportunior noſtra: primum procul abſimus: in quo offenſa minimum, gratia par ac ſi propè adeſſemus.

An verò ſapiens ad Rempubl. accedere debeat? vid. *cit.* à Beſold. Colleg. *claſſ.* 2. *diſp.* 3. *θ.* 10.

De periculoſo autem ſtatu aulicorum calumniis objectorum leg. Camerar. *Centur.* 3. *c.* 56. *v.* 197.

Tandem heîc quoque minores in hoc Palatio adminiſtri ſe nobis offerunt, qui breviſſimis ſint *obſequioſi:*

Symmach. l. 1. ep. 1. (m)

Præter æquum cenſet, qui inter diſpares par obſequium requirit.

(ap. d. Aurel. Victor)

Sint utiles: *Non tineæ & ſorices Palatii:* Quod dictum Licinio Imper. attribuitur:

(ap. Capitol. in ejus vita.)

Benè Antonius Pius:

Nihil eſſe ſordidius, imò crudelius, quàm ut Remp. ii arroderent, qui nihil in eam ſuo labore conferrent.

(ap. Lamprid.

Et Alex. Severus:

Malum pupillum eſſe Imperatorem, qui ex viſceribus Provincialium homines non neceſſarios, nec Reip. utiles poſceret.

Senec. de tranquill. an. c. 4.

Et ſint inſuper ſtrenui, quia ferè plus ſibi videntur poſſe quàm poſſunt:

Alius eloquentiæ fiducia prolabitur, alius patrimonio ſuo plus imperavit, quàm ferre poſſit; alius infirmum corpus laborioſo oppreſſit officio: Quorundam parùm idonea eſt verecundia rebus civilibus, quæ firmant, frontem deſiderant: quorundam contumacia non facit ad aulam.

Medium ergo tenendum, ut & fiducia adſit & contumacia abſit: *hîc in Notis Belgarum quondam Oraculi,*

Heîc ſubjice quoq; Principis cautiones ſive præcepta 5. *Lud. Septalii, Medici,* quæ collegit Chriſtoph. Forſtn. Omiſſor. Lib. ad l. 3. Annla. Tac. p. 48. cum ſeq.

S. PRINCIPS IN COMP. P. 10. 7. 15.

Solent *antiqui Principes* habere *unum*, quem ſibi ex omnibus deligunt, quem pro cæteris amant, cui ſe præ cæteris confidunt, cujus conſilia præ cæteris ſequuntur. Mihi quidem prohibendum non videtur, quin Princeps virum aliquem gravem, expertum & confidentem habeat, cui mentem ſuam patefacere, ſecreta aliqua, quæ forſan non omnes ſcire vellet, cum ipſo conferre, & conſilium quoque illius expetere poſſit: *Sed non eſt res eò deducenda, ut in abuſum veniat.* Conferat cum tali Principe, communicet quæ vult, conſilium illius expetat, ſequatur etiam, ſi ita ſibi videbitur; at non ita ſe abjiciat, ut nihil ſine illius præſcitu reſolvere, nihil præter voluntatem & opinionem ejus agere, nil niſi conſilium

lium ejus ſequi poſſe videatur. Quod ille approbavit, hoc bonum; quod rejecerit, hoc malum eſto. Non ita ſe, dico, abjiciat, ut ipſum quaſi timere videatur, nec offendere, ne in minimo quidem poſſit: Non permittat, ut omnes huc tantùm currant, hîc petant, hîc ſollicitent, hîc ſua proponant, & Principem ipſum prætereant. Non permittant, inquam, ut unius Miniſtri ſpiritus in tantum ſe extollat; ſed Ipſe authoritatem ſuam conſervet & tueatur; talem autem in officio contineat, nec debitos limites excedere patiatur. Et quoniam ad Reipubl. utilitatem etiam hoc ſpectat, ut officia publica maximè Judicum, & eorum, qui adminiſtrationi juſtitiæ vacant, minora quoque conſilia idoneis perſonis inſtruantur, ideò Princeps ſummoperè attendat, ut *ſemper viros bonæ conſcientiæ, doctos & literatos* ad talia aſſumat, qui munus ſuum ritè exequi & Juſtitiam recto tramite adminiſtrare velint & poſſint. Nam cavendum maximè eſt, ne in hac re ad perſonarum accommodationem & proviſionem magis, quàm ad earum habilitatem attendatur, unde poſtea Juſtitia maximè luat.

Cum autem nunc temporis magna talium virorum videatur eſſe penuria, ideò, ut Princeps eò facilius idoneas perſonas habere & eligere poſſit, non erit abs re, ſi Juventutem jam ante diſciplinis litterariis & bonis moribus in Scholis imbutam, *paulatim ad minora conſilia & functiones minoris momenti adhibeat*, ut ſic in unione virorum doctorum, & in negotiis bene verſatorum, creſcentibus annis, & cum iis, Sapientiâ & Experientiâ, tandem tales ex iis viros efficiat, quibus etiam in majoribus officiis progreſſu temporis uti queat. Officium quoque Principis eſt ſæpius & diligentius inquirere, *quomodo in Rep. res agatur, quomodo Miniſtri, quomodo Conſiliarii functionibus ſuis præſint & officio ſatisfaciant*. Maximè autem provideat, ne per hos *viduæ, pauperes & orphani* opprimantur; nam & de his coram Judice Deo Pr. rationem reddere debebit, & ſæpiſſimè fit, ut *plus peccet per miniſtros ſuos, quàm per ſe ipſum*. Et ad id faciliùs aſſequendum, bonum erit, ſi habeat, *Viros quoſdam bonos & fideliſſimos*, qui quandoque in ſummo Secreto, Conſilia, Judicia, Tribunalia, Curias viſitent, quomodo ſe res in gubernatione & adminiſtratione illorum habeat, diligenter inquirant, in ſecreto ad Principem omnia referant, ut prodeunte aliquo defectu maturum remedium adhiberi poſſit. In hoc quoq; incumbere debet, ut Miniſtris, Conſiliariis, Judicibus & aliis conſtituto tempore

Digitized by Google

ſua ſemper *Salaria* diligenter exſolvantur; *ni* enim *hoc fiat in maximo verſabitur Juſtitia periculo*; multi enim ex talibus, cum parum æris poſſideant, nec ſalaria quidem ſibi debita habere poſſint, paupertate preſſi munera accipere, & per conſequens juſtitiam violare cogentur. Demum Principis maximè intereſt, ut *exactè noſcat eos, qui circa ipſum verſantur:* & licet multi fideles inter ipſos atq; genuini, ut ajunt, Germanici cordis reperiantur, qui nihil aliud intendant, quam commodum Principis; invenientur tamen multò plures, qui nihil aliud invigilant, quàm in propriam utilitatem, ad quam obtinendam omnes vias & modos perquirunt. Atq; hi maximè. Pr. placere ſtudent, omnes illius actiones approbant: quod Principi placet, hoc bonum & licitum, quod diſplicet, idem malum & vetitum aſſerunt. Nunquam verificis labiis ei loquuntur, ſed ſemper illud, *quod libet*, *licet*, in corde & ore circumferunt.

Diſpiciamus jam

Ejusdem Summi Principis, IMPERATORIS *Germanorum Florentiſsimi*,

Prætermiſſo nunc, adeoque ad præcitatum Libellum remiſſo ordinario Statu Aulico Dn. Avi, FERDINANDI II. & IMPERATRICIS ELEONORÆ, Glorioſiſſ. Mem. cum numero, nominibus & officiis utriusq; Majeſtatis Aulicorum &c. Attalicum Aulæum Aulæ IMPERIALIS, cujus QUADRIGA ſummorum officiorum, & eorundem h. t. DNN. PRÆFECTORUM atq; OFFICIALIUM ita ſe habere ſcribitur.

I. Supremus Aulæ Magiſter, Obriſt⸗Hofmeiſter.

DN. Princeps Bohemiæ.

Herꝛ Ferdinand Fürſt von Dietrichſtein/ der regierenden Röm. Käyſerin Hofmeiſter.

Herꝛ Graf von Wallerſtein/ Maltheſer Ritter/ Röm.

Röm/Käyſerl. Majeſt. Leib-Guardi Hatſchier-und Trabanten-Hauptmann.

Herr Hans Ernſt Fünfkirchen/Freyherr von Fünffkirchen/verwittibten Röm. Käyſerin Leib-Guardi-Hatſchier-und Trabanten-Hauptmann.

II. Supremus Aulæ Mareſcallus, Hof-Marſchall.

Herr Heinrich Wilhelm von Starenberg.
NB. Jetzund Lands-Hauptmann in Ober-Oeſterreich.
Ejusdem Succeſſor
Herr Ferdinand Bonaventura, Graf ꝛc.

III. Supremus Cubiculi Magiſter, Obriſt-Cammerer.

Herr Maximilian Graf von Lamberg.

IV. Supremus Stabuli Præfectus, Obriſt-Stallmeiſter.

Herr Graf von Dietrichſtein.

De variis Conſiliis Aulico-Cæſareis.

I.

Conſilium Intimum Director.

Herr Johann Graf von Rothal/Geheimer Raht.

Herr Johann Maximilian Graf von Herberſtein/Geheimer Raht.

Herr Chriſtoph Leopold Graf Schaffgotſch/ Geheimer Raht und Vice-Director im Hertzogthum Schleſien.

Herr Gundakher/Graf von Dietrichſtein/Geheim. Raht.

Herr

Digitized by Google

Herr Euſebius Graf Pötting / Geheimer Raht / in Hiſp. Leg.

II.

Conſilium Imperatoris Aulicum.

Herr Leopold Wilhelm Graf von Königs Egg / Reichs-Vice-Cantzler.

Herr Johann Adolph / Fürſt von Schwartzenburg / Reichs-Hof-Rahts-Præſident.

Herr Maria Frobenius / Graf von Fürſtenberg / Reichs-Vice-Præſident.

III.

Conſilium Aulico Bellicum ſive Militare.

Herr Raymund / Gefürſter Graf von Montecuculi, General-Lieut.

Herr Walther Graf von Leßle / Obriſt zu Roß und Fuß.

Herr Ludwig Radwig / Graf von Souches, Stadt-Obriſt in Wien / anjetzo Commendant in der Feſtung:

Und an ſeine Stell /

Herr Obriſt Kopp ꝛc.

Herr Ferdinand Freyherr von Hohenfeld / General-Kriegs-Commiſſarius.

Herr Hans Sigmund Freyherr von Fünffkirchen / Obriſt Quartier-Commiſſarius.

Herr Johann Jacob Graf von Zeil / Hof-Kriegs-Raht.

IV

Conſilium Cameræ Aulicæ Cæſar.

Herr Georg Ludwig Graf von Sintzendorff / Hof-Cammer-Præſident.

Herr Johann Quintin Graf Jörger / Hof-Raht.

V.

Conſilium Eccleſiaſticum.

VI. Con-

VI.

Conſilium Conſcientiæ.

Herr P. Emerich / Guardian beyn Capucinern.
H. P. Müller / è S. J. Imp. à Confeſſ.

VIII.

Conſilium Confiſcationis.

Herr Frantz Carl Sartori von Schwanefeld / Reichs-Hof-Rahts-Fiſcal.

VIII.

Conſilium Aulico-Hungaricum.

IX.

Conſilium Aulico-Bohemicum.

Herr Bernhard Ignatius Graf von Martinitz / Vice-König in Böheim.

Herr Johann Hartwich Graf von Noſtitz / Obriſt-Cantzler in Böheim.

Herr Adolph Uratislaus Graf von Sternberg / Vice-Cantzler in Böheim.

RADIUS SEXTUS

PRUDENTIA PROPRIA, TOGATA, DIVINA.

PRudentiæ alienæ ſemitam decurrimus, aperitur campus propriæ, verè campus, in quo, ob difficultatem & profunditatem, puta lubricitatem objecti, ut ſunt τὰ πρακτὰ, & proin circumſtantiæ ſive ſingularia, quæ, cum recedant ab univerſalibus, propter multitudinem & varietatem ſuam, non facile poſſunt cognoſci, certam viam aut limitem quis comprehendet? Igitur, vid. Piccart. dec. 2. c. 10.

In tenebris noſtræ & denſa caligine mentis
Turbati erigimus, DEUS, *ad Te, Lumina Cordis!*

PRUDENTIA hæc, quam in Principe vel moderatore Reip. quæro,

Digitized by Google

eſt vel TOGATA, QUAM IN QUOTIDIANA HAC GUBERNATIONE, TRANQUILLISQUE REBUS INTERVENIRE INTELLIGO: VEL SAGATA QUAM IN BELLO, REBUSQUE TURBATIS.

Liv. l. 2. c. 43. f.

Excellentibus ingeniis citius defuerit ars, quâ civem regant, quàm quâ hoſtem ſuperent.

Val. Max. 2. c. p. 4.

Expugnentur licet urbes: corripiantur Gentes: Regnis manus injiciantur. Niſi Foro & Curiæ judicium & verecundia ſua conſtiterit, partarum rerum velo cumulus aquatus, ſedem ſtabilem non habebit.

Tacit. 4. hiſt. 1

Duces partium accedendo civili bello acres, temperanda victoria impares; quippe in turbas & diſcordias peſſimo cuiq; plurima vis: pax & quies bonis artibus indigent.

vid. Albet. Gentil. p. 80. Caſaub. Exercit. contra Baron. in Præfat. ad Reg. p. 14. & ſeq.

Illius materies iterum duplex: RES DIVINÆ, RES HUMANÆ. In R. Divin. verſari eam dico, QUÆ SACRA, RELIGIONEMQUE TANGIT ET DIRIGIT, QUATENUS TAMEN PRINCIPIS EA CURA. Etenim Magiſtratus Pius & Cuſtos utriuſque Tabulæ, & Nutritius Eccleſiæ; adeoque curanda Religio Principi ſive Auguſto, & quidem decori cauſa:

ap Plutarch. in Themiſtocl. p. 25. c. v. Meurſ. & in Gloſſario p. 167. b. & 243. a.

βασιλεὺς εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τὰ πάντα σώζοντος.

Sic Imperator Conſtantinopolitanus *hunc titulum habuit, ut diceretur ἐπιστημονάρχης, Doctrinæ Eccleſiaſticæ Præſes. Ita Imperator non ſecus ac Patriarcha, utebatur cerâ Praſinâ, quô innuebatur, ad eum etiam pariter atq; ad Patriarcham docendi munus pertinere.*

Id. d. p. 243. in Καγκελλάριος.

Item Patricius aliquis i. e. ejus locum tenens ὑπατικλησίων ab hac re appellabatur.

Ibid. 413.

August. ep. 56. ad Bonifac. v. D. Mejer. diſputat. Iubil. theſ. 12. Argent.

Ut & Tutelæ ac Augmenti cauſâ; hinc pius Antiſtes eleganter ait: *In hoc ſerviunt Domino Reges, cum ea faciunt Illi, quæ non poſſunt facere, niſi Reges: hoc autem eſt, Religionem conſtituere, conſervare, defendere, amplificare.* Maximè vero ad Magiſtratum pertinet cura inſtituendæ, inſtaurandæ ac tuendæ Religionis, quando Epiſcopi dormiunt, aut hoſtes adverſantur Evangelio: Tum enim convocabit ſynodum more Conſtantin. M. & armis corporalibus defendet Eccleſiam. Olim enim iidem Reges & Sacerdotes. proinde Cicero tr.

Cicero pro domo ſua pr.

Majores eosdem & Religionibus Deorum,
& ſumma Reip. præeſſe voluiſſe.

vid. Beſold. polit. 68. f. & ſeq. Arnis d. Exerc. pl. clericor. part. 2. p. 18. & ſeq. Robertus Gaguinus l. 9. hiſt. Franc.

Quam ſit noxium Sacerdotes in negotia Reip. falcem ſuam immittere, vidit etiam ille Hiſtoriographus, cum ſcribit:

Illud compertum eſt inter Francos, plus damni in Remp. invehi, dum ſacerdotis Conſilio res agitur, quàm cum prudens aliquis ex ſeculi nobilitate rebus agendis perficitur. Ille enim neſcio quâ inſatiabili ambitione omnia ſibi vendicat: hic populi miſertus, & communitatis detrimentum, ſuum eſſe ratus, Reip. benè, ut poteſt, conſulit.

Rex

Rex Anius, *Rex idem hominum, Phœbiq; Sacerdos.*

Jam verò publicè quî ſalviſſimus, niſi illâ ſalvâ:

Religio vinculum (Συνεκτικὸν) *eſt omnis Societatis.*

Et *pietate adverſus Deos ſublatâ, fides etiam & ſocietas humani generis & una excellentiſſima virtus Juſtitia tollitur.*

Virgil. d. Rege Deli Anio loquens Æn. 3. Plut. contra Col. Cic. l. 1. d. nat. Deor.

Neque tamen eadem miſcenda; aſt una in uno Regno ſervanda, & maximè ex ritu Vet.

Externorum ſacrorum à Romanis pulſorum Exemplum habet acutus noſter Hiſtoricus.

Nec *corpora modò affecta tabe: ſed animos quoq; multiplex religio, & pleraq; externa invaſit: novos ritus ſacrificando, vaticinando inferentibus in domos, quibus quæſtui ſunt capti ſuperſtitione animi: donec publicus jam pudor ad primores civitatis jam pervenit, cernentes in omnibus vicis, ſacelliq; peregrina atq; inſolita piacula pacis Deûm expoſcendæ. Datum inde negotium Ædilibus, ut, animadverterent, ne qui niſi Romani Dii, ne quo alio more, quàm patrio colerentur.*

Tacit 2. Ann. 85. ubi vid. Notas Lipſ. 221. ad d. eund. Tacit. 11. Ann. 15. Liv. l. 4. c. 30.

Ergò *defendenda Religio eſt, non occidendo, ſed monendo: non ſævitia, ſed patientia: non ſcelere, ſed fide. Illa enim malorum ſunt, hæc bonorum. Et neceſſe eſt, bonum in Religione verſari, non malum: Nam, ſi ſanguine, ſi tormentis, ſi malo religionem defendere velis, jam non defendetur illa, ſed tolletur, & violabitur.*

Lactant 5. Inſtit. Lactant. 20.

Nihil enim eſt tam voluntarium, quàm Religio, in qua, ſi animus ſacrificantis averſus eſt, jam ſublata, jam nulla eſt; Recta igitur ratio eſt, ut Religionem patientiâ & (non) morte defendas. &c.

Confer Camerar. l. cent. 58. Gerard. loc. comm. tom. 6. p. 850.

Præprimis precibus animorum in Cœleſti doctrina, concordia eſt efflagitanda:

Quin ipſâ divinâ voce *religionum* improbatur *diverſitas*, quam divini Juris ſanctionem Impp. ſapienti Conſilio repetiverunt. Et *coacta ſervitia* ipſe DEUS *averſatur.*

Deut. 13. 5. l. 4. & 5. C. d. hæret. Pſalm. 110, 3.

Inter diverſæ porro Religionis Cives ſunt, qui hæreſin tantùm amplectuntur: ſunt qui ſpargunt: Illi ſi pacatè vivant, ſpe converſionis & Pacis publicæ gratiâ, tolerari videntur, inprimis, ſi pactum cum iis contractum facit, quod IPSEMET CHRISTUS Salv.

Zizania non eradicari, ſed relinqui (h. e. hæreticos non exterminari aut perimi, ſed tolerari, ut ſc. ſpatium pœnitentiæ, ad tempus vitæ haberent) *voluit.*

Matth. 13. vid. Bernegg. QQ. Miſc. 46.

& D. Apoſtolus Paulus *non de vita tollendos, ſed devitandos monet* (h. e. familiari communione non dignandos.)

ad Tit 3. verſ. 10. 11.

Oportet namq; *hæreſes eſſe:*

Id. ib. 1. Cor. 11, 19.

In fidibus ſi quid diſcrepat, non abrumpitur ſtatim, ſed paulatim reducitur ad concentum: in Fide cur non idem fit?

 Ni-

Digitized by Google

2.Cor.6,14. Nihilo tamen minus ſcandali ratio habeatur ſedula, *ne jugum cum infidelibus trahere*, aut errores illorum conſenſu noſtro approbare videamur.

Honor. & Theodoſ AA. in l.6. C. de Pagan. *Chriſtianis, qui verè ſunt, vel etiam dicuntur, ſpecialiter demandamus, ut Judeis & Paganis nihil tentantibus turbulentum legibusq; contrarium, non audeant manus inferre, Religionis authoritate abuſi.*

Et Stephanus Bathor. R. Pol. dicere ſolebat:

Tria ſibi reſervaſſe Deum, ex nihilo aliquid facere, ſcire futura, & dominari velle conſcientiis.

Religionem non eſſe cogendam egregiè diſſerit Lanſius in Laudatione funebri Antonii Henrici Com. Oldenburg. p. 35. & ſeqq.

Bodino illa ratio potiſſima viſa eſt ad tollenda, quæ religionis cauſâ irrogantur, ſupplicia,

4.d. rep. 7. *ne vel libera hominum voluntates conſtringi videantur: vel impietatis ſpecie, aliena bona confiſcentur.*

tom.3. pag. 5. 35. Quomodo Zonaras ſcribit de Conſtantino M.

βιάζεσθαι μὲν οὐδενὶ ἔλεγε βούλεσθαι. Τοὺς δ' ἑκόντας τῷ χριστῷ προστιθεμένους ἀποδέχεσθαι.

Se vim quidem facturum eſſe nemini, qui verò ultrò ad Chriſtum ſe contuliſſent, eos ſe laudare profitebatur.

Id. Zon. d. tom. p. 45. 53. *Theodoricus Dux Africæ, qui Arianus erat, Diaconum quendam ſibi perquam familiarem, & in ſui gratiam Arianiſmum complexum, occidit. Neq; enim ſibi fidem ſervaturum, qui Deo non ſervaſſet.* (ἐπεὶ τῷ θεῷ οὐκ ἐτηρήσας πίστιν μᾶλλον ἢ τηρήσεις ταύτην ἐμοί.)

Quanto ergo mitior ac tutior via altera docendi atque ducendi?

Bernard ſerm. 64. col. 684 B. *Et vulpes devaſtantes vineas capiuntur, ſed argumentis, non armis.*

Plu-arch. in Alex 667. E. *Philippus ingenium Alexandri filii conſiderans non facilè impelli, quod reluctaretur cogentibus, ſed rationibus promptè ad officium duci; etiam ipſe ſuadere potius, quàm imperare ei tentavit.*

Magiſter ille Cæcilii Cypriani benè:

Tertul. in lib. ad Scapulam c. 2. p. 88 30. *Humani Juris & naturalis poteſtatis eſt, unicuiq; quod putaverat, colere. nec alii obeſt aut prodeſt alterius Religio. Sed nec Religionis eſt, cogere Religionem, quæ ſpontè ſuſcipi debeat, non vi: & cum hoſtiæ ab animo libenti expoſtulentur &c. Levit. 19, 5.*

ap. Caſſodor. l. 2. Variar. form. 27. Sic Theodahactus R. Gothorum inquit: *Religionem imperare non poſſumus, quia nemo cogitur ut credat invitus:*

ap. eund. l. 3. form. 26. Et Theodabertus Rex ait: *cum divinitas diverſas patiatur Religiones eſſe, nos unam non audemus imponere. Retinemus enim legiſſe Lev. d. 16. c. 5. Pſalm. 110, 3. voluntariè ſacrificandum eſſe DOMINO, non cujusquam cogentis Imperio.*

Quem-

Quemadmodum Medicus non vi cogit ægrum ad ſanitatem : Philoſophus ignorantem ad ſapientiæ ſtudium : Ita nec Magiſtratus debet cogere conſcientias hæreticorum ad veram fidem. Ariſt. 7. pol. 2.

Hi verò qui errores ſpargunt, atque alios ad ſe pertrahunt, cumque præcedente admonitione externa non acquieſcunt, è Republ. exterminandi, neque tamen ad corporis uſque ſupplicium procedendum, quum teſte Auguſtino : quem citat Bernegg. d. tr. QQ. miſc. 46. ſub fin. & ibi plura.

Nulli bonis in Catholica Eccleſia hoc placet, ſi uſq; ad mortem in quenquam, licet hæreticum, ſæviatur.

Præterea in Religionis negotio, quæ fidem, non Rationem ducem habet, haud profanandæ res divinæ, & ſuopte omnibus arbitrio de Theologia diſſerendi facultas concedenda, aſt in loco idoneo, & cum modo, excluſa curioſitate, ſecund. Apoſt. Paul. 1. Timoth. 6, 4. & 5. & denique ab iis, quibus docendi munus authoritate publica commiſſum eſt. vid eund Bernegg QQ. miſc. 54. ubi Piccart & alios alleg.

Ne nimium altercando veritas amitteretur, etiam Veteribus conſtitutionibus, contentioſæ, turbulentaq; diſputationes contra probata fidei fundamenta ſeverè prohibitæ ſunt. l nemo 4. C. de S. S. Trinit.

Μὴ δεῖ τὰ ἱερὰ τῆς θεολογίας μυστήρια βεβήλοις τοῦ δήμου προτίθεσθαι ἀκοαῖς. Niceph Gregoras. l. 11. c. 21. p 391.

Sacra Theologiæ myſteria profanis vulgi auribus ingerenda non ſunt. confer Bodin. 4. d. Rep. 7. p. 481. & ſeq.

Interim ſalvam tam diu futuram ingemino Remp. quamdiu vera atque una in ea viguerit Religio : Verùm hoc optare quidem, ſperare fortaſſis vix licet; in eo igitur *imitandus nauclerus, qui cum eò, quò cupiat, pergere non poſſit, eò, quò poteſt, curſum dirigit, ac ſæpè vel ſcatione mutatâ procellis & tempeſtatibus obtemperat, ne ſi curſum tenere velit, naufragium patiatur.* Siquidem *melior multitudo Religionum, ubi non poteſt conſervari unitas, quàm carniſicina conſcientiarum*; illa habet ſuperſtitioſos, hæc atheos. Cic. 1. epiſt. fam. 9. conf. Schönb. 3. pol. 11. p. 258. Lans. d. princip. Provinc. Europ.

Sed πολιτικῶς diſſerendo in hæc penetralia Theologiæ ulterius non abeo : Tu, O Benigne & Miſerator DEUS (nam voto hoc Radium hunc corono) præſenti miſerabili ævo, effice, ut MULTITUDINIS CREDENTIUM SIT COR UNUM, ET ANIMA UNA! Act. Apoſt. c. 4.

RUDOLPHUS I.

In inveſtituris etiam hoc ſigno, loco ſceptri, in quo totus Mundus eſt redemptus, fuit uſus : Er hat bey Ermanglung deß Scepters, geiſt- und weltlichen Fürſten die Lehen ertheilt / durch Anrühren eines Crucifix / verba ſunt

Lehmanni in Chron. Spir. l. 5. c. 104. p. 24.

Digitized by Google

ALBERT. I.

Genera potiſſimùm tria deamaſſe ſcribitur:

Clerum devotum & religioſum: milites ſtrenuos, & fortes: pudicitiâ fœminas claras & illuſtres. Aliâs Pontific. ut confirmationem obtineret, deluſit.

D. Wagner 7. I. Hiſtor. c. 8. f. 551. Lat. Period. Germ. Comp. Hiſt. V. ſect. 1. c. 21.

Cum detineretur in cuſtodia, diabolum crucis ſigno fugavit.

Gerard. de Roo. lib. 3. Cruſ. Ann. part 3. l. 4. c. 5.

Id. Exemplo Alphonſi R. Arragon. S. Biblia 14. vice à capite ad calcem perlegit.

Cuſpin. in Frid. P. Matheſ. fol. 254. conf. Exner. a. tr. 1. d. c. 6. n. 10.

ALBERTUS II.

Quod locutus in Symbolo, in vita expreſſit:

FIDE ET CONSTANTIA!

Qui credit, nil morte beatius eſſe beata,
Ille ſapit, mortem vita beata manet!

v. Cor. XII. Caſ.

In Cæſarea hujus Archiducis Auſtriaci Coronatione, Electorem & Archiducem-Epiſcopum Moguntinum Bigam rythmi votivi, in Collegio Electorali, atque poſtea publicè protuliſſe ferunt.

Oeſtreich das ſehr edle Haus/
Wird durch die Welt ſich breiten aus!

v. Abr. Hosm. Tr. d. Nat. & Nativ. hom.

FRID. IV.

Maluit tamdiu in carcere hærere, quàm ope Magi, qui jam ab amicis acceſſerat miſſus, liberari &c.

evolv. Kranzius l. 9. c. 8. Münſt. Coſmograph. Chron. Bohem. & Albert. Argent. in Chron.

MAXIMIL. I.

Cum Julius II. ad graviſſimi belli Veneti Societatem pertraxiſſet, ac is Venetos, occupatis eorum præſtantiſſimis Urbibus, ad ſummam neceſſitatem adegiſſet; Pontifex, Venetis in gratiam acceptis, percuſſo cum iis fœdere, ſuum exercitum adverſus ipſum Cæſarem & Gallum eduxit: adhæc Imperator: jam ſe verè affirmare poſſe dixit, nullum P. ſibi fidem ſervaſſe, teſte

Ferronio in Vita Fr. Valeſii. confer Guicciardin. l. 9.

Quan-

Quandoquidem

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci;

Itaque quæſtionem hanc, haud forſitan inconcinnè hûc adpoſitam, unus ex ſcribis Cæſaris hujus eum in modum movit. Se nimium infamari famoſo carmine, vernaculisque cantionibus, atque ut id edicto vitaret, Cæſarem rogavit: Non facile id faciemus, inquit Cæſar, ne & ipſi in nos partem carminis transferant. Patere æquo animo, quod & nos aliquando ſumus perpeſſi. Hæ cantiones ut citò fiunt, ita citò diſpereunt: nec tam diu durant, ut aliquando conqueſtus eſt apud nos Judæus quidam, ut carmen hoc, *Chriſtus ſurrexit*, quod nunc plus, quàm mille & quingentis annis celebratur: dixit enim Judæus, qui fit, aut quo ſydere infeliciſſimo nobis, ut omnes cantiones per annum evaneſcant, & hoc quod dixi, duret? quî fit inſuper, ut homicidia apud vos poſt annum expientur & reconcilientur, & homicidium noſtrum, quod in Chriſtum commiſimus, tot annos maneat inexpiabile, nulloque noſtro incommodo atque miſeria vel temporum ſpatio mitigabile.

Böbel. in Facet. l. 3. p. 91.

CAROLI V.

Religio & Sanctitas in fide data ſervanda, nam, inquit, fidem rerum promiſſarum, etſi toto mundo exularet, tamen apud ſe conſiſtere oportere, nec ullius rei ergò labefactandum aut mutandum, &c. ex

Joh. Sleid. l. 3. hiſtor. pag. 59.

Idem Imperator novas preces in ſingulas expeditiones ſuo Marte concipiebat, propriaque manu conſcribebat, ſeptem ferè Pſalmorum longitudine perductas: & has à ſuis Confeſſoribus approbatas, quotidie in agmine & acie exiſtens legebat: divertens ſe nunquam (cum in Oratione incaleſceret) per ſpeciem lotii reddendi, (ſ. Rev.) vel alvi exonerandi, ab agmine, ut prolixius, ferventiusque oraret. Illas autem preces Adriano Sylvano cuſtodiendas dabat, mandabatque; (ſi quis durior ei caſus accideret) ut eas diſcerptas diſpergeret atque diſſiparet. Multi hæc ſæpè & feriò animadvertentes, quod domi, militiæq; æque continuus eſſet Carolus, æquoque prolixior in Orationibus & precibus ſuis, conſiderantes dixerunt: *Carolus ſæpius cum DEO, quàm cum hominibus loquitur.* Exn. l. 8. c. 6. Ex. 22.

Cum idem Wormatiæ non longis intervallis de Regno Navarræ à Gallis occupato, de Belgii populationibus & Hiſpaniæ tumultibus nuncios

cios accepiſſet: palam teſtatus eſt, ſe invitum & repugnantem ad arma trahi, ac dolere ſe, Turcis, qui in Ungaria Bellgradam oppugnaturi eſſent, inteſtinis bellis viam in Germaniam ſterni. Orare autem Deum, ut ſibi Remp. Orbis Chriſtiani tranquillam & florentem perpetuo manere cupienti opem ferat, & in cauſa juſta Adjutor, Cuſtos & Vindex adſit: Has preces pluribus verbis à ſe conceptas, quotidie recitare ſolitus eſt; Nec tamen à pueritia aſſueverat, horas ſuas ſive preces Canonicas in militia & Domi legere intermittebat, ita ut familiares, precum illius aſſiduitatem & prolixitatem cernentes, Carolum alioqui natura taciturnum, ſæpiùs cum DEO, quàm cum hominibus loqui dicerent.

Id. Exn. 16.

Etſi idem Edictum contra Eccleſias Evangelic. aſperius in Auguſtano conventu edidit; tamen, cum Moguntiæ paulò poſt Albertus Epiſcopus Mogunt. & Palatinus Ludovicus de Germaniæ pace cum eo colloquerentur, & Heldus Vice-Cancellarius, Cæſaris aſtantis Nomine durius reſpondiſſet: Cæſarem, qui alia etiam Regna haberet, Decretum adverſus hæreticos in Comitiis factum, etſi vaſtanda eſſet Germania, exequi decreviſſe. Cæſar hunc interpellans dixiſſe ſcribitur: Hæc non juſſi te dicere; nolo enim vaſtari Germaniam, quia & Patria eſt, & ſummum ab ea Imperii decus accepi, & Imperator ſaluti Orbis Terrarum, quantum poteſt, DEO juvante, conſulere debet. Data igitur Moguntino & Palatino de pace cum Proteſtantibus agendi poteſtatem, confectam tandem Ratisbonæ confirmavit.

Id. Ex. 27.

Idem inquiebat, nullam commodiorem eſſe viam à fide alienos in viam reducendi, & ad ſpontaneum DEI Cultum revocandi, quàm ſi verbo & ſpiritus potentia, hæreſes convincantur, errantes, ſanabilesque cum manſuetudine tractentur. Minimè verò quisquam vi, carcere, tormentis, flagris, ferro, fune, flumine, flamma ad colendum Numen, cui niſi voluntaria mentis noſtræ & labiorum ac pectoris victima, non thuris, neque hecatombes ſacrificium probatur, à noſtris Judicibus cogetur.

Id. Ex. 30. ib.

FERDIN. I.

Quem Elogio inſignit

Thuanus l. 9, 12. 21, 22. & paſſim.

Nam ut in impetu Turcarum, cui impar viribus erat, abſtinendo ac frangendo, morâ & arte uti optimum factum experientia didicerat; Sic & in Religionis negotio non igne, & ferro graſſari, ſed colloquiis & diſputationibus, amicis collationibus, conſi-

liis

liis denique ſive Nationalibus, ſive Oecumenicis rem gerere ſatius judicat.

conf. Busbeq ſub fin. ep. 4.

Idem Imperator à ſuſcepto Imperio ſtudioſiſſimus atque cupidiſſimus corrigendæ atque conſtituendæ Religionis, hominum diſpenſatione & ambitione controverſæ extitit: id in omnibus colloquiis, univerſis & ſeparatis, monuit & urſit, ut adhibitis moderatis Judicibus, negotium fidei denique amore componeretur, utrinque de Jure humano, vitioque per odium collecto, quiddam in optatam concordiam remitteretur: potiſſimùm gloriæ Chriſti cauſam eſſe dixit, deponendas ſingulorum offenſas, rectis animis, deliberatis Judiciis, ſana voluntate, ſtudio cœleſti, beneficio in quemque proximum parato, tractari hæc debere: nec omnino quosdam numero annorum, legumque non ſcriptarum, ſed uſitatarum vetuſtate niti, cum labes ſint non obſcurè debere: & qui ſe literarum elegantia, multaque lectione, primæque Eccleſiæ Auctoritate munitos arbitrarentur, de rigore ad æquitatem, dum per ſalutem & principem Creatorem offenſionem juſtis & ad tempus factis cauſis fieri poſſet, tractabiles & mites offerre debere. *Id. Exn.*

MAXIMIL. II.

Caroli V. Patrui & Principis Ferdinandi pacem Religioſam, commune illud Germaniæ πολίτευμα, ſanctè cuſtodivit & diſertè non tantummodo confirmavit, verùm etiam immortalitate donavit in

Receſſ. Imp. de anno 1566. §. und nach dem ꝛc. verſ. dann nicht weniger ꝛc. ibi. und nach dem dann ꝛc.

Quum averſatus ſit omnem vim ac crudelitatem in cauſa Religionis doc. exarata ab

eod. Ep. ad Laz. Swend.

Utitur inter alia his verbis: Res pietatis gladio non volunt dijudicari, nec tractari, neque aliter ſentiet quisquam, in quo aliquid eſt pietatis, & honeſtatis; ullumvé probitatis & tranquillitatis ſtudium reliquum

RUDOLPH. II.

Summâ prudentiâ cavit illud incendium, quod ejus poſt mortem accenſum, devaſtavit totam patriam, in quo bello literæ illæ Majeſtatis, Religionis libertatem ſpirantes, Bohemici Regni ſtatibus ab Auguſtiſſimo Anteceſſore parente ſolenniter promiſſæ, ab hoc ſuo Succeſſore, Filio haud degenero anno 1609. præſtitæ

Digitized by Google

& impetratæ, veluti pomum Eridos in Trojano objectum extiterunt: quæ tandem etiam aſſenſu & interceſſionibus

vid. Rup. obſ. in ſyn. B. c.18. Exn. d. l. Exempl.37.

MATTHIÆ,

Regis t.t. Hungariæ, omnium Electorum & complurium Principum in Imperio confirmatæ ſunt. Quô quoque tempore MAJ. SUÆ Amicitiâ C. Claſ. diu proſperè, nunquam benè uſum [ut loquitur Tacit.4. Ann.31.] ex Actis publicis accepimus. Illa autem communis quædam totius orbis Chriſtiani bellorum flamma ſtatim à primordio eruptionis tantò funeſtior extitit, quò propior fuit ſuprema Imperatoris Lux, quem DEUS ſingulari conſilio, ex fluctibus imminentibus, qui dehinc indies iracundiores fuerunt Adriâ, exemit.

D.T Wagner I.Hiſt. l.7. c.8. f.582.

Quod Bion fertur dixiſſe, Grammaticos, de Ulyſſis erroribus diſceptando, ſuos non videre; IDEM ILLE in Theologis quibusdam obſervabat, aliena qui inſectarentur, ſua non attingere. Hanc Ille tantis conatibus, tot reprehenſionibus, pœnis temeritatem liberè, varieque ſentiendi, adimere & ad unum ſenſum reducere adniſus eſt. Ferd. I. Imperator licet addiderit, non in hominum eam pacificationem ſtudiis conſtitutam, negotium eſſe cœleſte, quod niſi juſſu & ſubſidio cœleſtium coaleſcere nequiret: cupere ſe tamen & expetere, ut domicilium habitatioque Eccleſiæ in certa firmaque tranquillitate rerum ſuperiorum vigeret, hanc omnis Imperii, ut in homine Animam, in Republ. leges, vitam qua viveret, eſſe.

Exn.d.l. Ex.25.

Id. Imperator anno 1556. ad poſtulata legatorum Provinciarum Auſtriacarum, reſpondit his verbis: Equidem, ut ante hac neminem à vera Religione depuli, ſic in poſterum quoque minimè ſum facturus; deinde non minus eſtis, quàm aliorum Principum populi in ea pace comprehenſi: omnem operam inpoſterum promitto, ut conciliatio fiat.

Id ib. Ex.35.

Magnam laudem quoque Id. Imp. merebatur, quam poſteri etiam celebrant, quod Ungaris, Auſtriacis, Sileſiis, Moravis liberum Religionis exercitium conceſſerit, eoq; ſuas actiones omnes intenderit, quò nobiliſſima Germania ſub Aquilæ alis tutò quieſcere poſſet. *Exn.d.l. Ex. ult.*

FERD.

FERD. II.

De quo Imperatore Bethl. Gaborius Princ. Tranſſylvaniæ tale Judicium tulit: difficile ac dubiæ aleæ plenum opus eſſe, pugnare contra FERDINANDUM, quem nec adverſa dejicerent, nec proſpera extollerent. *Bræbel.3. Hiſtor. p.190.*

Idem Pr. Zelo in Romano-Catholicam Religionem nulli ante ſe Cæſarum ſecundus.

v.Burgold. I.N.R. pt.1. p.296.

Cujus Capitulationi quoque Cæſareæ pacis Religioſæ confirmatio inſerta legitur ut & SUCCESSORIS

Carpz. I.R.G. c.3. ſect.7. n.30.

FERD. III.

Non Patriarum modò ditionum, ſed virtutum etiam gloriâ; Pietate, reque militari inſignis, cujus egregium Symbolum fuit: PIETATE ET INDUSTRIA:

Hic tandem Imperio diu deſideratam pacem clementer Anno 1648. indulſit, imò quod magis eſt, in Comitiis Ratisbon. Anno 1653. & 54. hanc almam pacem denuò confirmavit: Meritò ob id audit PACIFICUS & AUGUSTISSIMUS. Omnium verò maximum eſt, Evangelium pacis Monaſterienſis Anno 1650. Viennæ annunciatum, gaudio plenus amavit & æſtimavit, velut in quo verum Imperii intereſſe ſitum, ut Caput & Membra alma pace rurſus unirentur.

Burgold. d. tr. & p. membr. 2. d. 14.

ſequitur

S. PRINCEPS IN COMPENDIO p.10.

Bonus Princeps animum ſuum ſemper & primariò ad DEI cultum & honorem ante omnia promovendum intendat: Ac PRIMO quidem ſedulò curabit, ut Religionem Catholicam, ubi ea fuerit, ſartam tectam conſervet, & magis magisque promoveat, nullas hæreſes illabi patiatur: magnâ tamen diſcretione opus erit, ut in re tam ardua & conſcientiam, ſalutemque animarum attingente, nec nimium, nec nimis parum agatur, quâ Ipſe & Conſiliarii ejus, adjuvante Deo, p. t. & ſtatu rerum uti ſcient. SECUNDO elaborabit, ut cultus Divinus ac Pietas in Eccleſia ſemper & ubique promoveatur: ad quod conſequendum congruum erit, ſi ſæpius & ipſe inquirat, quomodo res ſacræ ſe habeant; cum paſtore in ſpiritualibus conſtituto ſæpius correſpondeat & conferat, atque ubi defectum aliquem viderit, ſubitum remedium afferat.

Digitized by Google

Rectè riteque hæc hactenus omnia ſe habent; Cura enim Religionis Eccleſiæ propriè ad CÆSARIS officium pertinet: eſt namque Miniſter DEI, Defenſor, Advocatus, Magiſtratus, Nutritius Eccleſiæ, in eaque Pontifex, eique Titulus Chriſtianiſſimi jure debetur, ad quem quintuplex Cura circa Bonum ſpirituale refertur, per deducta à

Carpzov. de L.R.G. c.2. ſect.1. cum 2. ſeqq.

Quamobrem eadem quoq; SUMMUS PRINCEPS nupertimè oculis, procul dubio, obverſabatur, Eccleſiæ facies Hungariæ, atque quondam obverſata eſt ante oculos Cæſarum piiſſimi Imperatoris, cujus tempore florebat etiamnum Doctor ille mellifluus, qui juxta nomen ſuum verè cœleſti manavit Ambroſia, dignus qui ſit, quod dicitur Ambroſius i. e. immortalis non ſolùm apud Chriſtum, verùm etiam apud homines, leg.

Excerpta ex D. Ambr. Oper. Auctore Meiger. in Patrologia p.585. cum ſeqq. Add. Micral. ſynt. E.H. l.2. ſect.2.

Sed ſi jam oculi mentis, velut in ſpeculo, deſigantur ad AUGUSTAS AUSTRIACAS, hac etiam virtute præfixa claruiſſe quam plurimas Imperatrices Auſtriacas, præprimis verò MODERNAM CLAUDIAM FELICITATEM AUGUSTAM Hiſtoriarum monumenta, juncta Experientia quotidiana ſatis ſuperque edocent atque commonſtrant. Evolv.

A. Fritſch. in diatr. Jur. Aug. c.11. n.8.

Radius Septimus.

PRUDENTIA TOGATA HUMANA

HUic Prudentiæ Gubernatoriæ, quam intelligo PERITIAM IN EXTERNIS TRANQUILLE ET FIRMITER GUBERNANDI duo fontes recluſi: Natura Populi & Natura Regni. Ut enim Muſicus Organa ſua noſſe debet; ita ei viro, qui in Republica verſatur, diligentia adhibenda eſt, ut ſenſus Principum ac populi calleat.

Prius igitur Natura populi,

——— ut homines ſunt, ita morem geras.

Plaut. Moſte l. act 3. n. 2. verſ. 36.

Et quidem triplicis:

Do-

Domeſtici;

Caput Reip. eſt, perſpectos civium mores habere. Cic. d. Orat. adde Amicit.

Vicini; l. 4. diſc. 7.

Eos, qui mancipia vendunt, nationem cujusq; in venditione pronunciare debere ait, eò, quod nationem ſcire interſit. Præſumptum enim eſſe, quoſdam ſervos bonos eſſe, quia natione non ſunt infamata, quoſdam malos videri, quia ex natione ſunt, quæ magis infamis habetur. Vlpian. in l. 31. §. 21. ff. d. Ædil. Ed.

Univerſi etiam;

nemo regere poteſt, niſi qui & regitur. Sen. 2. d. Ira. 15.

Qui benè imperat, paruit aliquando neceſſe eſt. & qui modeſtè paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus eſſe. Cic. l. 3. de LL.

Ut non nemo etiam è priſcis ſenſit: *Nihil eſt iniquius, quàm velle ſibi obtemperari à minoribus, & nolle obtemperare majoribus.* Auguſt. d. oper. Monach. c. 31.

Τὸν μέλλοντα καλῶς ἄρχειν ἀρχθῆναι φασὶ δεῖν πρῶτον. Ariſt. 7. polit. 14. longius à pr.

Ἄρχε, πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι.

Ἄρχεσθαι γὰρ μαθὼν, ἄρχειν ἐπιστήσει. Solon. ap. Stobæ. ſerm. 44. pr.

Impera, ubi prius didiceris parere.

Regi cum didiceris, ſcies regere.

Plutarchus ſcribit: *Præ cæteris Regibus Spartanis hoc ipſi ſingulare contigiſſe,* in Ageſilao à pr. (596. d.)

ἦλθεν ἐπὶ τὸ ἄρχειν μὴ ἀπαίδευτος τοῦ ἄρχεσθαι,

quod non rudis parendi acceſſerit ad imperandum.

Δεῖ πάντα ἄνδρα διανοεῖν περὶ πάντων ἀνθρώπων, ὡς ὁ μὴ δουλεύσας, οὐδ᾽ ἂν δεσπότης γένοιτο ἄξιος ἐπαίνου. Plato lib 6. de LL.

Exiſtimare de omnibus hominibus id quisque debet, cum, qui nunquam ſervivit, nunquam laude dignum dominum futurum eſſe.

Rectè. non quia omnes Reges voluerint eſſe à ſubditis: (minimè, multi in purpura nati & à ſucceſſione ferè regna) ſed hoc indicantes, à notitia affectuum rectum Imperium eſſe.

Audi iterum illum Senem:

Sic cum inferiore vivas, quemadmodum tecum ſuperiorem velles vivere. Senec. ep. 47.

Unde igitur noſcendi? à percunctatione, ab uſu, à libris: heîc præcipui popularium affectuum depicti ceu in tabella.

1. Vulgus omne inſtabile:

πολύτροπός ἐστιν ὅμιλος. Phocylid. &

ὄχλος πρὸς πᾶν εὐάγωγος. Polyb. 14.

Populo mobilis animus. Tac. 3 hiſtor. p. 386. c. 64.

2. in omnem affectum mobile:

Bellua multorum eſt capitum.—— Horat. lib. 1. c. 1.

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. Virg. 2. Æn. verſ. 39.

Liv.31. c.34. pr.

Nihil tàm incertum, nec tam ineſtimabile eſt,
quàm animi multitudinis.

Herodian l.4. p.98. pr.

τὸ τῶν Ἀλεξανδρέων πλῆθος φύσει ἐστὶ τὰς γνώμας κουφότατον, καὶ ἐπὶ τοῖς βραχυτάτοις ῥᾷστα κινούμενον.

Populus Alexandrinus (imò omnis) ſuapte naturâ leviſſimus eſt, & omnibus momentis expoſitus, (vel etiam minimis movetur.)

Sen conſol. ad Helv. c.5.

3. Judicii Expers: *Populi ſcita ex magna parte ſapientes abrogant.*
φαῦλος γὰρ κριτὴς παντὸς καλοῦ
πράγματος ὁ ὄχλος. Pythagor.
Pravus enim Judex omnis honeſtæ rei populus.

In popul. Rom. teſte Plutarch.

4. ad plures inclinans: hac ſimilitudine uſus eſt Cato ſenior, nam ajebat.

ſimilem eſſe populum Romanum gregi pecorum: quæ ſingula non parent, ſed univerſa ductorem aliquem unum ſequuntur: ita vos, inquit, quorum conſilio privatim nemo utatur, hos in concionem, cœtumq; coacti, ſequimini:

Tac.1. hiſt. c.56.

In ſeditionibus accidit, ut, neve plures ſint, omnes ſint.

Æmil. Prob. ſive Nepos in Chabria p.181.

5. Invidum: *Chabrias non libenter erat ante oculos civium ſuorum, quod & vivebat lautè, & indulgebat ſibi liberalius, quàm ut invidiam vulgi poſſet effugere. Eſt enim hoc commune vitium, in magnis liberalibusq; civitatibus, ut invidia gloriæ comes ſit & libenter de iis detrahant, quos emergere vident altius: neq; animo æquo pauperes alienam opulentium intuentur fortunam. Itaq; Chabrias, quoad ei licebat, plurimum aberat.*
Neq; verò ſolus ille aberat Athenis libenter: ſed omnes ferè Principes fecerunt idem. Itaq; Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbi, Chares in Sigæo.

Tac.1. Ann. 39. 1.Ann.6.f.

6. Suſpicax: *Mos vulgo, quamvis falſis reum ſubdere i.e. reum facere, qui reus non eſt: Eadem phraſis extat etiam alibi apud eundem. Sic Sejanus ſubdidit, qui accuſatorum nomina ſuſtinerent. It. ſubdere rumorem.*

Id 15. A.44.

Nam *Nero abolendo rumori incendii à ſe juſſi, ſubdidit reos Chriſtianos.*

Tac.2. A.82.

7. Credulum: *poſt famam de obitu Germanici, cum mercatores lætiora de valetudine ejus attuliſſent, ſtatim credita, ſtatim vulgata ſunt: ut quisq; obvius, quamvis leviter audita in alios, atq; illi in plures cumulata gaudio tranſferunt.*

Tac.2.hiſt.pr. ep.Curt.l.9. fol.359. f. & ſeq.

8. Famam augens:
fingendi avidum.
Nusquam ad liquidum fama perducitur: omnia, illa tradente, majora ſunt vero. Noſtra quoq; gloria, quamvis ſit ex ſolido, plus tamen habet nominis, quàm operis.
(ſic de ſe loquitur Alexander M.)

Digitized by Google

Πολλὰ τῶν οὐκ ὄντων ἡ φήμη κομίζει ταῖς ἀκοαῖς, ὑπὲρ τὸ προσῆκον τὰ πράγματα αὔξουσα. Niceph Gregor. l.6. c,17.

Multa vana fama nunciat, & ſupra rei fidem res amplificat.

Rumor, rumores, errores parturit error, Ovven. l.ſing.

Ut nivis exiguus creſcit eundo globus. epigr. 243.

Romæ poſtquam Germanici (in Aſia abſentis) *valetudo percrebuit, cuncta ut ex longinquo aucta in deterius afferebantur.* Tac.2.A 82.

Famæ mos eſt, in majus omnia extollere. Iuſtin 2. c.13. pr.

Fama rem in majus extollit. Id.14.c,1. pr.

9. Vetita loquens:

Fabricius Vejento multa & probroſa in Patres & Sacerdotes compoſuit in libris, quibus nomen Codicillorum dederat. Nero libros illos exuri juſſit, conquiſitos, lectitatosq́ꝫ, donec cum periculo parabantur: mox licentia habendi oblivionem attulit. Tac. 14. Ann. 50. adde Sc. Amir. l. 4. disc. 8.

Vagis per urbem militibus, qui ſermones populi coërcerent. Id præcipuum alimentum erat. Tac.2. hiſt 96 add. L. v.29.c. 24. pr.

10. Turbidum: *Multitudo avida novandi res.* Liv. l.35. c.33. p.

ὁ μὲν δῆμός ἐστιν ὄχλος, ἀσταθμητότατον πρᾶγμα τῶν ἁπάντων, καὶ ἀσυνθετώτατον ὥσπερ ἐν θαλάττῃ πνεῦμα ἀκατάστατον, ὡς ἂν τύχῃ κινούμενον: Demoſth. orat. de falſa Legat.

Populos & turba, res omnium inconſtantiſſima & ſtolidiſſima, ut in mari unda fluctuans, quæ fortuitò agitur.

Legatur hîc & *Eraſmi* Proverbium 914. *Turba Turbida.*

11. Demagogis auſcultans:

Ut mare ſuâ naturâ tranquillum eſt, ventorum vi agitatur; ſic populus ſua ſponte placatus, hominum ſeditioſorum vocibus, ut violentiſſimis tempeſtatibus attollitur. Cic. pro Cluent. c. 49. f. (206. b. 8.)

Idem ſimile Ætolis pacem impetrat.

Nihil auſura plebs Principibus amotis. Tac. 1. A. 55.

ap. Liv. l. 38. c. 10. f. Adde Tac. l. 1. hiſt. f. 325. c. 55. & ibi Lipſ. not. 112.

Seditio creſcit, ubi caput & conſilium habere cœpit. Iuſt. l.13.c 3 p.

12. Favens fervidis: *In quibus ſæpè nihil aliud, quàm vecors facundia.* Tac 4. hiſt.

Barbaris cunctatio ſervilis: ſtatim exequi regium videtur. Id 6.A.32.

13. Negligens Reipublicæ: Herodian. l.2. p. 35. m.

Τοῦ δημοσίου καὶ κοινοῦ διαφέροντος ὀλίγη τοῖς καθ' ἕνα φροντίς:

Boni publici exigua ſingulis (privatis) cura.

Pauci Reipubl. huic atq́ꝫ illi, ut quosq́ꝫ ſtudium privatum aut gratia occupaverunt, adſunt. Liv.l.5.c.8.f.

14. Verbis ferox: *Procacia urbanæ plebis ingenia.* Tac.3. A.32.

Procaciſſima etiam inter ſervos lixarum ingenia.

Lin-

Linguâ factioſi (i. e. Δραστήριοι, impigri, ſtrenui) inertes opera. *Plaut.*

15. Metu aut ſpe nimium:

Iuſtin 5.c.4.f. *Alcibiades nunquam mediocribus, nec in offenſa, nec in favore ſtudiis populi Atheníenſis exceptus eſt.*

Liv l.6. c.17. in orat. Mant. *Multitudo defenſores ſuos in præcipitem ſemper locum favore tollit: deinde in ipſo diſcrimine periculi deſtituit. Ples populares ſuos ſaginat, ut jugulentur.*

Tac 2. hiſt. p. 350.c.44. 16. *Suum quiſq; vitium alienis objectat.*

17. Non virtutis amore, ſed formidine pœnæ peccare odit.

Liv.2.c.29.f. 18. *Laſcivit magis, quàm ſævit.*

Id 6 c.18. 19. *Conſuevit tentare magis, quàm tueri libertatem.*

ConferCamerar. Cent.1. c.40. Jam deproperabo ad Naturam Regni, quæ noſcenda communiter, quod ſit inſtabile:

Liv.42 c.50. m. *Cum omnia humana, tum maxima quæq; & regna & imperia, ſub caſibus multis ſunt.*

Hoc argumento disſuaſum eſt Perſeo Regi bellum Romanum, ne ſc. in alienum tanti caſus ſe, regnumq; daret, (forſan aleam aut ſubintell. fortunam.)

Subitô ſæpè dejectum:

Sueton. in Cæſ.c.29. & 30. *Captus Imperii conſuetudine Cæſar difficilius à primo ordine in ſecundum, quàm ex ſecundo in noviſſimum detruditur.*

Plaut.in Mil. glorioſ act.4. ſc.4. v.14.
Non tu ſcis, cum ex alto puteo ſurſum ad ſummum aſcenderis,
Maximum periculum inde eſſe, à ſummo ne rurſum cadas.

Wer hoch ſteigt/ der fällt hoch.

De Regno nemo deſcendit, ſed dejicitur. Ital Proverb.

Senec. l. 4. Qq. nat in f. procem. ubi vide exempla conf Amirat. l.18 c 7. Camer.cent 3. c. 92. & cent.1. c.45. it. Sueton in Iulio Cæſ c.29. Sen. l. d. tranquill c.10.in f Id de brev. vitæ. c. 4.

Velox ad imum lapſus ex ſummo. Gallor. Adag.

Imò etiam inviſum plerumque:

Ne invideamus altius ſtantibus:

Quæ excelſa videntur prærupta ſunt: &c.

Multi ex faſtigio non poſſunt niſi cadendo deſcendere.

Cupiunt interim (Principes) *ex illo faſtigio ſuo, in tuto liceat, deſendere.*

Solonis Vox:

Καλὸν μὲν εἶναι τὴν τυραννίδα χωρίον.
ἀλλ' ἀπόβασιν οὐκ ἔχειν.

Bellam quidem arcem eſſe Principatum,
ſed deſcenſum non habere.

Sen. d. tranq. c 11. *Hora momentum inter ſolium & aliena genua.*

Magnæ arbores diu creſcunt, unâ horâ extirpantur.

Curt. l.7. c.8. Non eſt Regibus à natura inditum, quod felibus, ut de loco excelſo in terram dejecti, pedites ſemper cadant, illæſiq; abeant. &c.

Jacobi

Jacobi Regis Britanniæ Declaratio pro Jure Regio: p. 112.

Nemo gradus niſi per plures aſcendit in aula:

Ad deſcendendum plus ſatis unus erit.

Idque ob licentiam & pertinaciam Regni: Sen. Hippol. act. 1. v. 214.

Quod non poteſt, vult poſſe, qui nimium poteſt. (p 1289)

Hanc Sententiam citat, & eleganter declarat JCtus Phil. Camerarius horis ſucciſ. cent. 1. c. 81.

Imo etiam ob vulgi Libertatem: quia *in ſervitute etſi non ſit moleſtus dominus: tamen eſt miſerrimum, poſſe ſi velit:* Cic. 1. Philipp. 8 p. 633. 4.

Potentia nunquam ſatis fida, ubi nimia eſt. Tac. 2. hiſt 92.

Non quantùm fecerit, ſed quantum facturus ſit, cogitatur in eo, qui omnia poteſt. Sen l. 1. d. Cl. c. 8.

Omnes, quorum in alterius manu vita poſita eſt, ſæpius illud cogitant, quid poſſit is, cujus in ditione ac poteſtate ſunt, quod quid debeat facere. Cic. pro Q. Quint. poſt pr. p 11. 30.

Idem quoque inſidiis expoſitum, unde Regum timor, nam *ingenia Regum prona ad formidinem.* Tac. 4. hiſt. 83.

atque inſimul æmulatio: Tacitus breviter: Id. 13. A. 17.

Regnum inſociabile.

Adeò, ut diſpliceant Regnantibus etiam civilia filiorum ingenia, momento eod.

Philippus tamen Macedo gravius eſt, cum Macedones ſe Ducem, Alexandrum verò Regem appellarent. Plut. in Alex. p. 669. a.

Artaxerxes Darium, contra morem Perſarum, apud quos, Rex non niſi morte mutatur per indulgentiam Regem vivus fecit; nihil ſibi ablatum exiſtimans, quod in filium contuliſſet, ſincerumq; gaudium ex procreatione capturus, ſi inſignia Majeſtatis ſuæ vivus in filio conſpexiſſet. Iuſtin. l. 10. à pr.

Dionyſius major ita veritus eſt, ne filius ſapere inciperet, prudentum utens conſuetudine atq; exinde inſidias ſibi inſtrueret, Imperiumq; eriperet, ut eum domi incluſum, velut in cuſtodia habuerit penuriâ hominum, qui unà converſarentur, ac rerum ignoratione, ploſtella, candelabra, ſellas ligneas & menſas fabricantem. Plut. in Dion.

Legimus & de Carolo VIII. R. Galliarum, *Eum filioli infantis obitum ideò minus moleſtè tuliſſe, quod ab ejus indole, qua jam tùm emicabat, ſibi metueret, ipſe ingenii parum excitati,* Comin. 8. de Bello Neap.

Pacorus magnis rebus in Syria geſtis Orodi patri (Parthorum Regi) *fit ſuſpectus.* Iuſt. 42. c. 4.

Sic

Auguſtus Tiberium Succeſſorem aſcivit, ut comparatione deterrima. Tac. 1. A. 10.

His adde Exemplum Solymanni Turcæ ap. Lipſ. Ep. Quæſt. l. 3 ep. 22.

Matris propter φιλαργίαν, filio inveſtiſſimæ, luculentum exemplum eſt apud Zonar.

in vita Irenes. & Conſtantini ejus Filii p. 93. & ſeqq. paſſim.

Antiochus, Antiochi Syriæ Regis Filius, cum id ſpecimen ſui dediſſet, ut ſi vita longior Liv. l. 35 c. 15. in.

Digitized by Google

contigiſſet, magni juſtiq; Regis in eodem indole fuiſſe appareret: gravem ſucceſſorem eum inſtare ſenectuti ſuæ Pater credens, per Spadones quosdam talium miniſter facinorum acceptos Regibus, veneno ſuſtulit.

ap.eund.l.39.c.53.

Adde Exemplum Demetrii.

Exemplum Imperatricis Irenes, filium Conſtantium excæcantis &c. *huc pertinet ex* Zonar.*tom.3.p.97.* vid. & Juſtin. *totum lib* 18. *it.l.36.c.1.& 39.c.2.*

Plura vid. ap. Scip. Amirat diſſertat. P. l. 4. diſc. 7. per tot.

Confer quoque Chriſtoph. Forſtn. in Not. ad Tac. p.54.75.76.77.& 79. It. tom.2.p.212.

Hactenus Natura Regni communiter; jam diſtinctè ac ſuccinctè vires ejusdem noſcendæ quoad quantitatem;

Bodin.6.de Rep. & Amir. l.5. diſ. 5. Clapm.5. d. Arc. 14. Iuſtin. l. 30.f. confer Bellermont. diſſert. p.33. Arcanus Pr.Lib.qualis per tot.

Quid Princeps habere debeat, ſuum Rationarium & Commentarios proventuum, expenſarum, debitorum, ſubditorum, ſociorum &c.

Ætoli Antiochum, miſſis legatis, adulatione magnitudinis in Romana bella impellunt.

Quoad Qualitatem verò Regni, conſid.

1. An ſit Vetus, vel Novum;

Utriusq; Chronologiam, præter alios etiam collegit Alſted. in Theſ. Chronolog. 20. Chr. & ſeqq. 4.

De adminiſtrando novo & recens acquiſito Imperio, vid. Bellermont. diſſert. P. 97.

Itemque

Id. diſſert 78. & in diſſ. 57. inquit.

Princeps regionem occupans novam, prorſus Reip. formam inſtituere debet.

Rempubl. innovare volens, vel umbram antiquæ ut retineat, curam geret.

II. Vi partum aliisque modis;

Iudic.v.6. 4. Reg.11. 11.

Violat autem Succeſſionis jura vel polluit ſæpè Ambitio, quæ vim & fraudem miſcet: Sic auſpicatus imperium non tantum Abimelech, ſed & Athalia.

Ita

Flor. Lib. 1. cap. 7.

Tarquinius Superbus regnum avitum rapere maluit, quàm expectare, immiſſisq; in Servium percuſſoribus, ſcelere partam poteſtatem non melius egit, quàm acquiſierat.

Liv.l.6.1.p.61

Neq; enim quicquam ad jus Regni præter vim habeat.

Flor.ibid.

Ipſe in Senatum cædibus, in omnes ſuperbia, quam crudelitate gravior eſt bonis, graſſatus, quum ſævitiam jam domi fatigaſſet, tandem in hoſtes converſus eſt. Tum quoq; cruentus in ſuos neq; enim filium verberare dubitavit.

Id.Lib.11.c.6. vid. Dithm. Pol.p.314. Suet.75. not. Bern.

Similiter

Servius Tullius regnum dolo partum ſic egit induſtriæ, ut jure adeptus videretur.

Iuſtin.l.2.c.8. f.

Idem

Piſiſtratus, qui fraude quidem, ſed virtutibus penè debitum regnum Athenis quæſivit,

Adde

Adde *Exemplum*

Pſeudo-Joannis, apud Georg. Pachymerum l.3. c.12. & 13.

Et *Aliorum* ap.

Zving. Theat. p.1953. & ſeqq. Toloſa. d. Rep. l. 7. c. 18.

Talis quoque olim

C. Gracchus homo ſive tribu, ſive nomine: ſed ſubdito Titulo in familiam ſe adoptat. Flor. l.3. c.16. m.

Et in Macedonia

Andriſcus ſe ſubitò Philippum, Perſei Regii filium dixit. Id. l. 2. c. 14.

Sub Tiberio quidam Tac. 12. A. 62.

Clemens; revera ſervus Agrippæ Poſthumi, quem nepotem ſuum ex Juliâ Auguſtus in Planociam Inſulam relegaverat; ſed famâ & fallaciâ, mox ipſe Poſthumus effectus. Tac. 2. A. 39.

In Syria

Demetrius Soter, Româ obſeſſâ profuerat, iis imperabat, cum certa nec injuſta de cauſa, Antiochenſibus offenſus, bellum iis infert: ipſi extremorum metu ad nova remedia confugiunt, & vilem quendam è plebe, Alexandrum ſalutant, & Antiochi filium faciunt ac repetere, optimo jure Patrium, Syriæ Regnum. vid. Iuſtin. l.35.

Ejusdem Demetrii filio

item Demetrio dicto itidem ſubmiſſus fuit Pſeudo-Alexander alius, de quo legatur Id. l.39. c.1. m.

Alius ab iſto, ſed

tamen Alexander & in finitimâ Judæa, ipſe Judæus genere, adoptavit ſe in familiam Herodis Regis. Ioſeph 17. Antiq. c.14.

Sic

Chomaces humillimæ ſortis homo, qui ſe Caji Marii filium ferebat, cum apud credulam plebem ſeditiones moveret, interfectus eſt. Liv. Epit. 116. f.

Sic extitit

Pſeudo-Fridericus, tempore Rudolph. Habſpurg.

v. Cuſpinian & Aventin. l. 7. Cranz. l. 8. c. 7. Metropol. & l 7. Vandal. c.39. ſub a. Sal. 1283. Gerard. de Roo. l. 1. Ann. Auſtr.

Pòſt

in eadem Germania, nobilis impoſtura evenit circa Marchionem Brandenburg. Voldemarum.

vid. Cranz. l. 9. Metrop. c. 35. & Cuſpinian. Dubrav. l. 22. Cytræ. l. 1. Saxon. Reuſn. p. 224.

Sic *Balduinum VIII. Flandriæ, Hannoviæq; Comitem in prælio contra Bulgaros cæſum, quidam Bernardus Rainſus, Campania Gallica oriundus, poſt annos 20. reducem & redivivum ſe vulgavit, finxitq;.*

Æmil. l. 7. Fulgoſ. l. 9. c. 16. Cranz. l. 7. c. 41. Metrop. adde Douſain in not. ad Georg. Logoth. p. 73. & ſeqq.

Cum

Alphonſus Arragoniæ Rex eſſet Juvenis & undecennis, matre gubernante, ſupervenit, qui ſe Alphonſum veterem adfirmaret.

Id. Fulgoſ. l. 9. cap. 16.

Hodie Turca crudelius auſpicantur ſuum Imperium à jugalatione fratrum, peſſimo Monarchiæ obtinendæ Zelo; hinc LL. ſive Facta illius gentis ſunt, unum non imperare ſolùm, ſed vivere; ut exordium novi Principatus, fratrum parricidium. Audi.

Phil. Camerar. Cent. 1. c. 88. Exempla alia add. Lipſ. in monit. p. 810. cum ſeqq. & 115.

De *Adolpho Egmondano, cui*

Pater Arnoldus Geldriæ Dux & Dynaſta erat leg.

Cominæum Comment. l. 5. Meteran. Belg. hiſt. l. 1.

De *Legatione Chami Tarttaror. Pr.* (hominis omnia ſacra & Deos deſerere r. t. parati, regnandi causâ) *poſt obitum Stephani Reg. Poloniæ ad Comitia de Rege creando.* Audi

Leonclav. pandect. Turc. p. 190. f. 260. 397.

Eſt & alius mitior obtinendi modus, ſed tamen illegitimus, nam

Plutonis unius nutu, ut olim, ita nunc quoq; ſacra, profanaq; omnia ſurſum ac deorſum miſcentur, cujus arbitrio bella, pax, imperia, conſilia, judicia, comitia, connubia, leges, fœdera, artes, ludicra, ſeria, (jam ſpiritus me deficit) breviter, publica, privata, omnia mortalium negotia adminiſtrantur.

Eraſm. in Laud. Stultit. p. 10. confer Lipſ. in not. ad 3. Pol. 10. Bodin. 6. de Rer. c. 2. Rittersh. ad Gunth. lib. 3. verſ. 461. & l. 4. v. 29.

Ita

Cæſar pontificatum maximum petiit.

Suet. in Cæſ. c. 13. pr. & c. 20. n. 6.

Candidati Romæ in

Conſulatu petendo erogabant lineas peragendas, i.e. faſcias veſtibus intexendas, tunicas ſubſericas & equos, ingemiſcentibus frugi hominibus, ad concilianda ſuffragiorum ſtudia.

Vopiſc. in Aurelian.

Et ipſum Imperii Diadema nummis venale fuiſſe tot profuſiſſimæ largitiones paſſim apud Authores decantatæ convincunt.

Hæc ferè Romæ in ipſius Imperii popularis occaſu contigerunt, cum omnia peſſum irent, quum ob κακοπολιτείαν Romanorum interfuit, omnem poteſtatem in unum conferri, Democratia in Monarchiam commutata. evolv.

Sueton. in Cæſ. c. 19.

Hinc concinnus ille verborum novator inquit: *Omnia Romæ* (ductu Mantuano) *eſſe venalia, ipſamq; adeo urbem, ſi emptorem invenerit.*

Salluſt. Jugurth. c. 8. 20. 35.

Romanæ ſapientiæ ſol de ſuis temporibus queritur:

num-

nummarium Tribunal, audita utrinq; licitatione alteri addici.

Sen.1. d. benef. c.9.

E melioribus tamen Imp. Alex. Severus:

Ego verò non patiar mercatores quos ſi patiar, damnare non poſſim, erubeſco enim illum puniri hominem, qui emit & vendit.

ap. Lamprid. c.43.

Quippe quæ emeris, vendere gentium jus eſt.
ut ait Seneca d.l.

His reſpondet illud Juſtin

ἀργυρολογεῖν τὰς ἀρχὰς, πάσης ἐςὶ πονηρίας, προοιμιόντι ϗ πέρας.

Nov. 8. iu fin. præfat.

Et hoc nomine perſtringit FRANCIAM ſuam

Bod. 6. d. Rep.

Certe FRANCIA, *quam jacet & perit? hanc habet vel maximas primas cauſas,*
ita cenſente Lipſio in not. ad 3. pol. 10.

In FRANCIAM ita luſit Owenus:

Fungitur officio rarus ſine munere Judex:
Cur, niſi quod ſanctum munere munus emit?

Ut iſti Authores mentiti hactenus, haud ſunt; ita Rex Franciæ in nupero bello Belgico cumprimis operam dedit, ne Vates vani eſſent? Nam

malè ſe res habet, cum quod virtute effici debet, id tentatur pecuniâ.

Cic. 2. offic. p. 240. add. l. ult. C. ad l. Jul. repet. confer. Bernegg. in not. ad Sueton. Cæſ. c. 19. & c. 9. & c. 54. n. 6.

Præclaré Alexandrum Filium Philippus accuſat, quum largitione benevolentiam Macedonum ſectetur:

Quod te malum rationis in iſtam ſpem induxit, ut eos tibi fideles putares fore, quos pecuniâ corrupiſſes? An tu id agis, ut Macedones non te Regem ſuum, ſed Miniſtrum & præbitorem putent? quo quid ſordidius Regi!
——emitur ſola virtute poteſtas.

Cic. d. l. p. 228. Claud. conſ. 3. Honor.

III. Regnum denique hæreditarium vel Electione traditum:

Principatum vel Rempubl. multi appetunt, nec boni ipſi, nec bono fine:
Magiſtratum gerere aut ſuffecturi abnuunt;
aut impares volunt: aut iidem poſſunt, cupiuntq;.

Tac. l. A. 13.

Quos tamen repreſſit mos ſive Lex Gentium per Electionem & ſucceſſionem. HANC appellat Oraculum Belgarum, CUM GENTILIS IS HONOS EST, ET PPINCEPS E PRINCIPE NASCITUR.

 Qua-

Digitized by Google

Quæq; receptior Experientia majorum, quæ ſucceſſionem per multas ætates, & nationes, ut meliorem recepit. vid.

Beſold. in differt. d. nomocopolit. de ſucc. & El. Keckerm. 1. pol. 4. Joach. Steph. l. 1. c. 1. n. 25. Q. Juriſd. Arnis. 2. pol. 2. ſect. 4. Bernegg Q. miſc. 33. Lipſ. in Commentar. ad Tac. 1. A. n. 29. Clapm. l. 2. c. 21. & l. 3. c. 10. Scip. Amir. l. 1. diſc. 2.

Item Lege Divina quæ *ſucceſſionem magis, quàm Electionem in Leviticis & Regibus adprobaſſe* certo certius eſt.

Lipſ. in monit. c. 4. p. 91. *Eaq; ut videtur, nobilior natura, quæ certum hominem Regni digito quaſi demonſtrans, omnes ſeditionis occaſiones tollit.*

Sic *Rebus compoſitis nulla ſpes Neroni*,

Othonis verba ſunt, ad Imperium ſe extimulantis.

Tac 1. hiſt. 21. vid. Capitolin. in Maxim. c. 15.

Idq; ex Principum ipſorum non tantum utilitate, qui cognito hærede majorem curam civitatis gerunt: imò & civitatis, quæ naturali inſtinctu magis inſitis, quàm aſſumtis Regibus obtemperare cupit. Sed & ſucceſſorum, qui ad expectatum imperium venientes inſoleſcunt minus, ſuosq; Cives minus premunt. στῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες: Filii enim mares ſunt columnæ Familiæ.

Eurip. in Ipig. Tauricâ. Hæc dicit Iphigenia de Fratre Oreſte adhuc ſuperſtite, extincto patre Agamemnone.

Ei nunc unus ex tribus liberis ſupereſt,
Domumq; pluribus adminiculis paulo ante
Plin. l. 4. epiſt. 21. m. *fundatam deſolatus fulcit ac ſuſtinet.*

Præter teſtamentariam autem ſucceſſio eſt legitima

Illa is, qui per ſucceſſionem plenum jus diſponendi de ſuo Regno habet, alium hæredem Regni inſtituit, arg. l. 26. C. Mand. l. 9. C. d. Judæ.

Flor. lib. 2. cap ult. *aditâ hæreditate, provinciam populus Romanus non quidem bello, nec armis (quidem æquius) teſtamenti jure obtinebant.*

Sigon. lib. 10. d R. Ital. *Mathildis quas in Thracia & Longobardia poſſeſſiones habuit, patrimonio D. Petri per teſtamentum adjeciſſe ſcribitur.*

Aliud igitur eſt in Imperio Principis lege definito reſtricto & particulari.

c. 33. de jurejur. l. 1. §. 1. de offic. procur. Cæſ.

Præſentis ſeculi ætate omnis hæc quæſtio inutilis: quia hodie in Europa vix ullum invenitur ejusmodi Regnum abſolutum, in quo Rex omnia pro arbitrio moderatur, *ſed ſunt Regna κατὰ νόμους*, ut Romanum, Galliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Angliæ, Scotiæ, Sueciæ, Hiſpaniæ, Venetorum; *niſi forte apud* Ruſſos, Turcas, Tartaros & alios Aſiaticos populos, hæc quæſtio locum habeat.

II-

Illi enim quàm nullius ſint animi, ad ſervitutem ferendam magis accommodati, quàm Europæi, apud illos etiam adhuc viget Dominatus.

Hac ſc. *Legitimâ*, quâ aliquis vel mortuo &c. vel victo Principi ſuccedit, quæ ſucceſſio jure ſanguinis obveniens *vel ſuſpenſa*, quâ quæritur de Tutoribus illuſtrium perſonarum, num præferendi ſint proximiori Agnato? Et quia Electoratus non eſt in Jure & poteſtate morientis, ſed lege defertur „ſc. *Aurea Bulla*, *& cum certa qualitate*: So ſoll der ältere Bruder deſſelben erſt„gebohrnen Sohns Verweſer und Verwalter ſeyn / als lang biß der Aelter un„ter ihme zu ſeinen Tagen und rechten Alter (der 18. Jahren) kommt / das an„einem Churfürſten ſeyn ſoll ꝛc.

A.B. c.7.§. ob ein Churfürſt wäre ꝛc.

de ejus ergo adminiſtratione nulla poteſt in teſtamento fieri diſpoſitio, *arg.*

c.un. pr.1.FR.8. junct. c.un.2.FF. & vid. Kubach. pol. quæſt. p.505.

Idem ſuadet ſalus Reip. & niſi hanc admitteremus declarationem A.B ut ſc. eam quoq; exaudiamus in caſu teſtati, ſupervacanea eſſet diſpoſitio, quia *& olim conſtitutum eſt*, *& jam dudum obtinuit*, *ut*

non dato tutore teſtamentario, *proximus agnatus ſit tutor.*

Denique *non conveniret æquitati*, *jus quaſitum tum alicui auferri ſine ſuo facto.*

Vel certa, & hîc conſideratur *ſubjectum ſucceſſionis*, quale ſit, qui ſuccedat, puta liberi, diſtincti vel *ex ordine prærogativæ*, ut ſunt certi, legitimique liberi, cui rei, ubi fraus timeri poterat, cautiones legimus adhibitas calumniæ aut ſuſpicioni vitandæ. ſicut in

Conſtantia Neapolit. Regina quæ nupta Henrico IV. Imper. quinquagenaria etiam major uterum cœpit ferre, tandem aut fucum ſuſpectantibus multis: utrumque prudenter amolitus Henr. peperit tandem in foro, ſub tentorio expanſo Frider. II. paterni avi Frid. I. Barbaroſſ. nomine appellatum Cuſpin. in Henrico VI. quorum vero liberorum in ſucceſſione I. eſt gradus.

De Diſtinctione tamen illâ Spuriorum legitimat. & non legitimatorum &c. egi ex profeſſo in opuſc. meo de legitim. illegit. &c.

Dein *ætate primi*, etſi in exemplis interdum aliter, conſul.

Arnis. l.2. de Rep. c.2. ſ.8. & ſeqq. Toloſan. l.7. de Rep. c.5. Beſold. diſp. pol. 6. *t.* 29. ubi quid vero ſi 2. ſimul naſcantur.

Tamen hîc interdum quæſtio, *an ex eâ minor aliquis natu præferatur?* Cauſæ plures eſſe poſſunt.

Una, quæ olim litem movit inter

Artemenem & Xerxem

quem

Ariobarzanem voc.

Ex his, *ille* Regnum jure & more Gentium petebat, tanquam *natura pri-*

t.t. C. & l. de Legit. tut. per vulg. l.11. de R.I.

v. l.12. ff. d. ſuis & leg. l. 7. §. fin ſi tab. teſt. null. ext. l. natura & ſi 18. ff. d. in off. teſt l.7. d. bon. damn. l. 11. d. lib. & poſth.

Herodot. l.7. à pr Iuſtin. l.2. c.10.

prior; *Hic* vero controverſiam non de ordine, ſed *de naſcendi felicitate* faciebat. *Arbitrum patruum* ſumſerunt Artaphernem, qui re penſiculatâ, præponendum Xerxem putavit.

Judicium hoc Artaphernis conſentaneum eſt *Reſcripto Valentis*, *Gratiani & Valentiniani* Impp. in

l. ſi ſenator. 11. C. d. dignit.

à quo tamen *diſſentit* Ictus *Ulpianus* in l. 5. ff. de Senat.

Qua de re conſulatur erudita *Hottomanni*, diſſertatio

Illuſtr. QQ. 2. & Ærod. rer. judic. l. 2.

Excipio, in cauſa etiam altera: ſi minor aliquis virtutibus excellat, & contra inopia ſit in majore. apud Tacit. 15. Ann. 2.

Vologeſes Parthorum Rex, de Tiridate inquit: Hic eod. mecum Principe patre genitus, mihi per ætatem ſummo nomine conceſſit. Ptolomæus (Philad.) contra jus Gentium minimo natu ex Filiis ante infirmitatem, regnum tradidit, & privatus officium Regi inter ſatellites fecit, omniq; regno pulchrius Regis eſſe patrem duxit.

Iuſtin. l. 16. c. 2. f.

Excluditur quoque in

Aur. B. c. 25.

Primogenitus mente captus, fatuus, ſeu alterius famoſi & notabilis defectûs.

Quid autem *ſi filius major præmoritur, prole ex ſe relicta?* Patruus adſpiciendo rationem proximi ſanguinis; Fratris vero filius reſpiciendo finem Juris, quoque cum patre idem cenſeatur: variè præferuntur.

Pro Patruo:

Liv. l. 29. c. 27. pr. *Galâ Rege mortuo, regnum ad fratrem ejus Deſalcem, pergrandem natu, (mos ap. Numidas eſt) pervenit.*

Tac 2. An. 45. *Inguiomerus ad Marobodaum perfugit, non aliam ob cauſam, quàm quia fratris filio juveni patruus ſenex parere dedignabatur.*

Iuſtin. l. 41. cap. 5. *Phrahates Parthorum Rex decedens præteritis filiis, Fratri potiſſimum Mithridati, inſigni virtutis viro reliquit imperium, plus Regio, quàm patrio deberi nomini ratus: potiusq; patriæ, quàm liberis conſulendum.*

Pro Nepote.

Mortuo Leone Cononymo, imperio ad ejus Filium Conſtantinum & Matrem Irenem devoluto, erant, qui propter puerilem Conſtantini ætatem, ejus patruo Nicephoro ſummam rerum deferre cupiebant. Sed res infeliciter ceſſit, quod pluribus explicat

Zonar. tom. 3. p. 13. 37 & pag. 96. 32. Iuſtin. l. 3. n. 2. & Plut. in Lycurg. p. 40. d. 5.

Spartiatæ nepotis ſucceſſionem propugnarunt: & ipſe Lycurgus Regnum Charilao fratris filio ceſſit, quod in manu ejus erat, omnium gratiâ tenere.

Sydonii facta ipſis poteſtate regnandi ab Hepheſtione, negaverunt, quemquam patrio more in id faſtigium recipi, niſi regiâ ſtirpe ortum. Admiratus Hepheſtio magnitudinem animi, ſpernentis, quod alii per ignem, ferrumq; peterent;

Vos

Digitized by Google

Vos quidem macti virtute, inquit, eſtote, qui primi intellexiſtis, quantò majus eſſet regnum faſtidire, quàm accipere. Curt. l. 4. poſt init.

Politiſſ. ille Conſil. & Cancellarius quondam Zollerinus in politic. l. 2. cap. 11. & anteced.

Nepotis quidem ſucceſſionem propugnandam ſuſcepit; aſt

uter ex duobus: Regis filiis quorum alter ante, alter poſt adeptum à patre Regnum natus eſt, in ſucceſſione præferatur?

multas LL. ex J. Civ. partim pro primo genito, partim quoque pro ſecundo genito adfert, nullam tamen deciſionem addidit, verùm, quum

Rationes *pro primo genito* prægnantiores eſſe videntur, & conſuetudo inveterata pro eodem pugnet, ei etiam calculum noſtrum adjiciemus, vid. Chr. Præt. P. c. 6. quæſt. 8.

Subjicio tandem *liberos & diſtinctos ex ſexu*: In quo? In viro, Fœminave?

In utroq;. de Maſculis præſupponitur, quia jubet ſic natura:

Γυναικὶ δ' ἄρχειν οὐ δίδωσι ἡ φύσις.

Menander. Alexidi quidam tribuunt.

Τὸ ἄῤῥεν πρὸς τὸ θῆλυ φύσει. τὸ
μὲν ἄρειον τὸ δὲ χεῖρον, καὶ τὸ
μὲν ἄρχον, τὸ δὲ ἀρχόμενον.

Maſculus & fœmina, alter melior ſecundùm naturam, altera deterior: & hic imperans illa verò parens. Ariſt. l. 1. pol. c. 5. (aliis cap. 3. ſub fin.) Athæn. l. 3.

Poëtarum eſt hieroglyphicum:

Ex omnibus fœminis Una Pallas
Jovis cerebro nata, matre caruit.

Ἐξουσίας κολακευούσης τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς γυναικείας ὀρέξεως πάντα χαλινὰ διαῤῥήγνυται. Lucian. in dial. vulc. & Iov.

Poteſtate cupiditati blandiente muliebris appetitus omnia vincula abrumpit.

De Fœminis haud fœmineis probatur fundamentis ſeqq.

Virtus omnibus patet, non deligit cenſum, imò nec ſexum. Sen. 3. de Benef. 18.

Non faſtidioſo aditu virtus excitata ingenia vivida ad ſe penetrare patitur, neq; hauſtum ſui cum aliquo perſonarum diſcrimine largum, malignum præbet: ſed omnibus æqualiter expoſita, quid cupiditatis potius, quàm quid dignitatis attuleris, æſtimat, inq; capta bonorum ſuorum tibi ipſi pondus examinandum relinquit, ut quantum ſubire animo ſuſtinueris, tantum tecum auferas. Valer. Max. L. 3. c. 3. in f.

Mihi quidem ſedet (pio illo ſenſu)

haud fieri poſſe, ut in ſpiritualibus donis ſit ſexus ulla diverſitas: quum in

 Chri-

Hieronym. tom. 5. f. 207. D. in Eſai. c. 56.

Chriſto JESU non ſit vir & mulier, ſed omnes in eo unum ſimus. *Neq; virtutes ſexu at animo æſtimare oportet.*

Iſque locus Eſaianus in

c. 3. verſ. 4. & præcip. verſ. 12.

Potius intelligendus videtur de Gubernatoribus, qui animum gerunt effœminatum, mollem, timidum.

Sen. in conſol. ad Polyb.

Cic 1. de LL. col. 428. f.

Ergo Virtus

in medio poſita neminem dedignatur, qui modo ſe dignum illâ judicavit. *Nec eſt quiſquam Gentis ullius, qui Ducem naturam nactus, ad virtutem pervenire non poſſit.*

Hinc *Natura* 2. *ſæpè fœminas ſolertes reddit, induſtria literatas, educatio pias.*

Caſ. 1. Pol. 3. conf. Tholoſ. l. 6. c. 11. Chaſan. Catal. Gl. M. part. 2. conſid. 8. Jun. pt. 1. Qq. Pol. 13. Piccol. grad. 6. Phil. Mor. c. 10.

Imperium 3. datur Sapienti.

Sapientes inter viros ſapientiſſimæ ſæpè fæminæ. Sit multarum inſtar Arabiæ Regina Saba, 3. Reg. 10. verſ. 1. 2. 3. *Eſther.* Eſth. 2. v. 17. Sic *Pulcheria*, Theodoſ. II. Imp. Soror, ſalubria Fratri ſæpè ſuggeſſit conſilia.

Zonar. in Theod. Jun. tom. 3. p. 37. cum ſeq.

Lipſ. in Not. & Mon. Pol.

Exemplum addit noſter

Iſabellæ, Ferdinandi Conjugis, Hiſpaniarum Regis.

Hiſpanis niſi nimium faviſſes, Lipſi, adjeciſſes utiq; *Exemplum*

Eliſabethæ Reginæ Angliæ,

præter multas corporis dotes ſupra ſexum prudens, multiſq; literis expolita: Græcè & Hiſpanicè mediocriter; Latinè verò, & Italicè, & Gallicè ad miraculum docta: quæ uno & eod. die tribus maximorum Regum Legatis, Latinè uni, alteri Gallicè, tertio Italicè reſpondere audita eſt.

Caſp. Ens in hiſt. Belg. t. 4. l. 8. f.

Cujus conſiliis ſapientiſſimis Anglia annis 45. gubernata, ad ſummam felicitatem usq; floruit. Jacobus VI. Britanniæ Rex in proœmio doni Baſilic.

Multæ 4. fœminæ

Sexus vitia virilibus curis exuerunt, Exemplo Agrippinæ. Tac. 6. Ann. 25.

Sic *Debora* Uxor Lapidoth judicabat populum in illo tempore & ſedebat ſub palma, quæ nomine ipſius vocabatur, aſcendebantque ad eam filii Iſrael ad omne judicium. *Judic. c. 4. v. 4.*

Sic *Abigail* prudentiſſ. *v. 1. Reg. 25. v. 6.*

Novimus in Aſſyria quoq; *regnaſſe Semiramin*, ann. 42. ſexumque mutatam virilem, magnasq; res geſſiſſe, ita non fœminas modo virtute, ſed viros anteiſſet.

Juſtin. l. 1. c. 2. m. Curt. l. 7. Diod. l. 2. c. 5. Alex. ab Alex. 4. gen. dier. c. 8.

Et

Et

Amazonas magnam Aſiæ partem quondam tenuiſſe. Suet inCæſ.22

Germaniæ Esdras ſive *Strabo* multoties ſcrib. *de Livoniis mulieribus*, quod nere recuſarint, S.Munſter l.3 c.499.p.1153.

Nondum maturus Imperio

Aſcanius F. Æn. erat, tamen Imperium ei ad puberem ætatem incolume manſit, tantiſper tutelâ muliebri, (tanta indoles in Lavinia erat) res Latina & regnum avitum paternumq; puero ſtetit. Liv.l.1. c.3.pr.

Ameſiam, quæ ſub ſpecie fœmina virilem animum gerebat, Androgynem appell. Val.M.l.8.c.3

Lucretia virilis animus maligno errore fortunæ, muliebre corpus ſortitus eſt. Id.l.6.c.1.

Mater Henr. IV. Imper. annos 5. res Imperii diligenter adminiſtravit. Chr Car.l.4. p.843.

Ita *Phile* Antipatris Filia, Crateri Uxor:

& *Zenobia*, Palmyrenorum Regina:

& in uno Neapolitano Regno *duæ Joannæ*, ævo ſuppares: vid. Cæl.Rhodig. l.13.c.33.

& his animi, ingeniíque dotibus excelluiſſe quàmplurimas

IMPP. AUSTRIACORUM AUGUSTAS,

imò MODERNAM IMPERATRICEM PRUDENTISS. CLAUDIAM, Hiſtoriarum monumenta & documenta tàm graphicè commonſtrant, ut candidior ſit penna, quæ in præſentiarum ſilet, quàm quæ plura adulationis ſuſpecta geſta adpingit.

5. Etiam bellicoſas, inde plus ſatis credas. Vin alia exempla? Aſpice prælaudata,

Semiramis virtute ſua heroica Æthiopiam ſuo adjecit regno. Et magis admirandum Indiæ bellum intulit. Magis dices: Ita eſt. Nam, præter eam, & Alexandrum M. eò pervenit nemo! Iuſtin.l.1. p.3. ſeq.

De *Camillo* Duce, dux Poëtarum canit: Virg Æn.11

Quotque emiſſa manu intorſit ſpicula virgo,

Tot Phrygii cecidere viri — —

Tales *Fœminæ Sarmaticæ.* Pomp. Mela. p.81.

& *Fœminæ Argivæ.* Polian. l. 8. Stratag.

Tales *illæ in bello Cimbrico*, de queîs *Flor.* L. 3.

& Fœminæ *German.* teſte Tac.de mor. Germ.c 3.

Tales *in expeditione Alemannorum adverſus Palæſtinam fuère virgines haſtatæ, armatæ, ac virili habitu indutæ, imò & animo cum fuerint audaciores Amazonibus.* Nicetas l.1. Man.Com.

Uxor Antonii Fulvia, nihil muliebre præter corpus gerens. Paterc. l.2. c.14.

Ut in viro (Xerxe) muliebrem timorem, ita in muliere (Artemiſia Halicarnaſſi Regina) virilem audaciam itidem cerneres. Iuſtin.2. c.12.

Britanni Voadicâ generis Regii fœmina Duce (neq; enim Sexum in Imperiis diſcernunt) *ſumpſere bellum.* Tac. in Agric. c. 16. f. p. 44. m.

l.12. A. c. 40. m.

Id. A. ſui tamen oblitus ſcrib.

Britannis ignominioſum viſum, ſubdi fœminæ.

Conſtantinopoli per abſentiam Imp. Andronici, ortâ ſeditione Cantaguzeni Magni domeſtici mater motum illum prudentiſſimè compeſcuit. Hunc enim Imperator diſceſſurus Aſſeſtricem (πάρεδρον) conjugi ſuæ reliquit.

Fuit

γυνὴ βουλευτικὴ, καὶ σεμνότητι ἤθεσι κοσμουμένη, καὶ βαθεῖαν πλουτοῦσα τὴν σύνεσιν, καὶ πάνυ τοι σφόδρα ἐν τοῖς ἀπόροις εὐμήχανος,

Gregoras l. 11. c. 3. p. 374. a.

Senatoria matrona & gravitate morum conſpicua, & ſingulari prudentia ornata, & in rebus dubiis præſenti conſilio inſtructa.

Quis dixerit, naturam malignè cum muliebribus ingeniis egiſſe, & virtutes illarum in arctum retraxiſſe? par illis, mihi crede, vigor, par ad honeſta (libeat) facultas eſt.

Sen. conſol. ad Marciam, ub. etiam alia exempla fortitudinis muliebris.

6. Plurima recenſet exempla & Politias, in queîs etiam *fœminæ ſceptrigeræ*, ſummumque ad Imperium electæ & evectæ fuerint.

Cabotius. l. 1. diſp. c. 15.

Suboles hoc

Pandis, Indorum gentis. *Plin.* l. 6. H. N. c. 20.

Arrian. l. 1. d. Reg. Alex.

Sic etiam *receptum eſt in Aſia* jam inde à Semiramide.

Claudat Claudianus l. 1. in Eutrop.

—— —— Medis, levibusq; Sabæis
Imperat hic Sexus, Reginarumq; ſub armis
Barbariæ pars magna jacet.

Cæterum, qui ſtant à parte Fœminearum Coronarum ad inſidias ſtructas. Ad

Primum telum, quod laborat morbo legitimæ conſequentiæ. Quod enim mulier in œconomia haud marito præeſt, illud inde fit, quia *dominium à nullo ei eſt oblatum. Aſt in regimine inſtituta ideò regit viros, quia hi illi vel liberè vel imperii iure illud exigente ſeſe ſubjecêre.* reg.

Keckerm. l. Syſt. P. 2. p. 42.

II. Hîc ſimile fit diſſ. cum extendatur extra tertium & terminum; beſtiales enim mares fœminis haud ſerviant, at *rationales*, maximèque fortes id non recuſarunt, *exemplo Simſonis*, Judic. 16: & *Herculis*, v. Terent. Eunuch. act. 5. ſc. 8. *paremus* enim, *ſi parendum*; *imperemus ſi imperandum.*

III. Argum. eſt ambiguum; aut enim loquitur de impotentia corporis, aut mentis; ſi de illa, nihil ad rem; ſi de hac, aſſertum probatur. Prob. *Sanam mentem*, MENTEM ILLAM ÆTERNAM, *γυναικωνίτιδι, ademiſſe univerſa.* Sed ſit ita. *Sit Regina Luna & exiguum ſapientiæ & prudentiæ habeat ſplendorem.* Quid tum poſtea Conſiliario-

rum

rum turba Sol q. erit, ſuisque radiis eam magis magisque illuſtrabit.

Hæc juvabit lingua & mente; alia manu & factis. Nec rerum Domina renitetur. Palpabit enim vim ſic conjunctam eſſe fortiorem, quàm ſejunctam. Verbum ſaltem add. & quær. *An imperantes maſculi ſint ſemper ſat potentes animi, ſcil. decennes aut ſeptennes?* ſed hoc ulcus ultra tangere nolumus!

IV. Pone, *adſit inconſtantia.* Quid exinde? *An res ſtatim publ. capiet quid detrimenti. Non* exiſtimamus. Exiſtim. potiùs ei hoc prodeſſe, ſi *Imperatrix* ſit nunc aſpera, nunc blanda! *Veſtigia ſic Jugurthæ premit:* conſul. Salluſt. in bello Iugurth.

Privator. urges mores? Nihil hi ad publicos. Sed ſint. Viri imperantis vide inconſtantiam. . Evolv. Suetonium in Vitell. n. 12. p. 220.

V. Quod non ſit adſipiens, adverſatur allatis exemplis. Si *Cæſar Calpurniæ* ſuæ paruiſſet, non periiſſet.

Nil de Auguſti Liviâ, de *Sorore Regis Leonidæ,* & de *Pilati* dicemus *muliercula!*

VI. Si *Imperatrix* eſt impetuoſa. Imperio eo ipſo non obeſt, verùm prodeſt. *Semiramideum impetum imperio proficuum exequuntur.* Val. Max. l. 9. c. 3

VII. Quod *magis timida, quàm timenda;* id non eſſe κα όλυ, ſupra ex allegatis Hiſtoriis teſtatum ivimus. *Timor etiam habere poteſt ſedem in corde viri.* vid. Munſt. Coſmogr. l. 4. c. 118. pr. 1288.

Timiditas imperantis non ſemper Imperio ruinam affert, ſed ſæpe induit habitum prudentiæ. 2. Sam. 18, 3.

VIII. Quod *ſervus nimis hoc ſervitium;* per accidens, id eſt, non per ſe, Et *regna diſtincta:* alia enim Imperii Fœminei patientia ſunt, alia impatientia: atteſtante Choppin d. dom. n. reg. l. 3. tit. 1.

An pergemus? Non. Jure enim tàm gravi malumus plus ultra audire, quàm audiri. Paucum verò.

Adjiciemus autem unam aut alteram diſtinctionem:

I. Si *Fœmina legitimis mediis ad Imperii faſtigium eſt evecta,* non debet illi, propter his vel alias rationes Imperium divinitus datum eripi.

II. Omnis quæſtio eſt, aut de *Regno ſucceſſivo,* aut de *electivo.* Si LL. Regni fundamentales, vel conſuetudo publicè recepta & continuata faſces Imperii fœminæ per ſucceſſionem deferant, omninò debet gubernationi rerum præfici.

III. Si *Electio* ſit *reſtricta* LL. vel conſuetudine, non poteſt præteriri fœmina.

IV. Fœmina conſideratur vel *ordinariè,* vel *extraordinariè.* Reſpectu poſteriore admittuntur, ſecus priore.

V. In *Statu Monarchico* Fœmina poteſt tenere clavum Reip. *In Ariſtocratia non item.*

Plura de Gynæcocratia B. *Gerhard*. Tom. 6. LL. Th. de Magiſtr. Pol. n. 5. §. 110. p. 743. *Caſus* p. 22. 48. 163. *Kubach*. p. 236. *Keck*, Pol. 1. 2. *Köng*. diſp. Pol. 5, θ. 32. *Bernegg*. diſp. 1. Tac. 12. & in Sueton. diſp. 2. c. 22. in fin. inque QQ. Miſc. 165. *Goclen*. quæſt. 101. & 91. *Coraſ*. 2. Miſcell. ult. n. 7. & ſeq. *Beſold*. 1. Pol. 6. §. 7. *Dithmarſ*. Pol. 287. *Jun*. part. 1. p. 74. *Lipſ*. 2. Pol. 2. & 3. mon. 2. 3. *Hondorff*. p. 444. *Bodin*. 6. d. Rep. *Arniſ*. 1. Pol. 9. *Walliſ*. p. 334. & ſimil.

Porrò *ſucceſſio legitima jure ſanguinis etiam devolvitur ad Agnatos*, ubi liberorum & nepotum defectus datur, ſecundùm graduum prioritatem juxta

pr. & §. 3. I. de Leg. Ang. Succ.

Et contingit iſthæc Succeſſio *jure confraternitatis* quâ Principes Principibus ex diverſis Familiis genitis, vigore pactorum Gentilitiorum, Cæſ. autoritate ſuffultorum, ſuccedunt, eoq; fine, ut

Familiarum ſeneſcentium ſplendor & dignitas conſervetur. vid.

l. 37. de R. V. l. 1. §. 2. delib agn. l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. l. 22. C. d. adm. tut. l 35. d. pign. act. Gail. 2. obſ. 127. n. 5.

Inſimulque ejusmodi Confœderationibus.

Publica Pax innitatur, leg.

Knichen. de J. Sax. c. 2. 15. 78. & ſeqq. confer Reuſn. 1. conſ. 7. n. 54.

Datur itidem Succeſſio *jure connubiorum*, evolv.

Clapmar. 4. d. Arc. Rerump. c. 9. Piccart. Dec. 6. obſerv c. 3. Bernegg. not. ad Cæſ. Suet. c. 21. n. 1. a. Dithmarſ. Pol. 312. & al. compl.

Isque ſuccedendi modus *ſtabilis* & *frequens* eſt, Agricolam ex eo commendat. Tac. in Agric. c. 6.

Quod ad capeſſendos Magiſtratus in urbem digreſſus Domitiam Decidianam, ſplendidis natalibus ortam, ſibi junxerit: idq; matrimonium ad majora nitendi non modo decus, ſed & robur fuiſſe dicit.

Quin imò & Opt. Imp. Antonin. Phil.

Cum moneretur ut repudiaret Fauſtinam Uxorem adulteram, ſi non occideret: dixiſſe fertur, ſi uxorem dimittimus, reddamus & dotem.

Capitolin. in ejus vit. c. 19.

Dos autem quid erat, niſi Imperium, quod ipſe ab Adriano adoptat. acceperat.

Cæſar Calpurniam L. Piſonis filiam, Succeſſori ſibi in Conſulatu, duxit uxorem, ſuamq; Juliam Cn. Pompejo collocavit; Cur utrumq;? Ut ſc. is eorum potentia magis magisq; floreſceret, & factionem firmaret. Non immeritò (fruſtra licet)

licet) vociferatus tum Cato, rem intolerandam eſſe, nuptiarum lenociniis imperia vendi, & Rempubl. prodi. Suet. in Cæſ. c. 21.

Illuſtre huic quoq; rei *Exemplum* præbet Auguſtiſſ. Domus Austriaca, Quæ per Connubia multas ſibi acquiſivit provincias, de quo Schönborn. 2. Pol. 16.

Donationibus inter Viros etiam acquiri ſolet Regnum vel Provincia, adi præter All.

Hœnon. Diſp. Inſt. 6. t. 20.

Perpende hîc *Salomonis factum:* Itemque *Donationem Delphinatûs* R. Gall. à Pr. Umberto a. 1349. audi

Nihemium l. 2. hiſt. c. 25.

Similiter Succeſſio fit in Regnis *jure belli legitimi*; nam

quodcunq; (corporale; in juribus enim v. gr. debitis aliud Hotomann. in quæſt. 5.) captum ex hoſtibus eſt. Dominio victoris ſubjicitur.

§. 17. l. d. R. D. l. 5. §. fin. l. 7. pr. & l. 51. ff. de A. R. D.

Idque ex *Divina Lege:* Deut. 20. v. 12. 2. Par. 20. v. 15. Gen. 48. v. ult.

Hinc Arioviſtus apud Jul. Cæſar. inquit: 1. de Bell. Gall. 36.

Jus eſſe belli, ut, qui viciſſent, iis, quos viciſſent, quemadmodum vellent, imperarent.

Ratione autem *temperatum* neceſſe eſt, novum illud imperium, alioqui illi, qui ficti ſunt, facillimè defectionem moliuntur, & ab impoſito jugo reſiliunt. vid. *Bernegg. Suet. Cæſ. c. 86.*

Illicet longè aliter Machiavellus l. 1. c. 26. cum ſeq.

Sicut ipſe Princeps novus eſt, ita etiam in Principatu omnia eſſe innovanda, ut neq; opes, neq; honores quiſquam in ea Provincia poſſideat, qui non cogatur conſiteri, ſe illa ab ipſo Principe obtinere. Et his rationibus Phil. Macedo totius Græciæ Imperium comparaſſe, cum prius exiguum Regnum poſſederit. Iis verò, qui mediam ingrediuntur viam, id non proſperè ſuccedat, ſed his, qui vi oppreſſos imperio coërcent, ſit ſane adhibenda ſævitia, ut heris, ſin famulos, ſi aliter teneri non poſſunt. conf. Cic 2. offic. p. 242.

Eſt præterea adhuc alius modus legitimè ſuccedendi, qui fit *per Adoptionem.*

Ericus Dux Pomeranorum à Margaretha Regina trium Regnorum adoptatus Filius, in Regnum aſſumtus. Cranz. Lib. 8. Chron. R. Dan. c. 1.

Et

à Juſtino I. adoptatus fuit Juſtinianus II. qui & ipſe poſtea adoptavit Juſtinum II. M. Anton. Philoſophum Adrianus adoptatum, Imperatorem deſignavit. Zonar. t. 2. annal. in Ant. P. Tac. 1. hiſt. 29

Proviſum Adoptione (Piſonis) videbatur, ut ne poſt Galbam bello locus eſſet.

D. An-

Digitized by Google

V. In *Statu Monarchico* Fœmina poteſt tenere clavum Reip. *In Ariſtocratia non item.*

Plura de Gynæcocratia B. *Gerhard.* Tom. 6. LL. Th. de Magiſtr. Pol. n. 5. §. 110. p. 743. *Caſus* p. 22. 48. 163. *Kubach.* p. 236. *Keck.* Pol. 1. 2. *König.* diſp. Pol. 5. θ. 32. *Bernegg.* diſp. 1. Tac. 12. & in Sueton. diſp. 2. c. 22. in fin. inque QQ. Miſc. 165. *Goclen.* quæſt. 101. & 91. *Coraſ.* 2. Miſcell. ult. n. 7. & ſeq. *Beſold.* 1. Pol. 6. §. 7. *Dithmarſ.* Pol. 287. *Jun.* part. 1. p. 74. *Lipſ.* 2. Pol. 2. & 3. mon. 2. 3. *Hondorff.* p. 444. *Bodin.* 6. d. Rep. *Arniſ.* 1. Pol. 9. *Walliſ.* p. 334. & ſimil.

Porrò *ſucceſſio legitima jure ſanguinis etiam devolvitur ad Agnatos*, ubi liberorum & nepotum defectus datur, ſecundùm graduum prioritatem juxta

pr. & §. 3. I. de Leg. Ang. Succ.

Et contingit iſthæc Succeſſio *jure confraternitatis* quâ Principes Principibus ex diverſis Familiis genitis, vigore pactorum Gentilitiorum, Cæſ. autoritate ſuffultorum, ſuccedunt, eoq; fine, ut

Familiarum ſeneſcentium ſplendor & dignitas conſervetur. vid.

l. 37. de R. V. l. 1. §. 2. de lib. agn. l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. l. 22. C. d. adm. tut. l. 35. d. pign. act. Gail. 2. obſ. 127. n. 5.

Inſimulque ejusmodi Confœderationibus.

Publica Pax innititur, leg.

Kniehen. de J. Sax. c. 2. 15. 78. & ſeqq. confer Reuſn. 1. conſ. 7. n. 54.

Datur itidem Succeſſio *jure connubiorum*, evolv.

Clapmar. 4. d. Arc. Rerump. c. 9. Piccart. Dec. 6. obſerv. c. 3. Bernegg. not. ad Cæſ. Suet. c. 21. n. 1. 2. Dithmarſ. Pol. 312. & al. compl.

Isq́ue ſuccedendi modus *ſtabilis* & *frequens* eſt, Agricolam ex eo commendat. Tac. in Agric. c. 6.

Quod ad capeſſendos Magiſtratus in urbem digreſſus Domitiam Decidianam, ſplendidis natalibus ortam, ſibi junxerit: idq́; matrimonium ad majora nitendi non modo decus, ſed & robur fuiſſe dicit.

Quin imò & Opt. Imp. Antonin. Phil.

Cum moneretur ut repudiaret Fauſtinam Uxorem adulteram, ſi non occideret; dixiſſe fertur, ſi uxorem dimittimus, reddamus & dotem.

Capitolin. in ejus vit. c. 19.

Dos autem quid erat, niſi Imperium, quod ipſe ab Adriano adoptat. acceperat.

Cæſar Calpurniam L. Piſonis filiam, Succeſſori ſibi in Conſulatu, duxit uxorem, ſuamq́; Juliam Cn. Pompejo collocavit; Cur utrumq́; ? Ut ſc. is eorum potentia magis magisq́; floreſceret, & factionem firmaret. Non immeritò (fruſtra licet)

licet) vociferatus tum Cato, rem intolerandam eſſe, nuptiarum lenociniis imperia vendi, & Rempubl. prodi. Suet. in Cæſ. c. 21.

Illuſtre huic quoq; rei *Exemplum* præbet Auguſtiſſ. DOMUS AUSTRIACA, Quæ per Connubia multas ſibi acquiſivit provincias de quo Schönborn. 2. Pol. 16.

Donationibus inter Vivos etiam acquiri ſolet Regnum vel Provincia, adi præter All.

Hœnon. Diſp. Inſt. 6. t. 20.

Perpende hîc *Salomonis factum*: Itemque *Donationem Delphinatûs* R. Gall. à Pr. Umberto a. 1349. audi

Nihemium l. 2. hiſt. c. 25.

Similiter Succeſſio fit in Regnis *jure belli legitimi*; nam

quodcunq; (corporale; in juribus enim v. gr. debitis aliud Hotomann. in quæſt. 5.) captum ex hoſtibus eſt. Dominio victoris ſubjicitur.

§. 17. I. d. R. D. l. 5. §. fin. l. 7. pr. & l. 51. ff. de A. R. D.

Idque ex *Divina Lege*: Deut. 20. v. 12. 2. Par. 20. v. 15. Gen. 48. v. ult. Hinc Arioviſtus apud Jul. Cæſar. inquit: 1. de Bell. Gall. 36.

Jus eſſe belli, ut, qui viciſſent, iis, quos viciſſent, quemadmodum vellent, imperarent.

Ratione autem *temperatum* neceſſe eſt, novum illud imperium, alioqui illi, qui ficti ſunt, facillimè defectionem moliuntur, & ab impoſito jugo reſiliunt. vid. *Bernegg. Suet. Cæſ. c. 86.*

Illicet longè aliter Machiavellus L. 1. c. 26. cum ſeq.

Sicut ipſe Princeps novus eſt, ita etiam in Principatu omnia eſſe innovanda, ut neq; opes, neq; honores quisquam in ea Provincia poſſideat, qui non cogatur confiteri, ſe illa ab ipſo Principe obtinere. Et his rationibus Phil. Macedo totius Græciæ Imperium comparaſſe, cum prius exiguum Regnum poſſederit. Iis verò, qui mediam ingrediuntur viam, id non proſperè ſuccedat, ſed his, qui vi oppreſſos imperio coërcent, ſit ſane adhibenda ſævitia, ut heris, in famulos, ſi aliter teneri non poſſunt. conf. Cic. 2. offic. p. 242.

Eſt præterea adhuc alius modus legitimè ſuccedendi, qui fit *per Adoptionem.*

Ericus Dux Pomeranorum à Margaretha Reginæ trium Regnorum adoptatus Filius, in Regnum aſſumtus. Cranz. Lib. 8. Chron. R. Dan. c. 1.

Et

à Juſtino I. adoptatus fuit Juſtinianus I. qui & ipſe poſtea adoptavit Juſtinum II. M. Anton. Philoſophum Adrianus adoptatum, Imperatorem deſignavit. Zonar. t. 2. annal. in Ant. P.

Proviſum Adoptione (Piſonis) videbatur, ut ne poſt Galbam bello locus eſſet. Tac. 1. hiſt. 29.

D. An-

Senec. conſol. ad Marc. l. c. 15

D. Auguſtus amiſſis liberis, nepotibus, exhauſtâ Cæſarum turbâ adoptione (Tiberii) deſertam domum fulſit.

Verùm enimverò Imper.

Adrianus de ſalute dubius, convocatis ordinis Senatorii populis, Aurelium Antoninum tali oratione Succeſſorem deſignat.

Mihi quidem Clariſſimi Viri, natura filium non dedit, vos verò lege dediſtis. Multum autèm intereſt, naſcatur, an adoptetur Filius, propterea, quod is, qui naſcitur, talis eſt, qualem eum Dii immortales eſſe voluerint; eum verò, qui adoptatur, unusquiſq; ſibi deligit. Ex quo fit, ut ille ſæpè naſcatur mutilus & clemens; hic (quod certo judicio fit) integer & ſanæ mentis deligatur.

Dion. & Xiphil. in Adr.

Ideoque aliis ratio magis placet alia, cum ſcil. SPRETO NATURALIUM JURE, PRINCEPS (videlicet Magiſtratus) SUFFRAGIIS DESIGNATUR.

Isque modus, quô defertur Adminiſtratio Reip. alteri præferendus eſt, quatenus conſtituendum Imperium. Præcedat autem cum ſit antiquior; prius enim quàm ulla fuit Succeſſio, fuit Electio: *cui primus Rex ſucceſſit?* Nulli. Ita Cæſarum Romanorum præceſſit Electio ſive à milite, ſive à plebe facta, & à Senatu confirmata ſucceſſit enim ſucceſſio. Inque Ariſto- & Democratico Statu ſemper eadem ſibi locum vendicat.

Cellar. Pol. c. 3 n. 7. & 8.

Et *hodie in Imperio Romano-Germanico recepta eſt, ut* PRINCEPS PRINCIPUM, *non hæreditariâ ſucceſſione ad Summam Eminentiam adſcendat*, *prolixè* oſtend.

Et vett. Germanis uſurpata fuiſſe, ex his verbis non obſcurè colligitur:

Reges ex nobilitate, duces ex virtute ſumunt.

II. Melior etiam, quod evidenter poteſt conſpici in Rege inter Reges ſummo. Is *moribundus cum interrogaretur, cui tradere vellet Regnum, vel quem eligeret, in Regno Succeſſorem, optimè dixit: Optimum.*

Curt. l. 12. circa fin.

Et aliâs in uſu habemus: ex optimis eligere optima: eamque ob cauſam eandem etiam *præferunt Dani, Sueci, Poloni* ac *Hungari.*

III. Libertatis eſt alumna; in Electione enim libera liberè quisquis ſuam promit ſententiam, impunè ait, impunè negat.

Quod ſi diſſentiant inter ſe Eligentes, novum non eſt *ſorte dirimi litigium:* conſul. præter al.

Bernegg. diſp. 2. q. 7. in Tac. it. Q. miſc. 49. & 178. Caſ. p. 225. & 295. Dithm. pol. p. 310. Arniſ. 1. pol. 9. Schönborn. 2. pol. 2.

Nam ſortitione interdum, ſi neceſſitas poſtulaverit, Magiſtratum eligi poſſe, *uſus* adhuc *frequens* eſt *Argentorati*. Si quidem in *Democratia*, ſi cum paribus pares ambiunt Principatum, ibi ſine ſorte copioſa fieret ſanguinis effuſio,

IV. Imperio utiliſſima. Quem enim liberè eligunt, ei ſpontè parent, ſi fue-

Digitized by Google

ſi fuerit bonus: ſin malus, potiori jure de Throno electum detrudunt; quàm ſi legitimè ſucceſſiſſet. Hunc enim regnô ſpoliare iis, qui ſub regno, minimè licet.

Eorum hæc potiſſima eſt ratio, qui *defendunt Angliæ Regem Judiciis* Cluv. Ep. hiſt. *Dignum Diademate.*

Milton quidem ſcr. monumenta noſtra teſtantur, Reges noſtros non hæreditati, non armis, non ſucceſſioni, ſed populo ſuam omnem poteſtatem debere.

Friſchmuth. in diſc. de Rege el. & depon. § 97.

Quàm falſum hoc ſit reſp.

Salmaſius ſolidè doc.

Defenſione Regiâ pro Carol. I.

Inde usque à Wilhelmi Conquæſtoris tempore, qui primus Regium Dominium jure belli ſibi acquiſiverat, Regnum Angliæ ſubinde fuiſſe hæreditarium usque ad nefariè extinctum Carol. I. Sed Pax!

V. Sapienti ſapientum calculo probatiſſima. Non enim tumoſas majorum crepat imagines, ſed virtutem ipſam reſpicit. Quare *pro Electione contra Succeſſ.* vid.

Herodian. Lib. 5. poſt pr. p. 111. & de utriusq; prærogativa. v. etiam *Keck.* 1. pol. 4. *Pachymerius* l. 2. c. 1. Barclajus in Argen. l. 1. p. 165. & ſeqq. *Bodin.* 6. d. Rep. 5. & in Meth. hiſt. c. 6. *Caſ.* in Sph. l. 3. c. 11. *Eberh. à Weyhe* in Probl. Reg.

VI. Regnum ſucceſſivum Tyrannidi magis obnoxium, & loco libertatis eſt, ſi Princeps eligitur,

Cum talis facilius LLum, & quas hodie Tac. 1. hiſt. 16. vocant *Capitulationem* vinculis conſtringi queat.

Eæd. verò *Impp. num ſint Leges publicæ*, in utramque partem diſput. vel *affirmando*

1. Autoritate *B. Carpz. in L. R. G. c. 1. n. 1. 15.*
2. Omnes Imperii Ordines obſtringit.
3. Quia & per ſe allegant.
4. Quia ſtatim & formam Imperii potiſſimum deſcribunt.

Vel *negando*:

1. Quia ab Electoribus tantum conditæ.
2. Libertati Ordinum non per omnia favent.
3. Hactenus in Corpus Juris Noviſſimum ſunt receptæ. Sed manum de tabula.

Et ad *Subjectum Electionis* quale nam?

Digitized by Google

Elucet forſitan dilucidè ex præfixis & dehinc præfigendis V. Stellis, earundemque Radiis.

Hactenus ergo. Sed plus ultra. Paulum verò.

Monarchia perpetuò quærit Gubernatorem: Democratia ambulatorium: Ariſtocratia ex utroq; participet. Videndum autem præprimis, quod cujusq; Reipubl. ferat conſuetudo, & quid commodi ac ſecuritatis civibus inde redundare queat. De his latiſſ. conſul.

Gryph. d. arcan. θ. 67. *Kubach.* p. 112. *Jun.* pt. 2. quæſt. pol. ult. pag. 171. *Caſ.* p. 56. & 263. 89. *Lipſ.* in monit. c. 9. & not. 55. in Lib. 2. hiſt. *Tac. Gerhard. Dec.* 2. q. 9. & *Dec.* 4. q. 7. *Patrit.* d. Regn. 1. 6. 5. *Niceph. Calliſt.* l. 1. Eccl. hiſt. c. 17. *Jac. Curt.* l. 3. conject. c. 43. *Amirat.* l. 1. diſſ. pol. diſc. 12. *Piccart.* dec. 6. c. 7. *Morus* in Utopia. *Cœnonber.* diſc. in Tac. p. 234. *Bodin.* Meth. hiſt. p. 304. & ſeq. & de Rep. l. 4. c. 4. &c.

Aſt & Electio ſuos patitur manes, ſuos maſtiges. Hîc obſtat

I. *Timor de Cadmæa pugna.* Vicini ambigunt de finibus, quidni Magnates Magnis de Imperiis:

Ad illud ſuccurrit *Reſp.* id interdum fieri, interdum eſſe. Imò ſæpius rixas intermitti, quàm committi. Si autem committantur, per accidens fit, haud per ſe.

II. Eſt lubricum, ſuffragia libertati eſſe ſæpè inimica. Non enim ad Gubernatores eligendos eligimus & requirimus avaritiæ deditos, Liviones aut Calones, ſed Catones & Fabritios.

vid. Salluſt. in comp. M. Cat. & C. Cæſ.

III. Sub ſpecie veri falli, imprudentes, non prudentes attinet Electores, qui non cœco impetu, ſed præeunte & prælucente judicio Reges regnis eligunt, Exemplo Electorum Imperii, de quorum dignitate & poteſtate, privilegiis & officiis Electoralibus non nihil inferius, inſuperque perquirendus

Arum. Limn. & *alii* ad Aur. B. *Comin.* & *Gewald.* de VIIvir. *Reinck.* de R. S. l. 1. cl. 4. c. 7. & ſeqq. *Lampad.* d. St. Reip. G. p. 3. c. 4. *Beſold.* de præced. & Seſſ. prærog. c. ult. *Burgold.* N. R. J. part. 1. diſc. 19. *Carpz.* ex Semicent. Qq. Illuſtr. ex A. B. paſſim.

IV. Conſuetudinem ſc. non admittere, ut qui hodie alteri eſt par, aut etiam ſuperior, cras eo ſit inferior: contrarium videre eſt in Competitoribus Darii, de queîs

Herod. in Thalia p. 312.

Deni-

Denique *Adminiſtrationem rectè delata* ritè ſequitur *Inauguratio Magiſtratus*, & *Exactio Juramenti:*

Utrumque variat pro varia locorum conſuetudine & varietate Regnorum atq; Principatuum; uti notum eſt vel ex noſtro

Schönborn. 2. Pol. c. 20 add. Eraſm. Fr. R. Schaubühn 3. v. &c.

An per genus? Non. Sed ſi Lectuti poteſt fieri pace, adjiciemus paucula de ſingulis ſingulorum IMPP. AUSTRIACORUM AUGUSTISS. ELECTIONIBUS & CORONATIONIBUS, junctis aliquibus CAPITULAT.

Primus ab Electoribus Cæſar,

Electus

RUD. HABSP. A. 1273. Ff.

1. *Hiſtoria* in MS. Lit. O. MS. Lit. 2. Mutii, Aventini, Sigonii, Cruſii, Ann. Steronis, Spangenbergii, Lehmanni, & Chronic. Thuring Bechereti. It. Colm. Chr. Alberti, Argentorat. Chr. Adolph. Fuld. Hiſt. noſt. temp. part. 3. l. 9. p. 292. perquirenda.

2. *Rationes contra Electionem:* Richard. Com. Angl. Cornubiæ ab aliis electi & Aquisgrani coronati Imp. exercita crudelitas, & Ottocari Regis Bohemiæ modi acquirendi illegitimi R. Imperium, junctis inſuper gravaminibus aliorum Principum &c.

3. *Rationes pro Electione peracta:* His non attentis, major ratio illius Interregni, mortuo Friderico, ferè in Imperio 22. ann. durantis habita, & Imperator contra AntiCæſares ab Electoribus ſalutatus, qui potiùs Imperium R. ſubſidiis fulcire potis eſſet, id quod omninò præ ſe ferre Comitem Habſpurg. Archiepiſcopus Mogunt. Werner, & Elector Palat. Ludovicus reputabant, & ille quidem eundem, veluti prudentem armisque & bello ſtrenuum, qualemcunque tum Imperium depoſcebat, commendabat: cujus inſimul FILIÆ ſex ſingulari virtute præditæ, Electoribus ſecularibus deſponſatæ, quâ conjunctione interveniente, undique manus auxiliatrices Imperatori contra Antagoniſtas porrigi potuerunt.

Quare omnium conſenſu electus, & ex caſtris â Comite Friderico â Zollern beneficio Literarum Electoralium, vocatus, tandemque cum prima ſua Conthorali Coſta ANNA, ALBERTI, ſive (ut Blondellus vult) BURKARDI, Comitis Hohenbergenſis Filia, apparatuque magnifico Ffti. appellens, poſtea Aquisgrani Coronâ Imperiali ſolenniſſimè condecoratus fuit.

4. *Electionis tempore* Francof. Carmen aliquod Germanic. cantabant:

Des Römiſchen Käyſers Adeler
Liget in des Löwen Neſte ꝛc.

quô ipsô innuebant, Imperii Axioma ad eum Comitem in inſigniis Leonem igneum in clypeo aureo geſtantem, fuiſſe delatum, ideoque Imperium toto pectore

Lætatum longos cantando condere Soles!

5. Subſecutus Aquisgrani *Actus Coronationis* Cæſareæ: de Pace publ. primùm agebatur; bos integer perdicibus multisque aliis avibus fartus & toſtus: In fonte ſaliente aliquot imagines è tubis ductilibus vinum generoſum effundebant; Ludi haſtici celebrabantur: Drama Latinum de Aſtræa exhibebatur; Miſſilia argentea, quorum unum latus Cæſaris effigiem, in cujus manibus Aquila & Corona Imperii, alterum verò repræſentabat Juſtitiam cum hac Epigraphe:

RUDOLPHUS Victor malorum & Defenſor bonorum.

Hisque *Ceremoniis tum primum atq; etiamnum Francof. utebantur*, teſte Hiſtorico Hosmanno in tr. de Elect. & Coron. Cæſar. quare *brevius de reliquis, atq;*

Elect. ALBERT. I. IMP. A. 1298. Ff.

Ejusdem occaſio, ut & *Coronationis*: quum Adolphus Naſſovius, Imperio impar, Moguntini favore electus, ab Edvvardo Anglo ſtipendio CM. aureor. conduci ſe ſiviſſet, nec tamen eum juviſſet, ſed Thuringiam pro illo auro ab Alberto Landgravio ſibi emiſſet, ob illam, cum iſtis hominibus bellum geſſit, crudeliter vaſtavit, tandem cum alias Imperii regiones diriperet, multaque ſcelera perpetraret, Moguntinus, favorem in odio verſo, de eo dejiciendo, in ejusque locum Albertum ſubſtituendo, Electoribus autor fuit. Iſte autem eum, ut Stipendiarium jam ante contempſerat, dicens: Si Dominus meus Stipendiarium ſe Anglo facit, quidni ego me pro Franco? Sed denuò Francof. à VIIviris electus & Aquisgrani in tanta hominum frequentia, cum Conſorte Thalami ELISABETHA ab Archiepiſcopo Colon. Wichbaldo coronatus, & Solio Caroli M. Imp. impoſitus, ut Dux Saxoniæ opprimeretur. Lege præter allegatos

Spangenb. in Chronico, Polyd. l. 17. Trithem. in Chr. Fabr. in Chr. Cuſpin. in Adolpho & Alberto.

Electio ALB. II. IMP. A. 1438. Ff.

De illius effectu: Poſtquam antehac 6. Imperatores ex alia, quem Auſtriacorum Familia ſucceſſerant, electus & coronatus, quantumvis ad Imperium promotus, ejusdem adminiſtrationem primùm recuſavit, neque propter

pter Juramentum Hungaris præſtitum, citra eorum conſenſum ſuſcipere voluit. Demum in eadem Caſimirum Polonum è Bohemia amovit, facultates Bohemicas attrivit, Moraviam 400. pagis exuſtis ſibi ſubjecit, in expeditione Hungarica adverſus Amurathem II. ex nimio peponum eſu obiit, relicta ELISABETHA uxore gravida, quæ pòſt peperit Ladiſlaum poſthumum. Ultra cit.

Cuſpin. d. tr. in Alber. Cromer. l. 21. Bonfin. dec. 3. l. 4.

Electio FRID. III. IMP. A. 1452. Ff.

Filius Erneſti, cognomento Ferrei, (à conſtantia & robore corporis) Archiducis Auſtriæ, communi procerum voto in Cæſarem electus, ultimus, qui Romæ coronatus fuit, & quidem t. t. cum Conjuge ELEONORA, Eduard. Portug. R. Filia: ab Alberto Fratre ob hæreditatem, ab Ulrico Ciliæ Comite, ob tutelam Ladiſlai poſthumi vexatus eſt: Italis titulis delinitus Longobardorum Rex coronatus, quod tamen Regnum pòſt Sfortia occupante amiſit. Bohemicum acceptare renuit. Ungaricum adverſus Matthiam Hunniadem, etſi acceotaſſet, attamen ad interceſſionem Principum, ſolvente Matthia pro Corona 80000. aureorum remiſit. Cum Carolo Burgundo pacem iniit, quæ, ut firma eſſet, Filiam ejus unicam Mariam Filio ſuo Maximiliano deſpondit: *Deceſſit duobus annis major Auguſto, tribus verò in imperio minor, quos Imperii annos nullus Imperatorum attigit.* Aliis prætermiſſis vid.

Cuſpin. in Fr. Naucl. gen. 49. Æn. Sylv. in Hiſt. Bohem. Trithem. in Chr. Fabr. in orig. Sax.

MAX. I. eligitur Rex Rom. vivente Rom. Imp. Anno 1486.

1. *Hiſtoria* ap. Ger. de Roo Lib. 10. p. 365. & Goldaſt Polit Imperial. part. 1. pag. 86. &c.
2. *Ejus Coronatio* Aquisgrani, & conjuncta apud Cruſ. Annal. Suev. p. 473.
3. *Gratulatio Venetorum* ap. Freher. Script. Germ. tom. 2. p. 185.
4. Filium genuit ex Maria, Caroli Burgundiæ Ducis Filia, plurium Principatuum Hærede unica, præter Filiam Margar. Belgarum Rectricem, Philippum Belgarum Principem, qui ducta Johanna Ferd. & Iſabella Hiſpanorum Filia, Familiæ Auſtriacæ Hiſpaniam, Siciliam, Neapolim, *Indiasq́ tum primùm inventas nomine Dotalitiorum acquiſivit* &c. confer quoque

Cuſpin in Max. Aventin in Annal. Krantz. l. 13. c. 9. & 11. Chytr. in Sax. Fabr. in orig. Sax. P. Jovium in Hiſt. Marian. de reb. Hiſpan. add. Manl. Munſt. Hoſm.

Electio CAR. V. IMP. A. 1519. Ff.

1. *Hiſtoria* ex Actis ap. Goldaſt. Polit. Imp. diſc. 7. part. 1. p. 102. &c. & Polit. Reichs-Händel Sleidan. Comment. l. de Stat. Relig. & Reipubl. Add. Hartmann. Maur. Conſil. Colon. Tr. de ead. Elect. Coronat. & Apparatu atq; Magnificentia ſolennis Convivii in Super. Palatii Aula celebr. omnium fuſiſſ. confer quoque Car. Scriban. d. reb. Germ. ejusdem & Gud. Zenoc. d. hujus Imp. Fort. & Laudib. Libb. VII.

2. *Momenta rationum* pro Carolo R. Hiſpan. Nepote Maximil. imprimis favore Electoris Saxoniæ & Frid. Palatin. Franciſco R. Gall. prælato, dicente Saxone: *Deus nobis hunc Cæſarem propitius & iratus dedit*: confer Thuan. l. 1. p. 14. & Chytr. in Sax.

Ut & contra eum allata: *pro eo* 1. quia potente Imperatore opus erat. 2. Quia Germanus. 3. Quia maximis ingenii dotibus & animi artibus polluit. 4. Præſtantia Majorum. 5. Ætas matura rebus gerendis. 6. Conſilia Avita. 7. Vaticinia de futuro Imperatore Carolum videntur deſignare.

Contra eum: 1. Si detinebunt Hiſpan, cum periculo tranquill. German. cuſtode carentis. 2. Præſentia Cæſaris ob varias cauſas neceſſaria. *R. in Capit. provid.* &c. 3. Iratos Hiſpanos adducet cum periculo libertatis. 4. Hiſpani ditionem Imperii in Italia recuperatam non reddent. 5. Imperio incubare cupient. R. Jura Electionis jurejurando confirm. 6. Peregrinum Trevir. dix. 7. Hiſpan nat. in Germ. ſuperbia. 8. Bellum Mediolanenſe ſurget, & ne Turcis reſiſtatur, impediet. 9. Ætas nondum ſatis adulta, ſpes, non res.

Q. de peregrinitate & definit. German. in utraque Oratione Moguntini & Trevirenſis.

Q. de Lege peregrinum eligi vetante.

3. Not. Arnoldi Ferroni narratio, de hac Electione non vera pag. 155.

4. Prætenſio P. repulſa in Actis ap. Goldaſt.

5. De ordine ſuffragiorum Electoralium controverſia inter Limnæ. & Carpzov. Addit. tom. 2. p. 12. &c.

6. Capitulatio Cæſarea Car. V. etiam legitur in fine operis prællegati Carpz. de L.R.G.

Controverſia de Electione Rom. Reg: FERDIN. I. vivo Imp. An. 1530. FF.

1. *Hiſtoria* ap. Sleidan. l. 7. 8. &c. Goldaſt. Polit. Imperial. part. 2. Hortleder. Act. Publ. l. 3. c. 13. & l. 4. c. 9. in qua proponitur cumprimis etiam

2. Sla-

Digitized by Google

2. *Status Controverſiæ.*
3. *Rationes pro Electione.*
4. *Rationes contra Electionem* factam.
5. *Finis Controverſiæ.* confer quoque Thuan. l.7.16.21.36.&c.

De *Capitul. Cæſarea* hujus Imperat. legendus in Append. Carpz. d.tr. de L.R.G.

Electio & Coronatio Max. II. Imp. Anno 1562. FF.

1. Et quemadmodum *Actum* præprimis *Coronationis* eodem tempore, ob obitum Archiepiſc. Colon. à Moguntin. peractum, inque MAXIMILIAN. æque, ac ejusdem Auguſtæ Mariæ Caroli V. Filiæ perſonas ſolenniſſimè translatum, excipiebant omnis generis inſolita dramata, jubila & tripudia edita &c. &c. ita uterque conjug. Auguſtus & Auguſta, Corona Ungarica Regia & ſingulari pompa ac Magnificentia induebantur & mactabantur, queîs de αὐτόπτης ille Wilhelmus Hoffmannus cum Hoffmanno præallegato omnium pleniſſimè.

2. Quoad *Capitulationem* Maxim.II. quam ſub finem ſui Tr. commemorat Carpzov. de L.R.G.

Q. ſecundum mentem B.Bœcleri: *An Genuina? Negatur* 1.propter omiſſa Limnæo ad hanc Capit. p.487.

2. Propter irreperta p.489. 3. Quia creverunt potius, quàm decreverunt Capitulationes. Hæc autem utraque præcedente ſtrictior eſt, 4. particulariter: quî potuiſſet omitti Artic.Carolinæ Capitul. 2. & 3. & 4 & 6. & 12. & 14. & 15.16.17.20.23.26.27.29.30.33.

Rurſus affirmatur 1. quia temporibus accommodata eſt, 2. quia de Maximiliano nullus talis metus, 3. quia Cancellarii Nomen adſcriptum. 4. quia cætera, etiamſi non expreſſa, inſunt. 5. quia publicè pro tali habetur.

Electio Rud. II. Imp. Anno 1575. FF.

Licet Max.II. Filium ſuum Rud. jam ante Regem Rom. Boh. & Ungariæ creatum declaratum à VIIviris FF. ad Imperium promovendi ſummo arderet deſiderio, nihilominus idem Max. ævo confectus, metuque irruptionum Turcicarum eò iter emetiri haud potis, igitur eandem profectionem *Reginoburgum* vel *Imbripolem verſus* ſuſcepit, inibique *Electio* feliciſſimè peracta, 1. Novemb. Rud. *Corona* Imperatoria coronatus, eidemque *Cæſarea Capitulatione* præſcripta, eaque propter *Literæ Reverſales*, Nomine Imperatoris & Electorum ad Helenopolim exaratæ fuere, quæ excuſationes aſſe-

ferebant ſonticas Electionis alibi inſtitutæ, adpenſa inſimul cautione ſolita, haud derogandi, iſthac Electione & Coronatione facta, de Aureæ Bullæ vel Francofurtenſium immunitatum & conſuetudinum Antiquiſſ. vi & efficacia, tenore ac vigore, nullo modo, ullavé ratione &c. de quibus omnibus & ſingulis evolv. prolixius

Joh. Fr. Fauſt. Chron. Käyſ. Wahl und Krön. § 111. & 112. p.338. & 365. cum ſeq. it Appendix Cæſareat. Capitul. Carpzov. de L.R.G.

Electio & Coronatio Matthiæ Imp.
Anno 1612.

Hiſtoriographi unanimiter teſtatum faciunt, ſpatio unius, aut quod excurrit, ſeculi, Electores, nunquam circa officia Electoralia vel Actus Electionis & Inaugurationis Imperatoriæ, tam unanimes exitiſſe, atque ab iisdem, maximè in propria perſona & per Legatum Brandenburgicum, celebrata fuiſſe. 1. *Hujus Electionis Actûs antecedentia*, quoad locum, qui erat FF. ad Mœnum, præfixo tempore d. 13. Jun. 2. *Ejusdem concomitantia*, quoad ſacra publica facienda, Juramenti Electoralis depoſitionem, Electionem ipſam, vigore A. B. perficiendam. 3. *Conſequentia ejusdem*, quoad Electionis factæ publicationem, Electi obligationem, privilegiorum Electoralium ſpecialem Confirmationem, ſolennemque commiſſionem & acceptationem Imperii? 4. denique *ſolennia Cæſar.* hujus Coronationis quoad ejusd. locum, qui t. t. idem erat, qui Electionis, (neque enim adeo exactè hodiè attenditur) ipſam Coronationem Germanicam unctione ſive conſecratione inſignium, ſceptri ſc. Gladii & Pomi Aurei, ac Impoſitione Coronæ, admotis manibus Trigæ Electorum Eccleſiaſticorum, itemque Juramenti iterata depoſitione, fauſta acclamatione, Miſſilium jactu, Convivii Solennitate, Electorum ac Principum Miniſtratione &c. perfectam, quemadmodum iſthæc ſingula ſigillatim attingit.

Goldaſt. in Polit. Imp. diſc.14. add. Carpz. in App. Cap. Cæſ. ſæpe cit. Tr. c.11. ſect.11. n.18. & 19.

Similiter Coronatio IMPERATRICIS ſive REGINÆ Rom. Aquisgrani in Eccleſia Mariæ Aquenſis per annos fere 200. non celebrata; at in REGINA ANNA, Archiduciſſa Auſtr. Oenopontana, AUGUSTA CÆS. MATTHIÆ IMP. denuò cœpta, & A. 1612. Menſe Jun. FF. q. renovata fuit, perficiebaturq; Ceremoniis parum à Coronatione Imperiali differentibus, uti patet ex Actû prælaud. Coronat. repræſentatæ ab

A. Fritſch, in ſua Aug. diatribe. c. 3. add. Carpz. d. tr. c.11. ſect.11. n.18. & 19.

Ele-

Digitized by Google

Electio & Coronatio FERDIN. II. IMP.

Anno 1619. FF.

Quomodo Menſ. Jul. & Septemb. inque dies ſingulos ſingularia horum Actuum Cæſar. ſolennia fuerint celebrata, & Capitulatio inſuper con- & ſuſcepta, operoſius deducunt præcit.

Fauſt. d. libell. ſ. 116. & 117. atque Carpz. d. tr. in App. Cæſ. Capit.

Electio & Coronatio FERDIN. III. IMP.

Anno 1636. Ratisb.

Ex Actibus antecedentibus Cæſ. ſatis liquet, Requiſita ejusmodi & ſolennitates Regum Rom. in Imperio Romano-Germanico non ſemper & ubique ad amuſſim obſervata, ſed quandoque pro ratione temporis, loci, aliarumque circumſtantiarum ex placito Electorum variata fuiſſe, prout manifeſtum itidem evadit ex his Actibus præſentibus quos cum Capitulatione ejusdem Imperatoris Ferd. III. glorioſiſſimæ memoriæ ob oculos ponit latiſſimè.

Carpzov. d. tr. c. 11. ſect. 9. n. 24. & ſect. 10. n. 34. cum App. Capit. Cæſ. FERD. III.

Quod autem nonnunquam etiam in Ceremoniis ac ritibus Coronationis Imperatricis varietur ex Actu Coronationis MARIÆ Hiſpanicæ, Reginæ Rom. anno 36. ut & ELEONORÆ Mantuanæ anno 53. Aug. à Præſule Moguntino peractæ, quas graphicè depingunt

C A. Thuldenus in Continuatione Brachelii part. 1. l. 2. p. 104. & pt. 2. l. 6. p. 244. Add. Carpz. cit. tr. c. 11. ſect. 11. n. 21.

Sic quinam Electionis FERD. IV. ritus & Ceremoniæ Menſ. Majo Auguſtæ Vindelicorum adhibitæ, nec non Ratisbonenſium apparatus ad electum Romanorum Regem Menſ. Jun. anno 53. Reginob. Coronâ donandum, conſulendus

Id. Thuld. d. opere pt. 1. l. 1. p. 76. & lib. 2. p. 81. cum ſeq.

Eidem vero anno 51. Menſ. ſept. velut Hung. & Bôh. Regi ac Archid. Auſtriæ Viennæ Homagium præſtitum, juxta illud typis inibi a. 52. exſcriptum Volumen, cujus Titulus:

Warhaffte Beſchreibung / wie es mit ſolcher Erbhuldigung abgeloffen ꝛc.

Trium Regnorum Hungariæ, Bohemiæ & Germaniæ coronas accepit ut Mercedem, non ut Donum;

Quas merebatur, quod viveret (juxta Symb.) pro DEO & populo.
Quo die Rex electus eſt, matutina Iris apparuit;
Pacis publicæ per Imperium nos omen accepimus:
vid. I R.G. pag 308. Suæ privatæ, in qua requieſceret.
Et haud vanum futurorum (vel Imperii conſequuturi
à MODERNO IMPERATORE LEOPOLDO Auguſtiſſ.)
Augurium in mentibus hæſit taliter etiam anno 57. acclamantibus:
FERNANDO QUARTO fit QUARTA Corona Polorum,
Nam LEO: nam POLDOS Auſtria fert pariter!
Ita pridie Kalendas Junii anno 54. LEOPOLDUS IGNATIUS
Archidux, Cæſareum Genus Heroicâ Indole præferens,
ad ſalutandos PARENTES, FRATREMQUE, inde
Flavianâ Neoburgum contendit; intrantium in Urbem honoribus,
pompæque lumen haud malignum illaturus.
Adeundus *Thuld.d. tr. part.1. l.3. p.147.*

Quibusque verò Ceremoniis & Ritibus ſolennibus S.Cæſ. Majeſtas jam feliciter imperans d.10.Jul. anno 1658. FF. fuerit electa, & qualis Capitulatio eodem tempore con- & ſubſcripta, itemque qui, quantusque Introitus 1.Octobr. anno, quo erat

VIenna LeopoLDI MaIeſtate pLena:

& quænam vera atque genuina Delineatio *Coronationis Cæſareæ* dilucidè ſatis commonſtrant.

Id.Thuld d tr. part.3. l.9. p.270.cum ſeqq. & Paſtor.in Lauro Act. publ. Europæ in Appendic. add. Scigor. intr. v. Ion. Literſ.v.v. ped.

Sapienter excogitato SYMB. CONSILIO & INDUSTRIA:
Triga iſthæc t. t. paradox. adpoſita:
vid. Fauſt. §.121. ſub fin.

Animi ANCHORA firmi ſacrum cuique perfugium
CORONA Imperialis AUSTRIACÆ virtuti debita Merces:
AQUILA BICEPS.
Solis jubar unica perfert
Contra Rotam Fortunæ caducam, CÆSARI-Cæſareisque
(qui in Gradu poſſident
Heroico virtutem) nil nocere valentem!

RADIUS OCTAVUS.

PRUDENTIA SAGATA.

Diutius me tenuiſſet Pacata Illa, & toga ſua verè involuta prudentia; niſi hîc me ſtudio explicuiſſem, & præcepta prioris prudentiæ de Cauſis conſervantibus & firmantibus principatum ſeu Regnum aut Rempubl. nec non deſtruentibus, & infirmantibus, ſub III. hujus Cynoſuræ parte pertexenda conſtituiſſem, & ad militarem iſtam accinxiſſem, quæ horrida, aſt haud tàm ardua, interim ſagum ſuum ſponte offert;

> *Credunt* enim *pleriq;, militaribus ingeniis ſubtilitatem deeſſe, quia Caſtrenſis jurudictio ſecura & obtuſior, ac plura manu agens, calliditatem fori non exerceat.* Tac. in Agric. c. 9.

Adeoque *excellentibus ingeniis citius defuerit ars, quà civem regant, quàm quâ hoſtem caperent.* Liv. l. 2. c. 43. f.

Ego accipio; & ſermonem unà, habitumque mutans,

> *Arma, Virumq; cano.* Virg. 1. Æn.

Sed, de militia neutiquam judicet, inquiunt, cujus aures tubarum clangor non circumſonuit; *nec Hannibal quispiam aurem Phormioni vellicet*, veterque fabrum ultra incudem ſapere: Vel vid. Cic. 2. d. Orat. c 18. f.

> *Cleomenes aliquis, de fortitudine*
> *quodam diſſerente, effundatur in cachinnos.* Plutarch. in Apopht.

Ego verò audebo: nec mei tamen ingenii aut virium fretus fiducia, ſed eorum, à quibus jam diu mutuor & ſumo: Veteres illi ducunt, qui uſu docti, judicio magni, præcepta clam & palam propinando, ad militiam Magiſtri, per quorum latos & lætos Hiſtoriarum campos quotidiè fermè mentis oculo vagor.

> *Iliada Homeri Alex. M. in Caſtris ſemper ſecum circumtulit, ac legit, eamq; nominavit* ἐφόδιον πολεμικῆς ἀρετῆς, Inſtitutionem virtutis Bellicæ. Plut. in Alex. p. 668. c. & Orat. I. de fortun. Alex. p. 327.

> *Feſſaq; nocturnâ dum membra quiete levaret,*
> *dicitur hanc Capiti ſuppoſuiſſe ſuo.*

Briſſacus, Regiæ Militiæ in Gallia Imperator Buchananum Poetam conſiliis militaribus ſolitus fuit, unà cum Exercituum ducibus adhibere: cui rei occaſio hæc prabita: Cum Buchananus aliquando è Muſeo ſuo, (Præceptor liberorum Briſſaci tum temporis erat.) *ut famulo quippiam mandaret, in cœnaculum Aulæ contiguum, in qua Briſſacus cum ſuis proceribus conſilia bellica tractabat, deſcendiſſet, & aliquot murmuratis verbis, quam audiebat omnibus placere ſententiam, ſibi diſplicere oſtendiſſet, riſu Aſſeſſorum ſuborto, Briſſacus intellecta ejus cauſâ Buch. intro vocatum, liberè ſententiam dicere juſſit. Tum vero ille non modo Briſſaco, verùm omnibus aliis Ducibus oracula Martis loqui viſus eſt, quæ Imperator amplexus, feliciſſimum eorum eventum habuit.* Add. Lipſ. Monit. p. 60. f. Steph in Orat. d. Bello Turc. proſeq.

Kirchner. in diſp. ult. de Rep. hypotheſ. 7. conf. Virdu g in Agric. Tac. p. 44.

Longè prudentius egit Briſſacus, quàm *Hannibal, qui Thraſonica arrogantia præfatum Phormionem Philoſophum, de bellicis rebus diſſerentem irriſit. Quaſi verò ſolidè eruditus in literis politicis & hiſtoricis* (quæ Alexandrum M. Scipionem, Lucullum, Cæſarem, & quem non ? arte militari inſtruxerant.) de militiæ ſtudiis rectè judicare nequeat.

Tac. 13. A. 6.

Vel vulgus etiam, *in urbe ſermonum avidâ*, judicat de bellis, & idipſum nemo carpit. Quid nî ego quoque his de rebus ex Vet. mente ?

arg. l. 21 quod conſtitut ff. d. Teſtam. Mil. & ibi Gl. atque Bl.

> *poteſt quis, aliâs etiam dux militum eſſe, qui tamen non eſt miles. Duces enim propter prudentiam, non propter pugnam vel armorum potentiam eliguntur.*

Liv. l. 25. c. 19. m. Salluſt. in Jugurth. c. 7.

Itemque *Militares & Imperatoriæ Artes non ſunt eædem.*

> *Jugurtha, quod difficillimum imprimis eſt, & prælio ſtrenuus erat, & bonus conſilio: quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem adferre plerumq; ſolet.*

v. Cic. 13. ad Attic. ep. 37. Imp. Juſt. in proem. Inſtit.

Æmulabor in parte, ſique non manu, mente ero bellator; quod ſi probè & judicio à me fiet, tum ego quoque nihil negem ἀντιμοφόρητα.

Igitur

> IMP. MAJ. *non ſolùm armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam, ut utrumq; tempus & bellorum, & pacis rectè poſſit gubernari*

Tac. 1. Ann. 67.

> *Arma Conſilio temperanda.*

Nec fortitudo efficax ſine prudentia militari:

> *Alex. M. ſi quando in ſcholis Homeri verſuum inſtituebatur comparatio, aut in conviviis, alio alium præferente, ipſe hunc omnibus aliis præſtare dixit:*

Homer. Iliad. γ. verſ. 179.

> Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.
>
> *Utrumq; & Rector bonus & bonus Induperator.*

apud Zonar. tom. 3. p. 244.

Hic verſus etiam Epitaphio Juliani inſertus eſt:

Plut. Orat. I. d. Fortit. Alex. p. 331.

> *Rex idem bonus & fortis bellator in armis: Quum alius laudem tempore perceperat, eam ſibi legem poſitam exiſtimans; ut dicere liceat, Homerum uno verſu & ornaſſe præſtantiam Agamemnonis, & de Alexandri virtute oraculum edidiſſe.*

Keckerm. in polit. f. 444. conf. Gregor. l. 10. c. 7. p. 345.

In hac quæſtione, *an Virtus Militaris ſit præſtantior Togata? obſervanda eſt diſtinctio* τοῦ βελτίονος καὶ αἱρετοῦ i. e. *inter id, quod ſua naturâ eſt præſtantius, & quod propter circumſtantiam certam temporum, ac incidentem aliquam neceſſitatem eſt eligibilius. Virtus Togata, prout & ipſa Pax, per naturam eſt perfectior, ut bello, ita quoq; bellicis artibus: quia propter pacem, ut finem præſtantiorem, bellum geritur. At bellum & virtus bellica eſt præſtantior & eligibilior pace ac Virtutibus Togatis, non in ſe quidem & ſuâ naturâ; ſed per accidens illud, ſive propter incidentem neceſſitatem & circumſtantiam temporis, quâ Reip. ſalus poſtulat, ut bellum geratur.*

Sed nigra illa terra κατ' ἀντίφρασιν quaſi minimè nigra : *ſunt inepti, qui diſputant, utra ars excellat, peritiane militaris, an eloquentia; utraq; enim neceſſaria eſt vitæ, & ſuus cuiq; locus eſt &c.* Mel. in ep. à Manlio editis f.385.

> *Æqualis eſt utriusq; dignitas, niſi præſens neceſſitas unius conditionem nobiliorem efficiat: Tunc enim illa præferenda, quam præſentia magis exigunt, ut Valentinianus & Valens Impp. ſtatuerunt.* l. in civilib. 1. C. d. offic. vicar.

& firmitas à Militia:

> οὐδὲν οὐδενός ἐστι, πλὴν τοῦ σπουδάζοντος κατὰ πόλεμον Pachymerius 3. Hiſt. Byzant. 16. in f.

nihil cujusquam eſt, niſi ejus, qui rei bellicæ ſtudet.

Eſt autem omnis PRUDENTIA MILITARIS circa Bellum vel Externum vel Internum : Illud eſt propriè Diſſenſio, PER QUAM VIS ET ARMA CONTRA PRINCIPEM AUT POPULUM ALIENUM MOVENTUR.

De quo primò dicam, & univerſa, quæ eò faciunt, præcepta ad 3. hæc capita, cum Lipſio noſtro, redigam : SUSCIPIENDI, GERENDI, FINIENDI. Ergo prudentia Militaris ſpectat bellum externum, idque vel primò SUSCIPIENDUM, *tum in quæſtione juris,* ubi quæritur, *an ſit jus aliquod belli?*

nam hoc loco injuſtitiam omnem & temeritatem etiam abeſſe volumus. Illam priorem maxumè:

> *nec enim quærenda eſt, nos hoſtilia ab hoſte pati. ſunt namq; quædam belli jura, quæ ut facere, ita pati, fas eſt. ſata exuri, dirui tecta, prædas hominum, pecorumq; agi, miſera magis, quam indigna patienti ſunt.* Liv. l. 31. c. 30.

Hinc Cyprian. *homicidium cum admittunt ſinguli, crimen eſt: virtus vocatur, cum publicè geritur.* conf. Grot. not. in Luc.

Jura belli (quæ *breviter commemorat Piccartus* dec. 10. c. 10.) ſervanda ſunt; aliàs promiſcuæ & perpetuæ cædes erunt:

> *Romanorum Legati ad Gallos miſſi, cum ex iis quærerent : Ecquid in Hetruria rei Gallis eſſet ? Illi ſe in armis jus ferre, & omnia virorum fortium eſſe, ferociter dixerunt.* Liv. l. 5. c. 36. in.

Verba è ſacris ſacra : *Manus fortium dominabitur ; quæ autem remiſſa eſt, tributis ſerviet.* Proverb. 12. verſ. 24.

> *Deterior ſive peccator eſt, qui victus eſt.* 3. Reg. 1. v. 21.
>
> *Ubi manu agitur, Modeſtia & probitas nomina ſuperioris ſunt.* vid. Amirat. l. 13. f. p. 214. p.
>
> *Ita, qui olim* (dum quieti, ſecretique nulla provocant bella) *boni æquiq; Cheruſci nunc,* (dum à vicinis Cattis in virtutem tracti ſunt) *inertes ac ſtulti vocantur, Cattis victoribus fortuna in ſapientiam ceſſit.* Tac. in Germ. c. 36. fol. 448. A.

Acota ſententia:

> *Solet cum Victoria bona fama Victorem ſequi, armisq; ſuperior etiam cauſâ melior videri. Contra in victo, modeſtia ignavia & probitas ſimplicitatis vocabulo eluditur.* Id. 15. A. I.

Hinc *in ſumma fortuna id æquius, quod validius.*

Piſo ut rem agi poſſet, acie victus eſt.

οὐδὲν δικαίωμα τῶν ὅπλων ἰσχυρότερόν ἐστι: Πᾶς γὰρ δυνάμει προέχων, δικαιότερος ἀεὶ καὶ λέγειν καὶ πράττειν δοκεῖ. Nullum Jus plus poteſt, quàm arma: ut enim quisque potentiſſimus eſt: ita juſtiſſimè dicere & facere omnia videtur.

Careat ideò ſucceſſibus, quisquis ab eventu belli (etſi plerumque) facta notanda, neq; à Cauſa Juſtitiam aſſerendam putat: licet ab hoc capite bonæ ſpei ille ut plurimum bonus.

Cic. pro C. Ligario.

Sed melior certè cauſa, *eſtq; ea judicanda, quam etiam dii adjuverunt.*

Homer. Odyſſ. 8. verſ. 329.

Græcus Poëta minimè Græca vel punica fide:

οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα ——

Succedunt nunquam feliciter improba facta.

Sophocl. Oedip. Colon. verſ. 932.

Et aliud Sophocleum: τοῖς τοι δικαίοις καὶ βραχὺς νικᾷ μέγαν.

Parvus etiam magnum, æquam ubi cauſam fovet, ſæpè ſuperat.

Proverb 12. verſ. 21.

Quare ſapientiſſimus Regum Salomon:

Non affliget juſtum ullum infortunium;
impii autem replebuntur malo.

v. Thuc. p. 21. c. 11. Zonar. t. 3. p. 11. 26. Liv. l. 25. 18. Camer. hor. ſucc. 2. cent. 19. confer Herodian. l. 6. p. 131. Adde Richt. ax. pol. 229.

Ἀμυνομένῳ ἄμεινον ἐστί. Melior & conditio & fortuna ejus, qui propulſat, quam qui infert injuriam.

Unde Lindebergius, vir doctiſſimus canit:

Vulnera, damna, probrum & mortem plerumq; reportat,
Qui ſtricto ad pugnam quemlibet enſe vocat.

Imperatoria acies ſtat non armis, ſed juſtis cauſis, inquit ap. Suidam *Theodoſius* Imperator ad Valentinianum juniorem imperio obvectum.

Dii quoq; pro meliore ſtant cauſa.

Curt. l. 4. c. 1. poſt pr. & l. 5. c. 8.

ſi juſta ac pia bella dii averſantur;
fortibus tamen viris licebit honeſtè mori.

Scimus tamen aliter interdum eſſe arcano & nobis ignoto fine:

Hermocrates Syracuſanus apud Thucyd. l. 4. p. 293. a. b.

ſi quis jure ſuo niſus, certò aliquid confecturum ſibi pollicetur, ne is, ſi ſua ſponte fruſtretur, ægrè ferat: cum videat, complures jam antea, qui injurias aliorum ulciſci voluerunt, non modò vindictæ repetendæ poteſtatem non habuiſſe, ſed ne ipſos quidem incolumes evaſiſſe. Non enim idcirco ultio ſemper eſt felix, quia injuriis expreſſa. Ut plurimum autem Sors & Fortuna *in rebus dominantur.*

Gregoras l. 6. c. 17.

Exercitus, quem injuria & audacia antecedit, plerumq; cladem & interitum ominatur, & priusquam hoſtes irruunt, ipſi ſuâ temeritate evertuntur: ipſiq; ſibi hoſtes ſunt, divinâ vindictâ eum exitum decernente, quem facta illorum meruerunt.

Sæpè honeſtas rerum cauſas, in judicium adhibeas, pernicioſi exitus conſequuntur. Otto ap. Tac. 1. Hiſt. 83.

Injuſtæ autem bellorum Cauſæ, Ambitio, & Avaritia: Auguſtus voc.

profundam cupidinem Imperii & divitiarum. Tac. 1. A. 10. pr. & l. 4. hiſt. p 112. p. in Ep. Arſacis ad Mithrid. Salluſt. in Cat. cap. 33.

Nec uſquam aut nunquam hoc falſum: *Imperii & divitiarum cauſa bella atq; certamina omnia inter mortales exiſtunt.*

Aurum & opes præcipuè bellorum cauſæ.

Sic Jugurtha *Romanos*, ait, *injuſtos eſſe, profundâ avaritia communes omnium hoſtes: Cauſam belli habere libidinem imperitandi, queîs omnia Regna adverſa ſint: tum ſeſe paulo ante Chartaginenſes, item Regem Perſen poſt, uti quisq; opulentiſſimus videatur, ita Romanis hoſtem fore.* Tac. 4. hiſt. 74. in f. ap. Salluſt. c. 18.

Galgacus Britannus appellat. Tac. in Agric. c. 30.

Romanos raptores orbis, poſtquam cuncta vaſtantibus defuere terra, & mare ſcrutantur. Add. ib. Virdung. p 163.

Ac Mithridates vocat *Romanos Latrones Gentium.* in Ep. ad Arſacen. ap. Salluſt l. 4. hiſt. p. 103. m.

Ita *Antiochus* Seleuci frater, *Hierax* eſt cognominatus:

quia non hominis, ſed accipitris ritu in alienis eripiendis vitam ſectaretur. Cum eſſet annos 14. natus, ſupra ætatem Regni avidus, latronum more id totum fratri eripere cupiens, puer ſceleratam virilemq; ſumit audaciam. Iuſtin. l. 28. c. 2. m.

Addi poteſt & Ira, qua odio impulſi, arma movent ſæpè non movenda: *Nocendi cupiditas, ulciſcendi crudelitas, implacatus & implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi qua ſunt ſimilia, hæc ſunt, quæ in bellis jure culpantur.* Auguſtin. tom. 6. p. 432. c. l. 22. c. 25.

Itaque BELLUM JUSTUM poteſt deſcribi ab Auctore juſto, qui eſt ipſe Princeps, vel qui loco ejus in quaque Rep. *Cneum Manlium incuſant ejus Legati, Gallo Græcis non ex Senatus Auctoritate, non populi juſſu bellum illatum: quod quem nunquam de ſua ſententia facere auſum? Antiochi Philippi annibalis & pœnorum recentiſſima bella eſſe: de omnibus his conſultum ſenatum &c. Quid eorum à Manlio factum, ut iſtud publicum P.R. bellum, & non ipſius privatum latrocinium dicamus.* vid. Arniſæ. d. majeſt. c. 5. n. 11. & ſeqq. ap. Liv. l. 38. c. 45 add. 41. c. 7 & 43. c. 1. nr. & fin.

Et cauſâ juſtâ, quæ duplex: Defenſio & Invaſio. Sed *de qualibet invaſione id ſimpliciter verum non eſt*, ſed tantum de illa, quâ injuria Reip. illata vindicatur, & Jure Gentium res per vim ablatæ repetuntur: & in hoc ſenſu non differt à vindicatione. In defenſione quis ambiget? *Mithridates* inquit, *optandum ſibi fuiſſe, ut de eo liceret conſulere, bellumne ſit cum Romanis, an pax habenda: quin verò ſit reſiſtendum impugnantibus, ne eos quidem dubitare, qui ſpe victoria careant. Quippe adverſus latronem, ſi nequeant pro ſalute, pro ultione tamen ſua omnes ferrum ſtringere.* Defendere vero ſemper licitum non ſe ſolum; ſed & alios, ut ſocios, aut inique oppreſſos. v. Timpler. 4. pol. 10. quæſt. 5. p. 471. ap. Iuſtin. l. 38. c. 4. pr.

nul-

Salluſt 3. d. Rep. citante D. Auguſt l. 22 c 6. refert. in fragm. Thucyd. l. 1. p. 24. c in orat. Corycæor.

nullum bellum à Civitate optima ſuſcipitur, niſi aut pro fide, aut pro ſalute.
An etiam alieni ſubditi contra Dominum defendendi? v. *Alb. Gentil.* l. 1. d. Jure belli. c. 16.

Qui aliorum iniquo bello preſſorum defenſionem ac patrocinium ſuſcipiunt, apud univerſos virtutis commendationem: apud eos, quos defendunt, gratiam: ſibi ipſis deniq; virium acceſſionem pariunt.

Salluſt. in Iug. c. 14. in Orat. Atherbal. s.

Eſt majeſtatis populi Romani, prohibere injuriam (ſociorum) neq; pati cujusquam Regnum per ſcelus creſcere.

Cic. 3. de Rep. in fragm. ex Nonio (340. b. 4.) confer Bodin. l. 5. c. 6. p. 586. Virdung. in p. 147. Thucyd. l. 6. p. 423. c. Iuſtin. l. 4. c. 3.

Atque hæc licita & legitima Defenſio, cujus ſpecie tamen non longius eundum eſt. Quod Romanos feciſſe, ingenuè fatetur Romani Eloquii flos: *Noſter populus ſociis defendendis, terrarum jam omnium potitus eſt.*

Cum Rhegini diſcordiâ laborarent, civitasq; per diſſenſionem diviſa in duas partes eſſet, veterani ex altera parte ab Himera (urbe) *in auxilium vocati, pulſis Civitate, contra quos implorati fuerant, & mox cæſis, quibus tulerant auxilium, urbem Soliorum occupavere &c. Catinienſes quoq; cum Syracuſanos graves paterentur, diffuſi viribus ſuis; auxilium ab Athenienſibus petivere, qui ſtudio majoris Imperii, quod Aſiam Græciamq; penitus occupaverant, Lamponium ducem cum claſſe in Siciliam miſere, ut ſub ſpecie ferendi Catinienſibus auxilii tentaret Siciliæ Imperium.*

Plura hujusm. Exempl. v. in Arniſ. polit. l. 2. c. 4. p. 497. & Toloſſ. l. 11. polit. c. 3. n. 4. 5. 6.

Malè; nec imitandum. Jam invaſio quoque licita & juſta eſt, & quidem Jure Gentium, injuriâ laceſſito; ſed prius tentatâ Juris via: quæ potior illâ armorum. Bellum hoſti prius indicendum, quàm ſuſcipiatur:

Nullum enim *bellum eſt juſtum, niſi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum ante ſit & indictum.*

Cic. 1. Offic. Negat hoc Bodin. l. 5. c. 5. v. Ranzov. 1. Commentar. bell. c. 5. & 10. Liv. l. 1. c. 32. m.

Et quidem belli indicendi virtus per feciales.

Machiavell. in hiſt. Florent.

Florentini habebant campanam, Martinellam vocatam, quam in bellum profecturi, integrum menſem pulſari fecerunt ante profectionem, ut hoſtem admonerent, & ei tempus apparandi darent, adeò erant virtuoſi.

Cic. 1. offic. it. pr.

Duo ſunt genera decertandi, unum per diſceptationem, alterum per vim: illud proprium hominis, alterum belluarum. Confugiendum ad poſterius, ſi uti non licet ſuperiore.

Zonaras in Marcian. tom. 3. p. 40. 49.

Imp. Martianus miti vir ingenio, dicere ſolebat: *Imperatori arma non eſſe capienda dum pacem agere licet.*

Μὴ δεῖν ὅπλα βασιλέα κινεῖν, ἕως εἰρηνεύειν ἐξὸν.

Pomponius Lætus in Martiano.

Quo-

Digitized by Google

Quoties namque Judicio ſe ſiſtit quiſpiam, arma ſiſtenda ſunt: *qui jus æquum pati non poteſt, in eum vis haud eſt injuſta.* Liv. l.38.c.50. conf. Polyb. l.4. p.402.

Hic illud valeat: *Tunc ſolum utile eſt, concurrere ad arma, cum locum apud hoſtem invenire non poteſt juſtitia.* Caſſiod. l.3. ep.1.

Invadere etiam fas Barbaros & moribus aut religione: (*an autem Bellum religionis causâ ſuſceptum, ſit juſtum?* v. Alb. Gentil. d Jur. belli l.1. c.9. & 25.

Prorſum à nobis abhorrentes, ſed violentos. Spernendæ cauſæ aliæ; Juſtumq́; bellum tandem deſcribitur Fine juſto i.e. pace: qui etiam in bona cauſa poteſt eſſe malus. Quid ſi enim ultio vel infidelitas propoſita, *quæ non tollit Jus humanum, unde rerum Dominia deſcendunt, neq; privat dominio ſuo Pharaonem vel Nebucadnezarem: Alia verò eſt quæſtio de infidelitate ſerpente & turbante alios?*

Quid ſi Gloria Principis propria? *Cum enim Princeps Reipubl. causâ ſit conſtitutus, debet ſervire Reip. non ſuis affectibus.*

Quid ſi Imperium? *ſi ejuſdem amplificatio cauſa eſſet juſta, utraq; belligerantium pars poſſet illam prætendere.*

Tum quoque bellum externum ſuſcipiendum *in quæſtione Conſilii*, ubi ſpectantur partim *argumenta diſſuadentia*, partim *exſtimulationes*. Quoad illa, procul eſto temeritas; bellis enim facile te induas; ægrè explices: Magna res eſt; deliberationem poſtulat, eamque lentam.

——————— *ſecum prius ergo voluta*
Hæc animo, ante tubam: galeatum ſerò duelli pœnitet. Juven. Satyr. 1. in f.

Sumitur bellum ab ignavis: ſtrenuiſſimi cujusq; periculo geritur. Tac. 4. hiſt. c. 69. p.428.

Ἕλκεος ἀμφιπολεῖν. ῥᾴδιον μὲν γὰρ πόλιν
σεῖσαι καὶ φαυλοτέροις. ἀλλ' ἐπὶ χώρας
αὖθις ἕσσαι δυσπαλὲς δὴ γίνεται ἐξαπίνας
εἰ μὴ Θεὸς ἀγεμόνεσσι κυβερνατὴρ γένηται. Pindarus Pythion. 4. p. 106. edit. Ald.

Hanc ſententiam D. Ritterſhuſius his metris Jambicis expreſſit. in Salviam. p. 385.

Molli manu curare oportet ulcera,
Rempublicam enim turbare, viri eſt cujuslibet,
Vel improbi ignaviq; : ſed turbatam eam
In integrum & ſuam quietem priſtinam
Reponere, hoc opus, hic labor eſt. Nec id valet
Præſtare quisquam, ſi DEUS non rexerit
Conſulta Principum, extiteritq; Dux Ducum,
Qui vota eorum ad exitum ducat bonum.

Præcogitanda omnia eventa, nam Mars ambiguus. *Incerti ſunt exitus pugnarum, Marsq; eſt communis, qui ſæpè ſpoliantem jam & exultantem evertit & perculit ab abjecto.* Cic. pro Milone.

Digitized by Google

Athenienſes hortantur Lacedæmonios, ne belli conſilia præcipitent, his verbis:

Thucyd. l.1. p.53.

Incertas, inſtabileſq; vices bellorum, quàm iis illigemini, prius perpendite. Lentius enim ſi trahantur, multis caſibus variare ſolent: à quibus uti jam ſecuri ſumus, ita ad cujus tum partes inclinaturi ſint, in incerto verſatur. Solent homines cum bellum ſuſcipiunt, prius rem ipſam (quod poſterius eſſe debebat) *aggredi: & cum jam in diſcrimine hærent, tum demum conſultant.*

Et fortuna in bellis dominatur:

Cæſar. l.6. de bell. Gallic. c. 30. & 35. Salluſt. Catil. c.51. poſt pr.

Multum quum in omnibus rebus, tum in re militari Fortuna poteſt.

Clades publicæ præcogitandæ: Vaſtitas, ſtupra, cædes.

Qui ante me ſententias dixerunt, quæ belli ſævitia eſſet, quæ victis acciderent, enumeravere: rapi virgines, pueros: divelli liberos à parentum complexu: matres familiarum pati, quæ victoribus collibuiſſent: fana atq; domos exſpoliari: cædem, incendia fieri: poſtremò armis, cadaveribus, cruore atq; luctu omnia compleri.

Cic. pro leg. Man. c 6. (123. b. 64.)

Non adventus ſolùm ſed metus affert calamitatem. Nam, *cum hoſtium Copiæ non longe abſunt, etſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur: agricultura deſeritur: mercatorum navigatio quieſcit.*

Xiphil. in Marco pag. 276. m ex Eurip. in ſupplic. act. 1. Exemplum aliud habet Tac. 2. hiſt. 86.

Cum Pertinax, ob res præclarè geſtas, Conſul fieret, multi indignati, quod obſcuro natus fuerit loco, canebant illud Tragicum:

(quod etiam ad hanc materiam applicari poteſt.)

Τοιαῦθ᾽ ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται.

Talia infelix bellum efficit.

Mala privata præcogitanda: Ærarium exhauritur, ipſe Princeps objicitur periculis, imò & calumniis, cauſaque mali dicitur.

Id. 3. Ann 53.

Cum rectè factorum ſibi quiſq; gratiam trahat, unius (Principis) *invidiâ ab omnibus peccatur.*

Id. 4. hiſt. 27.

Herennius Gallus, exercitus Romani legatus à militibus verberatus, quos tamen Germani profligaverant. Victi, quod tum in morem verterat, non ſuam ignaviam, ſed perfidiam legati culpabant.

Salluſt. Iug. c. 53. in f.

Et in victoriâ vel ignavis gloriari licet:
adverſæ res etiam bonos detrectant.

conf. Eraſ. in Proverb. dialog. amicitiæ dulce bellum inexpertis. Tac. 11. A. 10. Saluſt. d. corrupta Iuventute Rom. l. 1. hiſt. (87.)

Horum reſpectu omne bellum fugiendum: ad quod nihilominus multi in Aulâ excitant; (quod ſupra *alterum eſt in quæſtione conſilii.*) Ut Nobiles inferorum, queîs *in pace durius ſervitium eſt.*

Sæpius feroces aliquot & turbidi, (quales olim Athenienſes) quos *meritò dixeris genitos eſſe, ut neq; ipſi habere poſſent res familiares, neq; alios pati, vel queîs conſuetudo vitæ praviſſima ad omne facinus, neq; otii ſui patientibus, neq; alieni.*

Non

Non rarò etiam peregrini vel exules: &

Hinc φυγαὶ (Exilia) dicuntur πολεμοποιοὶ, *bellis cauſam prebentia.* Porcius Latro in Declam.ad.

Sic traditur, *ab Epidamniis ejectos Principes civitatis, ad Barbaros confugiſſe, & tam eis terrâ, mariq; ſuos cives infeſtaſſe.* verſ. Catili-nam ap eund. p 17c. m.

Locrenſes rogantibus Rheginorum, quos ſecum habebant, Exulibus, incurſionem in agrum Rheginorum faciunt. ap. Plut.Orat. l.de fortit. Alex. p 329.8.

Thucyd. l 1. p.17. & l.4. p.252.b. & eod. lib p.703.

Ptaodorus exul Thebanus, ut & Orchomeniorum Exules, præcipui fuerunt authores Athenienſibus, ut Bœotiam proditione in poteſtatem reciperent.

Ad faces belli præterea pertinent Duces & ſcelerati cives, ut apparet ex hoc exemplo: *Cleon & Braſidas, hi duo maximè pacis conſiliis obſtiterant: hic quod ex bello florebat, gloriamq; & honorem capiebat: ille quod conſpectiora in pace ſua flagitia minusq; fidei ſuis calumniis futurum putabat.* Thucyd l.5. p.353.b.

Sic de Cæſare Salluſtius memorat: *ſibi magnum Imperium, exercitum novum bellum exoptabat, ubi virtus ejus eniteſcere poſſet:* vid. Liv.28. c. 24 in f.

Ejusmodi Duces, tanquam artifices improbi opus quærunt, & ſemper aliquid ægri eſſe in Rep volunt, ut ſit, ad cujus Curationem adhibeantur. Liv. l.5. c.3. & v. l.3 c 66.p. conf.Bodin 5. d. Rep.5. p. 560 a.

Nicias diſſuadet Athenienſibus auxilium ferre Egeſtanis Siculis contra Selimuntios. Æquum eſt, inquit, opes noſtras pro nobis impendi potius, quàm in homines hoſce profugos, auxilio egentes, quibus ſpecioſè mentiri eſt utiliſſimum: quiq; periculo aliorum ipſi verba ſolum addentes, ſuperiores facti, gratias dignas non habent. Sicuti fortunâ cadant, amicos ſecum in exitium trahunt. ap Thucyd. l. 6. p.419.a. Id. in ead. orat. p.416.

Nec præcipiti exigui temporis conſilio de tantis rebus, alienigenis obſecuti, bellum non neceſſarium moveamus.

Non ergo audiendi, nec temerè fides habenda iſtis ſuaſoribus: belli nomen bellum, ſed res turpiſſima, vix niſi neceſſariò eò veniendum. De *Chaucis populo inter Germanos nobiliſſimo, dictum, qui nulla provocabat bella, nullis raptibus, aut latrociniis populatus, ſed ſine cupiditate, ſine impotentia quietus, ſecretusq;.* Tac.d morib. Germ. c.35. f. 440. a.

Sic

Præfectus Syriæ Mithridatem hortatus, ne dubitaret armis incruentas conditiones malle. Tac 12. A.56. conf.2.H. 64.

Sic

Atherbal prius omnia pati (à Jugurtha) *decrevit, quàm bellum ſumere.* Salluſt. Iug. 20.

Juxta illud Comici:

Omnia prius experiri conſilio, quàm armis ſapientem decet. Ter. Eun. act. 4. ſc.7.

Sic

Scythæ à Vexori, Ægypti Rege laceſſiti, Legatis ejus reſpondent: Tam opulenti populi Ducem ſtolidè adverſus inopes occupaſſe bellum, quod magis domi fuerit Iuſt.l 2 c.3. in

Digitized by Google

illi timendum: quod belli certamen anceps, præmia victoria nulla, damna manifeſta ſint.

Prudentia militaris ſpectat bellum externum, idque vel II. GERENDUM, ad quod requiruntur:

1. Apparatus jam ante & ex præparato habendus, ſuntq; RES NECESSARIÆ AD USUM OMNEM BELLI: ſc. Pecunia.

Iuſt. 33. c. 1. m. *Perſeo cum Romanis bellum geſturo, præter Macedonicum invictæ opinionis exercitum decennis belli ſumptus, à Patre paratus in theſauris & horreis erat.*

Per bellum autem exactiones, odioſæ aut periculoſæ:

Thucyd l. 1. p. 95. b. αἱ περιουσίαι τοὺς πολέμους μᾶλλον, ἢ αἱ βίαιοι εἰσφοραὶ ἀνέχουσι.

Quid propriè ſit εἰσφοραὶ, vid. *Sigon.* de Rep. Athen. lib. 4. cap. 8. p. 615. m. & *Exemplum ap. Thucyd.* 3. 184. d. ubi Author uſus eſt eadem voce εἰσφοραὶ.

Id. l. 8. p. 559. d. Hinc apud eundem:

Athenienſes mille talenta in uſus extraordinarios ſepoſuiſſe.

Suet. c. 49. Et de Auguſto Cæſ. ſcribit Suetonius:

Eum ut perpetuò ac ſine difficultate ſumtus ad tuendos milites, perſequendosq; ſuppeteret, ærarium militare cum vectigalibus novis inſtituiſſe.

ap. Thucy. l. 1. p. 44. m. Rectè Archidamus, Rex Spartanorum, *contra Athenienſes bellum diſſuadens*, hanc rationem addit:

Quod pecunia in promtu non ſit: nec etiam privatos promtè conferre.

Tutiùs ideò Principem dives ærarium poſſidere, quàm ſolis ſubditorum divitiis gaudere.

Pecunia quippe ſpiritus vitalis belli, nec iſtud usquam progredi ſine iſta:

Cic. Phil. 5. poſt init. *Nervi belli pecunia.*

Iuſt. 9: l. 8. pr. *Opes inſtrumenta bellorum.*

Tac. 2. hiſt. c. 84. Add. Scip. Amirat. diſſ. pol. l. 18. diſc. 8. Canonher. diſ. in Tac. p. 195. *Navium, militum, armorum apparatu ſtrepuêre Provinciæ: ſed nihil æquè fatigabat, quàm pecuniarum acquiſitio: Eſſe eos belli nervos dictitans Mucianus, non jus aut verùm in cognitionibus, ſed ſolum magnitudinem opum ſpectabat, paſſim delationes & locupletiſſimus quisq; in prædam correptus, quæ gravia & intoleranda, ſed neceſſitate armorum excuſata, etiam in pace manſêre.*

Iliad. 16. Homerus tamen:

ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ.

Nec arma valida ſine illâ:

Tac. 4. hiſt. 74. *Neq; quies gentium ſine armis, neq; arma ſine ſtipendiis, neq; ſtipendia ſine tributis haberi queunt.*

Veget. 3. de re milit. c. 3. Nec minus neceſſaria etiam Annona: ſine qua non dicam vincere non eſt, ſed nec vivere. Nam *in omni expeditione unum eſt & maximum conſilium, ut tibi ſuffici...*

Sæpius

Sæpius penuria, quàm pugna conſumit exercitum. Fames enim intrinſecè pugnat, & vincit ſæpè ſine ferro. Id. d. l. 3. c. 3. & 9.

Cum eſurit, ſtrenuè agere natura humana non fert. Procop. d. bello Gothic. l. 3.

Et Plutarchus:

Πρὸς φυσικὸν γὰρ πάθος ἀνάγκην ἀνθιστῆναι παγχάλεπόν ἐστι.

Λιμῷ γὰρ οὐκ οἶδεν ἡ ἀρετὴ ξυνοικίζεσθαι πεινῆν τε καὶ ἀνδραγαθίζεσθαι οὐκ ἀνεχομένης τῆς φύσεως. Xenoph. l. 1. Græc. Hiſt.

Ideò proditionis reum Spartani, Anaxilaum Byzantium, qui eodem ſe ratione purgarat, abſolverunt. Procop. l. 4. de bell. Goth.

Bellum ſe ipſum alit, dictum Catonis, *redemptores vetantis frumentum parare, eosdemq; Romam dimittentis cum ſat frumenti ex agro hoſtili petere liceret.* Liv. l. 34. c. 9. f.

Paranda igitur ea, & quidem in uſum militum & præſidiorum illi, dum in agmine & caſtris ſunt, ne egeant: iſta, *ut adverſus moras obſidionis annuis copiis firmentur.* Tac. Agric. c. 22 f. 459 B. c. 28. p.

Mirari libet hac in re Romanam diſpoſitionem. (Diſpoſitio & proviſio annonaria, ut loquitur Trebellius in Baliſta Tyranno: Ita disponere eſt annonæ providere: Et *magna diſpoſitio eſt, hoſtem fame magis urgere, quàm ferro.*) Ammian. l. 19 & l. 13. Veget. l. 3. d. re mil. c. 26.

Quæ ad utrumque hunc uſum in pleriſq; oppidis, *totius anni in aceto, (ad poſcam militarem, quæ erat potio temperata ex aqua aceti[q]; mixtura, {ſeyt}) frumento arido atq; hordeo & paleis,* (ad uſum equorum) *habebat condita.* Capitol. in Gord. 3. fol. 162. 44. conf. Caſaub. ad Hiſt. Aug. p. 196. in fol.

Sic idem Capitolin. in cit. l. *tantum habuerat conditorium, ut vacillare Romana diſpoſitio non poſſet.*

Et frumenta in horreis repoſita, poſterior ætas ſimpliciter dixit condita. v. Lipſ. Electi. l. 1. c. 8. p. 379. p.

Jecur maximè vetuſtatis patiens, centenis durare annis, obſidionum exempla prodidere. Plin. l. 11. c. 37. p. 285. l. 3.

Culpare contra hodiernam incuriam.

Cum ferè juxta Alex. Severi Judicium: Lampr. Alex. c. 54.

Mendicitas ad omnem deſperationem vocat armatos.

Miles intractabilis: & Duci nec audiens cum egens.

——— ——— *neſcit plebs jejuna timere.* Luc. l. 3. v. 58.

Denique requiruntur hîc quoque *Arma & Inſtrumenta belli*, quæ habeat Princeps ad certum numerum peditum, equitumque in armamentario, & quidem non ſolùm ductilia, veluti *gladios, macheras, rhomphæas, enſes falcatos, acinaces, haſtas, bipennes, jacula, ſagittas, ſclopetas minores, ſcuta, quæ omnia milites habent quaſi ſua membra.* Sil. Lib. 40.

Sed etiam arma vectilia: Species harum machinarum vel tormentorum fulminalium varia ſunt, variisque efferuntur nominibus: Carthaunen/ Nachtigaln/ Scharpfentinle/ Rohrſchlangen/ Falkenetlen/ Feldſchlangen/ Mörſer/ Petarden/ Scharffnetzen/ Baſiliſe. &c. &c. v. Lipſ. in Libr. Polionet. Veget. Salm. &c. NB. Milit. vet. & recent Scriptores leg. Naudæ:...

Add. naves & inſtrumentum omne nauticum, ſi regio ejus maritima

in Bibliogr. Pol. p. 212. & portuoſa: & iſta quidem præparanda, ſemelq; parata non tantum in bellum valent, ſed ne ſit bellum, hæcq; inſuper Principem metuendum & pacatum faciunt. *Corinthii in Orat. ad Spartanos:*

ap. Thucyd. l. 1. p. 47. a.

ἡ ἡσυχία τούτοις τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ πλεῖστον ἀρκεῖ. οἳ ἂν τῇ μὲν παρασκευῇ δίκαια πράσσωσι. Τῇ δὲ γνώμῃ ἢν ἀδικῶνται δῆλοι εἰσὶ μὴ ἐπιτρέψοντες.

Quiete ii ut plurimum homines fruuntur, qui ita quidem ſunt inſtructi, ut injuriam nemini faciant, ſed viciſſim ita comparati, ut laceſſiti paſſuri id neutiquam videantur.

Liv. l. 6. c. 18. m. *Oſtendite modo bellum: pacem habebitis: videant vos paratos ad vim: jus ipſi remittent.*

vid. Polyb. l. 2. circ. fin (267. a) Add. Scip. Amirat. l. 19. diſ 2. Camer. cent 3 c. 85.

2. Viri, ſuntque armata multitudo, apta impugnare vel repugnare. Et varii, vel milites, quorum genera pedites & equites: ubi quæſtio de præſtantia alterius generis. Equites autem præſtant peditibus duntaxat in pugna; Toti verò bello pedites meliores, quia parabiliores, inque eos ſumptus minores: Nam ad oppida propugnanda aut expugnanda, quis equitum magnus uſus? quis etiam in montanis locis?

l. 3. c. 9. Sic peritus ille Hercules, in re bellica Scriptor, Vegetius:

In peditibus vel maximè conſiſtit robur exercitus.

de mor. German. c. 30. Hinc Tacitus:

Alios ad prælium ire videas, Cattos ad bellum.

Prælium eſt ipſe conflictus & hoſtium congreſſio, quæ & pugna dicitur & certamen; Bellum eſt totum illud tempus, quo in militia verſamur. Colligitur hoc diſcrimen etiam ex Livio:

l. 9. c. 29. m.

Uno prælio victus Alexander;
bello victus eſſet.

Romanos, quos Claudium, quos Cannæ, non fregerunt, quæ fregiſſet acies?

Id. l. 30. c. 35. *Annibal in Curia faſſus eſt, non prælio modò ſe, ſed bello victum.*

Id. l. 9. c. 18. *Populum Romanum nullo bello, multis verò præliis fuiſſe ſuperatum.*

Sic

Tac. 2. A. 88. in f. *Arminius dicitur præliis ambiguus, bello non victus.*

Imò & in pugna boni, tardiùs fortaſſe, ſed certius vincunt.

in Alex. 683. f. *Τὴν ἵππον ῥόθῳ πολλῷ παρεμπίπτουσαν*, voc. Plut.

Iidem facilè excipiunt, ſi idoneus illis ordo & arma: quod fit per diſciplinam. Quare militum qualitas ſive bonitas etiam attendenda: Fiunt autem boni dilectu & diſciplina: ſed boni habendi magis, quàm multi. De Darii exercitus Curtius:

Lib. 4. c. 12. in fol. 124. m.

Indi, cæteriq; rubri maris accolæ, nomina veriùs quàm auxilia, poſt currus erant.

Imp. Andronicus Jun. ad ſuos milites:

πολλοὶ

πολλὰς ἴσμεν δυνάμεις μεγάλας ὑπὸ βραχίων ῥᾷστα καταχοπείσας. ap. Gregor. l. 10 c. 4. p. 342. ubi & exempla quædam.

Scimus multos magnos exercitus à parvis facillimè eſſe cæſos.

Multitudo hoſtium nulli rei, præterquam numero freta, & oculis utramq; metus aciem, temerè prælium iniit, temerè amiſit.

Ita Liv l. 6. c. 13. pr.

Cæſar innumeras adverſariorum copias ipſe cum multò paucioribus facillimè ſuperavit. Sucton Cæſ. c. 68. ubi v Beroald. & Sabel. l. 4. poſt pr.

Gregoras cauſam Theologicam adfert, cur à paucis multi ſæpe ſint victi? p. 59. b. c.

Πολλάκις καὶ ὀλίγοι πλειόνων περιεγένοντο, καὶ δοκοῦντες ἀσθενέστεροι καθεῖλον τοὺς ἐν ὑπολήψει ἀνδρείας μείζονος.

Magnus ſæpè numerus à pauciſſimis, & qui potentiores credun- Herod. l. 8. tur, ab iis, qui imbecilliores habebantur; victi, ſuperatique ſunt. p. 170. f.

Multis in locis maxumas hoſtium copias Pop. Rom. parvâ manu fudit. Salluſt. Cat. c. 7. f.

Cogor apertis tibiis canere; licet multa ſuadeam, quæ ex uſu magis, quàm in uſu: Militia noſtra eſt corruptiſſima, quia ſine ſerio delectu; pecuniola proponitur, tympanum ſtrepit, & ecce coëunt aliquot *purgamenta* Curt. l. 10. c. 2. *urbis.*

Minutius Conſul in aciem exire non audebat, novo milite, & ex multis generibus Liv. l. 35. c. 3. 21 *hominum collecto, nec dum noto ſatis inter ſe, ut fidere aliis poſſent.*

Ad Viridovicem Unellorum Ducem magna multitudo, undiq; ex Gallia perditorum Cæſ. l. 3. bell. *hominum, latronumq; convenerat, quos ſpes prædandi, ſtudiumq; bellandi ab* Gall. 17. *agricultura & quotidiano labore revocabat.*

Atque uno verbo abſolvam: PſeudoSall. in orat. 2. ad Cæſ. p. 126.

Lingua vana, manus cruenta, pedes fugaces, quæ honeſtè nominari nequeunt, inhoneſtiſſima.

Plerique enim profectò tales (nam omnes abſit, ut culpem) aut ſi qui melioris notæ immixti, facilè abripiuntur & velut obducuntur, à reliqua illa face. In diſciplina quid? certatim laſciviunt & paganos vexant:

Sic Liv. l. 29. c. 19. f.

Scipionis exercitus omnis licentia corruptus, ſociis magis, quàm hoſtibus metuendus.

Commeſſantur, potant, & tum pugnant: Talis miles nobis eſt: Ein Mann hinter dem Tiſch. Ein gut Krieger vor Ofen.

Gladiatores milites de bello tantum inter convivia loquebantur. Tac. 3. hiſt. 76

Apud hoſtes trepidant:

Septimium neq; animo, neq; lingua ſatis compotem, vocat Salluſt. in fragm. p. 109. f.

Incondici atque militiæ neſcii oppidani, neque oculis, neq; auribus ſatis Tac. 3. A. 46. competebant.

Talis

l. 5 c. 42. Talis eſt & illa Phraſis Livii:

Romani ne auribus quidem atq; oculis ſatis conſtare poterunt.

3. hiſt. 23. Idem Tacitus de corpore Sabini:

Veluti captus animi, non lingua, non auribus competere.

Cic. l. 2. ad Q. Frat. ep. 3 p. Clodio dicente:

Tantus clamor ſublatus eſt, ut neq; mente neq; lingua, neq; ore conſiſteret.

Virg. 11. Æn. —— *ante tubam tremor occupat artus.*

Plut. Themiſt. 118. A. & Apoph. 185. E. Eraſ. in Prov. Thrutidû more & lepore tim. dict. Chil. 1779. conf. Camer. in Apendice Probl. p. 85 v Boter. l. 9. c. 2. Machiavell. Princ. c. 12. & 13. Arniſ. pol. l. 2. c. 4. Bodin 5. de Rep. 5. To. oſſ. l. 11. c. 3. & Reuſn. ſtratag. l. 1. c. 19.

Fugiunt, violenti ad prædas, ignavi ad prælia:

Themiſtocles de Erythienſibus:

Κατάπερ ἀνθρωπίδες, μάχαιραν μὲν ἔχειας καρδίαν δ' οὐκ ἔχεται:

Feroces & inquieti inter ſocios: ignavi & imbelles inter hoſtes. *Liv. 26. c. 2.*

De delectu cœptum dici, eſtque EORUM, QUI ARMIS IDONEI ſunt, cum judicio ELECTIO, IDQUE E DOMESTICIS.

Nam militiam hanc peregrinam qui approbem? aut quis ſerio delectui in ea eſt locus? Mos invexit, fateor: Sed non ratio. Cauſæ iſtæ.

Inſidi ſæpè exteri, juxta illud tritum, ibi generatim de militibus dictum:

Nulla fides, pietasq; viris, qui caſtra ſequuntur.

Venalesq; manus, ibi fas, ubi maxima merces.

Lucanus l. 10. verſ. 408.

Iidem refractarii, in pugna frigidi, aut pavidi:

Herodian. l. 8. p. 170. f. & ſq.

Qui pro altero dimicant, quum ſuæ victoriæ felicitatem (ſiquidem contingat) *ad alios migraturam videant, minus profectò acriter decertant: quippe qui intelligant, ſe quidem in periculi participatum admitti: cæterum maximos & potiſſimos victoriæ fructus ad alium perventuros. Qui autem pro patria pugnant, præterquam, quod ſpe in Deos meliores eſſe debent* (neque enim aliena occupare, ſed ſua tueri contendunt) *& animo ſunt majore, ut quos non alienum Imperium, ſed ſua quemq; neceſſitas adigat, quoniam omnes victoriæ fructus ad ipſum ſunt perventuri.*

Tac. 4. hiſt. c. 31. *Auxilia è Gallia, quis nec amor, nec otium in partes, militia ſine affectu, hortantibus præfectis, ſtatim à Vetellio deſciſcunt.*

Ib. c. 19. *Ambiguus auxiliorum animus.*

Niceph. Greg. l. 7. c. 8. p. 157. *Bizantiis longè major ab externis auxiliis, quàm à manifeſtis hoſtibus pernicies eſt exorta.*

Salluſt. Iug. c. 38. Add. Thucy. l. 1 p. 97. a in Orat. Pericl. *Stultitiæ videtur, alienam rem ſuo periculo curare.*

Quid mirum?

Venalem ſanguinem habet. Liv. 28. c. 21. p.

Imò graves incolis, & *ærarii hirudines*:

Cic. l. ad Att. Ep. 15. f.

Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo. Hor. d. Art. Po. verſ. ult.

At indigenæ & proprii milites meliores, mitioresq; obedientes, acres in pugnam, amantiores Patriæ:

Cum Rhegini diſcordia laborarent, civitasq; per diſſenſionem diviſa in duas partes eſſet, Veterani ex altera parte ab Himera in auxilium vocati, pulſis civitate, contra quos implorati fuerant; & mox caſis, quibus tulerant auxilium, urbem cum conjugibus & liberis ſociorum occupavere &c. Iuſt. l. 4. c. 3. p.

Nec illos tamen mercenarios ſpernendos, ſi major vis ac neceſſitas ingruat, per quam mittendi ad finitimos; ſed pauciores, ut vires & robur exercitus è domeſticis ſint: v. Veget. l. 3. c. 1. f.

In bello Macedonico adverſus Perſea, mandatur Prætori, daret operam, ut duæ partes civium Roman. tertia ſociorum eſſet. Liv. l. 42. c. 31. f.

Perſeus de Gallis auxiliaribus recipiendis dubitans, multorum, inquit, *jam ante cladibus expertum, periculoſum eſſe, tantam multitudinem in Macedoniam recipere, ne graviores eos ſocios habeant, quàm hoſtes Romanos.* Id. l. 44. c. 26. f.

De Gallis auxiliaribus cum Annibale conſpirantibus, & Romanos prodentibus, vid. inſignem locum Polybii *l.* 3. *p.* 218. *& ſeq.*

Tales auxilii ſpecie ſibi virum. Flor. l. 4. c. 9. m. ubi v. Gruterum.

Ubi multi; ſæpè deſtituunt, aut produnt: Ergo vide, ne ſeriò, ſed ſerò plores, fiatq; illud vetus:

ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον. Ariſtoph. in Veſpis ſub fin. Comœd. Antiſtroph. penult.

Decepit ipſe, vineam palus ſuam.

Vel:

Fefellit vitica vitem, aut pedamentum vitem decepit.

Scholiaſtes Græcus ſic interpretatur:

Παροιμία, ὅταν ὑπὸ τοῦ σώζοντος τὸ σωζόμενον ἀπατηθῇ, χρεὶς τὸ ὄντα νῦν ὅταν ἐξαπατηθῇ τις πιστεύσας. ἐστὶ ἐν παροιμία ἀπὸ τῶν καλαμίων τῶν προσδεδεμένων τοῖς ἀμπέλοις, οἳ ἐνίοτε ῥιζοβολήσαντες, ὑπεραύξονται ἀμπέλων. Add Steph. Theſ Gr. Ling. χάραξ.

Contra domeſticos milites valet id etiam, quod de Perſis refert Herodianus: l. 6. p. 137 f.

Quia, tales in militiam à Principe vocati, δυσαποσπάστως τε καὶ δυσόχνως καταλείπουσι τέκνα, καὶ γυναῖκας, καὶ τὴν οἰκείαν χώραν: v. Grut. diſc. in Tac part. 2. p. 115.

Ægrè liberos, uxores, & ſedes proprias relinquunt.

Jam quorum ſit dilectus, videamus, quia addidi, CUM JUDICIO, ſc. ordinariorum, ASSIDUE & VELUT EX MUNERE ATQUE ARTE MILITENT: & Subſidiariorum, QUI RARENTER, QUIQUE DOMI SINT ALIARUM RERUM. Priores illos non aliud eſſe volo, quàm legitimos quoſdam, perfectosq; milites, vereq; Martis pullos. *De hoc milite* pulchrè & ad mentem Lipſii diſſerit *Barclajus*, * acutiſſimus ille Politicus. * in Argen. l. 4 p. 294. & ſeq. (ed. Argent.)

Tac.d.mor.G. Quô de idem, ac de Principum Comitibus Germanorum hæc dicantur: quod *ipſâ plerumq; fama bella profligent.* c.13.f.441.A.

Iuſtin.l.11.c.6 f. Et quemadmodum *Alexander Darii Præfectos non tàm armis, quàm terrore nominis ſui vicit.*

Sed neceſſarii haud multi ſcribendi, non ſolùm quia ſumptus vitandi, Vellej.Pater. l.2.c 81. ſed quia turbæ. Nam

Plerumq; accidit, ut exercitus contemplatus frequentiam ſuam, à diſciplina deſciſcat: eò quod cogere ſe putat poſſe, rogare non ſuſtineat.

Sic de rebellibus legionibus in Germania Tacitus:

Illi quoties oculos ad multitudinem retulerant, vocibus truculentis ſtrepuêre.

Lib.5.v.259. Lucanus pariter in Seditione:

—— Quippe ipſa metus exolverat audax
Turba ſuos: quicquid multis peccatur, inultum eſt.

Tac.2.hiſt.c. 28. *Valens militari aſtu, cohortes turbidas, ac ſi una forent, prævalidas diſpergit.*

Non item in pace, unà habendi:

Zonar. tom 3. 3.p.121.& ſeq. *Imp. Theophilus Perſis militibus, qui contra ſe Theoph. Imperatorem ſalutarunt, omnibus veniam dedit, neq; aliam irrogavit pœnam, niſi quod unà eſſe ſiti non ſint: ſed cum tricies mille eſſent, diviſi ac diſperſi ſunt, cuilibet Provinciæ binis millibus attributis, earumq; Prætoribus ſubeſſe, ac parere juſſis.*

Thucyd. l.3. p.104 d. Μετὰ πάντων ἕκαστος ἀλογίστως ὅτι πλέον τι αὐτὸς ἐδόξασεν

Singuli cum univerſa multitudine temerè de ſe plus æquo ſentiunt.

Sed quo numero ordinarii iſti igitur? Pendet ſæpè à temporibus res, & à magnitudine cujuſque regni: tamen communiter in mediocri aliquo regno unam Legionem ſatis eſſe, cum tribus equitum Alis. In magnum alterum tantum. Sic

Thucyd. l.5. p.390.a. Tac.d mor.G. c.29.f.446.B. *Argivis erant mille* λογάδες *ſeu delecti milites, quos civitas longo tempore publicè in re militari exerceri curaverat.*

Subſidiarios verò non aliud eſſe volo, quàm paratas ſemper auxiliares aliquas copias, ſive, ut prioribus illis in acie jungantur, ſive, ut in præſidia diſtribuantur, oppidorum. Qui hoc ab ordinariis differunt, quod illi quidem toto genere vitæ milites ſint, *& tantum in uſum præliorum ſepoſiti, velut tela atq; arma bello reſerventur:* quod de Batavis dicitur, qui quidem Imperio Romano ſubjecti, ſed oneribus & collationibus exemti erant.

Zonar. tom 3. p.75.43. Sic Imperaror Juſtinianus Rhinotmetus Legiones è Selavicis, quas ſubegerat, gentibus conſcriptas, appellavit λαὸν περιούσιον: ſpectans haud dubie locum Paulinum:

ad Tit. c.2. verſ. 14. (περιούσια Græci vocant ea, *quæ quum ſuperſint, à nobis reconduntur, & pro maximè propriis ac gratis facultatibus habentur:* ein Meer-Schatz, was man zum Vorrath auffhält.) v.Steph. Theſ. Græc.tom.1. col.1135

Tac.1.hiſt.67. Iſti duntaxat *Juventus ſueta armis, & more militiæ exercita.*

Qui

Qui in pace ſibi vivunt, & in bello bellant, damnoſi non ſunt & paratiores exteris: è pagis parandi. Urbani proni in motus, ut ſolent homines.

Odio præſentium & cupidine mutationis. Tac.3. A.44.

Sic falſo Nerone ſe proferente, multi ad celebritatem nominis erecti, rerum novarum cupidine, & odio præſentium. Id.2. hiſt.8.

Et Sec. Thucyd.

Τὸ παρὸν ἀεὶ βαρὺ τοῖς ὑπηκόοις.

Quos grandi aliquo numero eſſe, quid ni ſuadendum?

Nam revera hoc illud eſt, Salluſt. Iug. c.85.p.

Bellum parare ſimul & ærario parcere.

Quomodo fiat Dilectus? ſcil. ſpectando militis primo patriam: quoniam profecto *ingenia hominum locorum ſitus format.* Curt.l.8.f.328 f.

Ea de re latè pertractat *Hippocrates* de aëre, aqua & locis à n. 31. ad f. 1. *Ariſtot.* l. 7. Pol. 3. *Alex. ad Alex.* 4. Genial. dier. c. 13. *Bodin.* l. 5. de Rep. c. 1. & Meth. hiſt. c. 5. *Richter.* ax. 171. *Joh. Bapt. Port.* 1. Phyſiogn. 10. *Gratarolus* Phyſiogn. c. 19. *Hippol. à Collib.* in Principe c. 8. *Theatr. Zvving.* p. 1915. b. *Gruter.* diſc. 18. part. 2. p. 147. & ſeqq.

Teſtatur enim *Liuſcotarius* fol. 36.

Luſitanos, qui Indias Orientales inhabitant, tertia generatione, colore corporis, habitu morumq; inclinatione, Indos ferè naturales repræſentare.

Urbicolæ non boni, procaces & molles:

Miles urbanus, ſegnis ac deſes, circo ac Theatris corruptus. Tac.2 hiſt.21.

Milites circo ac theatris & amœnitate urbis emolliti. Id.3 hiſt 2.

Inconditi ac militiæ neſcii oppidani. Id.3.A.46.

Agreſtes boni, Catonis Oraculo: Veget.1. de re Ruſt. 1 p &

Ex agricolis & viri fortiſſimi, & milites ſtrenuiſſimi gignuntur. Plin.l.18 c.5 p.

Ideò Horatius de Romanis ſuis: Lib 3 Carm. Od 6.

Non his juventus orta parentibus
Infecit æquor ſanguine Punico;
Pyrrhumq; & ingentem cecidit,
Antiochum, Annibalemq; dirum:
Sed ruſticorum maſcula militum
Proles, Sabellis docta ligonibus
Verſare glebas, &c.

Qui laborioſi, duri, ſine commerciis, & deliciis: Tac.2.hiſt.19

Vallare caſtra, labor urbano militi inſolitus.

Optimi etiam ex iſtis, ſilveſtres & montani, aut ad mare horridum

2. Ætatem: ex Romana Regula, ab anno 17. aut paullum ſuprà.

 Nam

Cic. Philip. 11. ſub fin. Nam veteranos ſi miſces, unà etiam vetera vitia: aſt hîc *non tàm veterani intuendi, quàm ii, qui poſſint aliquando eſſe boni veterani.*

3. Corpus: quod grande & prælongum placuiſſe nonnullis video, contra vetus veriverbium:

Suet. in Cæſ. c. 65. p. ὄινυς ὁ μακρὸς?

Es iſt nicht an der Gröſſe gelegen/ ſonſten erlieff eine Kuhe einen Haſen!

Cæſar militem neq; à moribus, neq; à fortuna probabat, ſed tantum à viribus.

Placeat mediocre:

Hom. Iliad. E. Τυδεὺς μικρὸς μὲν ἔην δέμας ἀλλὰ μαχητής.

i. e.

— Tydeus ſtatura & corpore parvus,
Verùm magnanimus, ſumptis bellator in armis.

Kleine Haſen haben auch Ohren.

Klein Mann/ frey Mann.

Quod ſiccum vegetumque potiùs, quàm fluidum.

Plut. in apoph. t. 1. f. 427. Epaminondas Thebanorum Imperator pronunciabat:

Gravis armaturæ militum corpora debere eſſe exercitata, non athletice tantùm, ſed & militari ratione. Itaq; obeſos oderat, & quendam eorum exercitu rejecit dicens, ventrem ejus, præ quo ſua virilia videre nequiret, vix 3. aut 4. ſcutis tegi poſſe.

Agell. 16. c. 3.

Suet. in Cæſ. c. 68. 3. a. *Scythæ, cùm eſt uſus, ut famem longius tolerent, faſciis ventrem ſtrictiſſimè circumligant.*

Salluſt. Iug. c. 85. in orat. Marii. 4. Anîmum: audaces probi, quibus *ſudor, pulvis, & alia talia epulis jucundiora ſunt.*

Ariſt. 3. Eth. 6. Fati ſui ſecuri:

φοβερώτατον ὁ θάνατος.

Gloriæ avidi & verecundi:

Tac. 2. A. 14. *Sine pudore flagitii, ſine curâ ducum obire, fugere.*

Sic Braſidas in oratione ad ſuos milites:

Thucyd. l. 4. p. 336. a. *Nec ordines ſervant Barbari, nec pedem referre, nec loco excedere, ſi premantur, turpe ducunt.*

Unde cum & fugere hoſtem, & invadere apud ipſos æquè ſit honeſtum: nullus fortitudini locus relinquitur. Pugna verò, in qua quiq; pro arbitrio verſatur (μάχη αὐτοκράτωρ.) *maximè honeſtum cedendi prætextum ſubminiſtrat.*

Thuc. l. 5. p. 348. d. Idem Braſidas inter alia boni militis attributa numerat etiam τὸ αἰσχύνεσθαι *vereri.*

Ubi Scholiaſtes Græcus adducit illud Agamemnonis ad milites.

ap. Homer. l. 2. E. Ilia. αἰδομένων ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται.

§. VI-

5. Vitam: nec enim admittendi artium mollium cultores, ſedentarii, viles aut infames: *οἱ ἀγοραῖοι καὶ βάναυσοι κιβδηλεύουσι τὴν μάχην*. i.e. homines circumforanei atque opifices pugnam velut adulterant. Gregoras l. 9. c.25. p.304. a.

Idonei igitur ad dilectum admovendi, & quia morbo, fugâ, miſſione, numerus imminuitur, iterandus eſt.

Sed quid ſine DISCIPLINA dilectus? Quæ eſt SEVERA CONFORMATIO MILITIS AD ROBUR ET VIRTUTEM. *In hujus ſinu ac tutela ſerenus, tranquillusq; beatæ ſtatus pacis acquieſcit.* Valer. Max.2. c.7. in quo extant egregia Exempla ſervatæ militaris diſciplinæ.

Diſciplina militari ſtetit ad hanc diem Romana res.

Liv. c. 7.

At *eandem ne veteribus quidem ſeverè ſemper habitam aut cuſtoditam eſſe* probat. Piccart. Dec.3. c.3.

Quid dicemus de moderna Diſciplina militari? Ea nulla eſt! ut omnino ſi reducere & inſinuare eandem volumus, de hiſtoricis vel libris, nobis antiqua conſuetudo repetenda ſit. Veget. 1 c.8. in.

Et maximè Romanorum. *Imperium enim Romanum invictum & diſciplina rei militaris, & Dictatoris Edictum pro Numine ſemper obſervatum, & Manliana Imperia, & poſt habita filii caritas publicæ utilitati jactabantur.* Liv. l. 8. c.34. 1

Nec ſine ingenti fructu: quoniam *nulla re videmus, populum Romanum ſibi orbem ſubegiſſe terrarum, niſi armorum exercitio, caſtrorum diſciplina, uſuq; militiæ. Quid enim adverſus Gallorum multitudinem paucitas Romana valuiſſet? quid adverſus Germanorum proceritatem brevitas potuiſſet audere? Hiſpanos quidem non tantùm numero ſed etiam viribus corporum noſtris præſtitiſſe certum eſt. Aphrorum dolis atq; divitiis ſemper impares fuimus, Græcorum artibus, prudentiaq; nos vinci nemo unquam dubitavit. Sed adverſus omnia profuit, tyronem ſolertem eligere, jus armorum docere, diſciplinam quotidiano exercitio roborare, quæcunq; evenire in acie atq; in præliis poſſent, omnia in campeſtri meditatione prænoſcere, ſeverè in deſides vindicare.* Veget. l.1 c.1. conf. Vulcat. Gallican. in Avid. Caſſ. c. 4. 5. 6. Adde Lipſ. d. milit. Rom. l. 5. dial.14.

Sequitur quadriga partium diſciplinæ Militaris, ſcil. *Exercitium:* Veg. l.2. c.1.

Exercitus enim *ex re ipſa atq; opere exercitii nomen accepit, ut ejus nunquam liceret oblivisci, quod vocabatur.*

De Exercitio Pompeji M. Salluſtius hoc memorat, *cum alacribus ſaltu, cum velocibus curſu, cum validis vecte certabat. Neq; enim ille aliter par potuiſſet eſſe Sertorio, niſi ſe & milites frequentibus Exercitiis præparaſſet ad prælia.* Id. l.1. c.9. ſ.

Mithridates Ponti Rex non in convivio, ſed in campo, non in vacationibus, ſed exercitationibus, nec inter ſodales, ſed coæquales, aut equo, aut curſu, aut viribus contendebat. Exercitum quoq; ſuum ad parem patientiam laboris quotidiana exercitatione durabat: atq; ita invictus ipſe inexpugnabilem exercitum fecerat. Iuſt. l.37. c. 4 p.

Quippe *in ipſa ſecuritate animus ad difficilia ſe præparet & contra injurias fortunæ inter beneficia firmetur. Miles in media pace ſine ullo hoſte decurrit, vallum ja-* Senec. ep.18.

ſit, & ſupervacuo labore laſſatur, & ſufficere neceſſario poßit. Quem ipſa re trepidare nolueris, ante rem exerceas.

Veg. l.1. c.20.

Quotidianus autem *uſus non laberat, etiamſi oneroſa geſtaverit.*

Id l.3. in Præf.

Sed exercendi armis milites, à *Magiſtris armorum* quos Græci Τακτικοὺς appellant: Campiductores ſive Campidoctores ὁπλοδιδάσκαλοι & ὁπλοδιδακταὶ ſunt, qui Tyronem vera arma docent tractare. Ab his diſcebant milites certas voces *ac formulas artis militaris*, quales referunt multas, *& quidem pleraſq; Latinas Leo Imp. & alii qui Tactica Græcè ſcripſerunt.*

vid. Lipſ. d. Mil. Rom. l.5. dial.14.

Unde Alex. Severus ad milites ſuos tumultuantes inquit: *vocem in bello contra hoſtem, non contra Imperatorem veſtrum neceſſariam emittite. Certè Campiductores veſtri hanc vos docuerunt contra Sarmatas ac Germanos, ac Perſas emittere, non contra eum, qui &c.*

Lampr. in ejus vita. Lindenbr. in Ammian. p. 32. & Salmaſ. in Hiſt. Aug. p. 232 ſ.

Tacitus meminit *centurionis ac militum, qui ad tradendam diſciplinam inmixti manipulis exemplum & rectores habebantur.*

In Agric. c.28.

Plinius perſtringit *Romanorum ineptum armorum exercitium, utpote apud quos ſtudium armorum à manibus ad oculos, ad voluptatem à labore translatum eſt, poſtquam exercitationibus eorum non veteranorum aliquis, cui decus muralis, ſed Græculus Magiſter aſſiſtit.*

in Paneg. c.13. ſub fin.

Aſſuefaciendi etiam milites ad ordinem, *ut ambulare celeriter & æqualiter diſcant.*

Veg. l.1 c 9 p.

Cui rei bonæ pugnæ ſimulatæ (cum præmiolo aliquo ſtrenuis.) *ſi inter ſe, in modum juſtæ pugnæ concurrant.*

Liv. l.26. c. ult. m.

Exercendi quoque milites opere, nam

otio miles deterior fit:

Dionyſius, occupato Siciliæ Imperio, grave otium regno ſuo, periculoſamq; deſidiam tanti Exercitus ratús, copias in Italiam trajecit: ſimul ut militum vires continuo labore acuerentur, & Regni fines proferrentur.

Liv. l.40. c.21. p. conf. Gruterum diſc. pen. in Tac. Iuſtin. l.20. à pr.

Præſertim ad Caſtra ſtruenda ſive ad munitiones in hoſtem:

Domitius Corbulo dolabrâ, hoc eſt, *ſenſim hoſtem eſſe vincendum ajebat. Securis ſtatim incîdit: dolatra paulatim idem efficit.*

Frontin. 4. ſtratag. c.7. pr.

Malè dolabram accepit Eraſmus *pro inſtrumento illo Scriniariorum, quô ligna dolantur.*

Eraſ. l.4. Apopht.

Atqui dolabram aliud inſtrumenti genus fuiſſe, patet itidem ex his locis:

dolabræ calonibus dividuntur ad vallum proruendum, foſſaſq; implendas.

Liv. l.9. c.37.

Afri cum dolabris ad ſubruendum ab imo murum mittit.

Id. l.21. c.11. m.

Securibus, dolabriſq; cædebantur & refringebantur portæ.

Id. l.28. c 3. f.

Dolabris argentum concidunt milites.

Flor. l.4. c.12. poſt pr.

(Fuit igitur ein Meyſſel / vel ſimile quid, à ſecuri tamen diverſum.)

Nos,

Nos, heu deſides! Emendemus. Siquidem

quicquid fieri potuit, poteſt.

οὐδὲν τοῖς θαῤῥῦσιν ἀνάλωτον. Sen. ep. 98. 8. 611. c

Nihil audentibus inexpugnabile. Plut. Alex. p. 697. D.

Eadem Diſciplina militaris deſcribenda per ordinem in prœliis parandis: atque hoc in exercitu Darii maximè deſiderabatur, Curt. l. 3. c. 2. f. 38. p.

Diſcors Exercitus, nec ad unum intentus Imperium, vario tumultu cuncta turbaverat.

Apud Spartanos, *quando Rex Exercitum ducit, omnia Imperio ejus ſubdita ſunt, præfectisq́; belli ipſe, quid facto opus ſit, edit; hi deinde præfectis cohortium; illi Centurionibus; rurſus hi decurionibus, qui cum ſua cuilibet decuriæ rem indicat: Imperia ſi quid volunt, hoc ordine per ſingulos vadunt, celeriterq́; ad omnes perferuntur.* Thucyd. l. 5. p. 389. Nam *propemodum omnis exercitus Lacedæmoniorum, præter paucos, ex præfectis conſtat, alios ſub ſe habentibus præfectos. Unde cura rei agendæ ad multos ſe extendit.*

Idem in Romano Exercitu Æmilius Paulus inſtituit. Liv. l. 44. c. 33.

In incedendo, & ſtando, inque ipſis caſtris ordo diſciplinæ ſervandus, quoad aſſignationem certam locorum, & diviſionem contuberniorum: de quibus adeundus Polybius maximè, aliique ſcriptores Rom. Et hæc Diſciplina militaris deſcribenda etiam per coërcitionem ad continentiam: *[C]ampana luxuria perquam utilis civitati noſtræ (Romæ) fuit. Invictum enim armis Annibalem illecebris ſuis complexa, vincendum Romano militi tribuit. Illa vigilantiſſimum Ducem, ille Exercitum acerrimum, dapibus largis, abundanti vino, unguentorum flagrantia, Veneris uſu laſciviore, ad ſomnum & delicias evocavit. At tum demum fracta & contuſa Punica feritas eſt, cum Seplaſia ei & Albana caſtra eſſe cœperunt.* Val. Max. l. 9. c. 1. Exemp. extr. 1. confer Cic. in orat. 16 contra Rullum in f. tom. 2. Add. Flor. l. 2. c. 6. m.

Quid E. his vitiis fœdius, quid damnoſius, quibus atteritur, victoria langueſcunt, ſopita gloria in infamiam convertitur, animiq́; pariter & corporis vires expugnantur? adeò ut neſcias, ab hoſtibusne, an ab illis capi, perniciofius habendum ſit.

Alexander M. in urbe Babylone diutius, quàm uſquam conſtitit: nec ullus locus diſciplinæ militari magis nocuit. Nihil urbis ejus corruptius moribus, nec ad irritandas illiciendasq́; immodicas voluptates inſtructius &c. Inter hæc flagitia Exercitus ille domitor Aſiæ per 34. dies ſaginatus, ad ea, quæ ſequebantur, diſcrimina haud dubiè debilior futurus fuit, ſi hoſtem habuiſſet. Curt. l. 5. c. 1. poſt med.

Ut primum inſtantibus curis laxatus eſt animus Alex. M. militarium rerum, quàm quietis otiiq́; patientior; excepere eum voluptates, & quem arma Perſarum non fregerant, vitia vicerunt. Id. l. 6. c. 2. pr.

Ad modeſtiam in verbis:

debellatur ſuper menſa ALEXANDRUM. Id. l. 7. §. 4.

plus

Liv l.6 c.6.
Id l.2 c.45 f.
conf. Ficcart.
Dec. 13. c.3.
Lipſ. not 158.
in l.1.hiſt.
Tac.

plus ibi injuriarum, quàm periculi.

Lingua prompti hoſtes.

Heu vani, buccâ turgidi, imò Attici milites! de queîs quoque illud:

Canis timidus vehementer latrat: altiſſima quæq; flumina minimo ſono labuntur.

Curt. l.7

Tac. Hiſt.2 p. 344 c.23.

Ut quiſq; animo ignavus, procax ore.

De Gallis & Britannis, *in depoſcendis periculis eadem audacia: & ubi advenere, in detrectandis eadem formido.*

Id. in Agric. c. c 11 p 456.A.
Liv 35.c 49 p.
Herod l.7. p. 157.f.
Tac 4.hiſt.20.
Id.1.Hiſt.c.8.

Æolorum omnis ferocia in verbis, non in factis eſt.

Imp. Maximinus populo Romano tribuit

Τὸ μέχρι βοῆς θρασύ: promptam clamorum tenus audaciam.

Egregiè noſter: *paganorum, lixarumq; ignava,*

ſed procax ante periculum manus.

Et ante diſcrimina feroces, in periculo pavidi.

Ariſt 3. Eth. Nico. c.7. ſub fin.

Itemq; Philoſophus: οἱ μὲν θρασεῖς προπετεῖς καὶ βουλόμενοι πρὸ τῶν κινδύνων, ἐν αὐτοῖς ἀφίστανται. Audaces præcipites ſunt, voluntque ante ipſa pericula periclitari: in ipſis verò conſtituti abſiſtunt.

Eraſ. adag.36. & 237. conf.
Homer. l.4. Iliad verſ.428 & ſeqq.
Curt. l.3. d. 10. f.
conf. Tac.6. A.34.
Camer.cent.3. c.29. & cent.2 c.30.

re opitulandum, non verbis.

Ad modeſtiam in veſtibus:

Alex.M. Illyrios & Bracas ad fortiter cum Dario pugnandum oratione excitaturus, ipſos aciem hoſtium auro, purpuraq; fulgentem intueri jubebat, prædam, non arma geſtantem: irent & imbellibus fœminis aurum viri eriperent: aſpera ſuorum Montium juga, nudoſq; colles, & perpetuo rigentes gelu, ditibus Perſarum campis, auriſq; mutarent.

Cum id. Curt. graphicè depinxiſſet *aciem Perſarum, probè muliebriter cultam, luxu magis, quàm decoris armis conſpicuam, Macedones autem non auro, neq; diſcolori veſte, ſed ferro, atq; ære fulgentes.*

Id. Curt. l.3. c.2. f.42. & ſeq.

vid. Reusn.l. ſtratag.2. p. 110.

Poſtea introducit *Charidemum Athenienſem, Dario ſuadentem, argentum iſtud atq; aurum ad conducendum militem mittat: cum ille tanti apparatus exercitus finitimis quidem poſſit eſſe terribilis: minimè verò Macedonibus, quorum &c.*

Salluſt. Catil. c.7.

Juventus (Romana priſca) *ſimul ac belli patiens erat, in caſtris per laborem uſu militiam diſcebat: magiſq; in decoris armis & militaribus equis, quàm in ſcortis atq; conviviis libidinem habebant. Igitur talibus viris non labor inſolitus, non locus ullus aſper aut arduus erat, non armatus hoſtis formidoloſus.*

Quintil. L. 10. Inſt c.1. poſt pr.

Neq; ego arma ſqualere, ſitu ac rubigine velim, ſed fulgorem his ineſſe, qui ter-

terreat, qualis eſt ferri; quo mens ſimul, viſusq́; perſtringitur, non qualis auri, argentiq́; imbellis & potius habenti periculoſus. Tac.6.An.c. 34.

Pharaſmenes cum Medis pugnaturus, ut militibus animum faceret, horridam ſuorum aciem, picta auro Medorum agmina: hinc Viros; inde prædam oſtendit.

Igitur *gladium bonum dices, non cui deauratus eſt Baltheus, nec cui vagina gemmis diſtinguitur, ſed cui ad ſecandum ſubtilis acies, & mucro monimentum omne rupturus.* Sen. ep.76.m. p.525 a.

Alex. Mag. hortatur ſuos, ſpernant illam aciem auro & argento fulgentem, in qua plus prædæ, quàm periculi ſit: cum victoria non ornamentorum decore, ſed ferri virtute quæratur. Iuſtin.11. c.13. f. ubi ſerm.d. Perſis.

Spernenda maximè ſupervacua; & multo magis hoc videndum, ut *bene armati milites* ſint, *quàm ut ornati*: aſt hodie

Gravis peditis lorica videtur & galea
Fortaſſe rarò meditanti, & arma tractanti. Veget.1. c.20. poſt pr.

Tum ad modeſtiam in factis, ut obnoxii, parentes ſint;

Charidemus ad Darium: *Hic tanti apparatus Exercitus finitimis poteſt eſſe terribilis, nitet purpura auro, fulget armis & opulentia ſed Macedonum acies torva ſanè & inculta, clypeis haſtisq́; immobiles cuneos & conferta robora virorum tegit. Ad nutum monentis intenti, ſequi ſigna, ordines ſervare didicêre: Quod imperatur, omnes exaudiunt. Et ne auri, argentiq́; ſtudio teneri putes, adhuc illa diſciplina paupertate magiſtrâ ſtetit. Fatigatis humus cubile eſt: cibus, quem occupant, ſatiat. Argentum iſtud atq́; aurum ad conducendum militem mitte.* Curt. l.3. c.3. p.39.

Æmilius Paulus jubebat milites ἡσυχίαν ἔχειν καὶ ποιεῖν ὀξείας τὰς μαχαίρας μόνον. αὐτῷ δὲ τῶν ἄλλων μελήσειν. Quieſcere & gladios ſolùmmodo acutos facere: ſe enim reliqua curaturum. Liv.l.44.c.34 in pr. add. Sueton. in Cæſ.c 65.

Pereunte obſequio, etiam Imperium intercidit. Tac.1.Hiſt 84. conf Amir. 10. dec 5 circ. fin.

Coërcitio denique ad abſtinentiam:

Cæſar aliquando proteſtatus eſt, in milite non minus modeſtiam & continentiam, quàm virtutem atq́; animi magnitudinem deſiderare. l 7. de B.Gall. v.Camer.cent. 1. c 5.

Mihi Vopiſci monitum pro pulchro:

Nemo pullum alienum rapiat, ovem nemo contingat, uvam nullus auferat, ſegetem nemo deterat, oleum, ſal, lignum nemo exigat, annonâ ſuâ contentus ſit. in Aureliano c.7. (415.)

Pars ultima diſciplinæ Exempla præmiorum & pœnarum: Bene ac ſapienter Majores noſtri, ut & alias ætatis illius, *ædes*, HONORI atque VIRTUTI *gemellâ facie junctim locarunt, commenti, quod inde videmus, ibi eſſe præmium honoris, ubi ſunt merita virtutis.* Summa. ad Auſon. l.1. ep. 21.

Notumque illud eſt: *Nihil non aggreſſuros homines, ſi magnis conatis, magna præmia proponantur.* Liv.4.c.34.m.

Digitized by Google

Tac. 2. hiſt. 82. Indulgentia heîc pernicioſa:

donativa militi neq; Mucianus prima concione, niſi modicè oſtenderat.

Id. 1 Hiſtor. 17. *Nec Veſpaſianus quidem plus civili bello obtulit, quàm alii in pace: egregiè firmus adverſus militarem largitionem, eoq; exercitu meliore.*

Hac in re Veſpaſianus Galbam eſt imitatus, *qui militum amorem ambitu atq; largitione, malè acquiri, per bonas autem artes haud eſſe ſpernendum ſtatuit.*

l. 2. d. offic. conf Val. Max. l. 2. c. 2. Exempl. extr 8.

Non putandum, eos nobis fideles fore,
quos pecuniâ corruperimus.

Sicut Philippus Macedo Rex ad Filium Alexand. dixit, referente Tullio. Sic Galba inquit ap. Tacit: *Legere ſe militem, non emere conſueviſſe.*

1. Hiſtor. 5.

Aſtringatur ergo:

Liv. l. 5. c. 26. *Faliſcorum caſtris expugnatis præda ad quæſtores redacta, cum magna militum ira, ſed ſeveritate Imperii victi, eandem virtutem & adorant & mirabantur.*

Proverb. 28. verſ. 23. Nam, *qui corripit hominem, gratiam poſtea inveniet apud eum magis, quàm ille, qui per linguæ blandimenta decipit.*

De militibus, perduxi quò volui: alteri nunc è Viris ſtilum & manum meam poſtulant, i. eſt, DUCES, quos utiles bello eſſe quid dicam? imò neceſſarios.

Plut. in Apopht. p. 187. d. Stobæus ſerm. 52. ſub fin. Xiphil. p. 278. 6.

Chabrias dicere ſolitus: *terribiliorem eſſe cervorum Exercitum, ducente Leone, quàm Leonum agmen, ducente cervo.*

Hoc dictum Philippo Macedoni tribuunt Alii.

Quanquam alios nec aquilam graculorum ducem, aut Leonem binnulorum, aptum eſſe ad bellum gerendum.

M. Anton. Phil. Imp. inq. in Oratione ad Milites:

Iuſtin. l. 31. c. 4. f. confer Grut. diſc. in Tac. part. 1. f 23. & 138. Piccart. obſ. dec 17. c 9. Capitolin in Maximin. c. 12.

Antiochus Hannibalem arte Romanorum inviſum, ſuſpectumq; redditum à conſiliis excluſit bellicis. Quapropter res tantum apparatum belli, ceſſante imperatoria arte corrupit.

Duo Ducum genera: Primarii, qui ſummæ REI IMPERANT, SUISQUE AUSPICIIS ET DUCTU REM GERUNT. ubi Quæſtio: an intereſſe debeant præliis?

Imp. Maximinus *habuit etiam hoc barbaricæ temeritatis, ut putaret, Imperatorem manu ſuâ ſemper uti debere.*

Agricola ipſe *ante agmen, quo cæteris par animus ſimili periculo eſſet, erexit aciem.*

Tac. in Agr. c. 28.

Id. 2. hiſt. 5. Veſpaſianus *acer militiæ, anteire agmen, locum caſtris capere, noctu, diuq; conſilio, ut ſi res poſceret manu hoſtibus obniti &c.*

Li-

Livius reprehendit Perſeum Macedoniæ Regem, *quod non ipſe, quod plurimum intererat, non affuit certamini, cum Rom. Imp.* (Q. Martius Conſul.) *major 60. annis & prægravis corpore, omnia militaria munera ipſe impigrè obiret.*

l. 44 c 4. f. v. Iun. l. 2. quæſt. pol. 72. Parrit. 2. d. Rep. 5. Bod. 5 d. Rep. 5. Marian. l. 3. c. 6. Gerard. dec. 7. quæſt. 4.

In Curtio milites ad Alexandrum temerè ſe periculis objicientem, inquiunt:

> *Obſcura bella & ignobiles pugnas nobis depoſcimus: temetipſum ad ea ſerva pericula, quæ magnitudinem tuam capiunt. Citò gloria obſoleſcit, in ſordidis hoſtibus, nec quicquam indignius eſt, quàm conſumi eam, ubi non poſſit oſtendi.*

l. 9. c. 6. f. 161. & 337. f.

Ammianus Marcellinus perſtringit

> *Imp. Conſtantinum, quod nusquam in neceſſitatibus ſummis primus & inter primos viſus fuerit.* l. 16. c. 15.

> Verùm, *ſi ſtatus Imperii, aut ſalus provinciarum in diſcrimen vertatur, debebit in acie ſtare.* vid. Plut. in Pelopida circ. pr.

In minoribus bellis, Principi, juxt. Poëtam,

——— vindictam mandaſſe Claudian. de Bello Gild.
ſat eſt——

Et ipſa Roma huic rei apud eundem Vatem:
——— medium non deſerit unquam
Cœli Phœbus iter, radiis tamen omnia luſtrat.

Ergo interdum ibit ipſe, interdum mittet. Pluresne? nihil impedit: ſic tamen, ut Imperii Militaris ſumma ſit penes unum. Liv. l. 3. c. 30.

> *In Exercitu Romano* (ſc. contra Æquos & Volſcos) *cum duo Coſſ. in poteſtate eſſent pari, quod ſaluberrimum in adminiſtratione magnarum rerum eſt, ſumma Imperii concedente altero Collega,* penes alterum erat.

Germanis Principibus contra Carolum V. Imperatorem belligerantibus nihil magis obfuit, quàm quod *conſilia bellica eſſent diviſa inter Joh. Frider. Electorem Saxoniæ & Philippum Landgravium Haſſiæ* i. e. quod ſumma rei non eſſet penes Landg. ut prudenter annotat Sleidanus. l 8. p. 514. in add. Kecker. ſyſt. p. 34. & ſeq.

> *Plurium* enim *imperium bello inutile eſt.* (Nam) *tendendo ad ſua quiſq; conſilia, cum aliud alii videtur, aperiunt ad occaſionem locum hoſti.* Liv. 4 c. 31. p.

Semper uni bello unus præficiendus peritus, prudens miles potius, quàm vir bonus: *Labantibus vitellii rebus Veſpaſianum ſecutus, grande momentum addidit Antonius primus, pace peſſimus, bello non ſpernendus.* v. Boterum l. 10 polit. c. 1. Tac. 2 hiſt. 86.

> *C. Marius, Vir ſi examinentur cum Virtutibus vitia, haud facile dictu ſit, utrum bello melior, an pace perniciosior fuerit, adeo quam Remp. armatus ſervavit, eam primo togatus omni genere fraudis, poſtremo armis hoſtiliter evertit.* Livius epiſt. 80. f.

Digitized by Google

Duces ſecundarii ſunt, qui imperantis ALTERIUS NUTU SIVE JUSSU IMPERANT, & SUO SALTEM DUCTU REM GERUNT.

Et ut in priore claſſe Ducum, quivis in ſuo ſolo Rex aut Princeps; ita in hac ii, qui ab his conſtituuntur Adminiſtri bellorum & Legati:

Bonorum Ducum dotes ſive Notæ ſunt; *Scientia rei Militaris*, quæ ferè à periculo utriusque fortunæ.

Huc referendus egregius diſcurſus Lanoji (de la Nove) tertius, qu'il eſt, profitable à un chef de guerre, d' avoir reçeu une route.

vid. Gruter. diſc. in Tacit. part. 1. p.120. & ſeqq.

Virtus ſc. Corporis, ingeniique: ut alacer, actuoſusque ſit, ſuis præeat, & verè ducat,

(Ein guter Vorgänger / macht einen guten Nachfolger.)

Curtius, cum Exercitum Alex. ingenti tempeſtate attonitum, & jam ferè ſuccumbentem deſcribit, hæc addit: *nec ulla res magis ſaluti fuit, quàm* l. 8. f.309.m. *quod multiplicato labore ſufficientem malis, quibus ipſi* (milites Alex.) *ceſſerant, Regem deſerere erubeſcant.*

eod. l. f.327. Et idem: *quod cum Alex. M. ipſe primus truncam arborem jeciſſet, nullum militum detrectaverit munus, quod Rex occupaſſet.*

Id. l. 9. f.362. Atque in Oratione Adhortatrice: *Nihil unquam vobis præcepi, quin primus me periculis obtulerim.*

in Pan. c.19. *Vigor cum animi probitate*: de Trajano Plin: *perinde ſummis atq; infimis carus, ſic Imperatorem, Commilitonemq; miſcueras, ut ſtudium omne, laboremq; & tanquam exactor intenderes, & tanquam particeps, ſociusq; relevares.*

Salluſt. Iug. c. 80. *Militibus exæquatus cum Imperatore labor volentibus eſt.*

Cic. pro L. Man. c 13. p. *Quantâ innocentiâ debent eſſe Impp.*
Quantâ omnibus in rebus Temperantiâ?
Quantâ Fide? quantâ facilitate?
Quantâ Felicitate?

Liv. l. 22. c. 12. *Providentia*: i.e. *cauti, cunctantesq; Duces, nullo loco, niſi quantum neceſſitas cogat, commiſſuri ſe Fortunæ.* De Fabio hoc dicitur, cujus Prudentiam & Cunctationem Hannibal magis, quàm vim metuebat.

Piccart. dec. 3. c. 6. & c. 8.
Vultum commendare bonum Ducem,
ſi non ſit φιλοκίνδυνος
Ubi hoſtes non eſſe contemnendos tr.

Tac 3. Hiſt. 20 *Duces providendo, conſultando, cunctatione ſæpius, quàm temeritate proſunt.*

Id. l 4. c. 60. *Præferoces, inſidiis magis opportuni.*

Gregoras l 10. c. 11. p. 355. conf. Piccart. dec. 10. c. 6. & 18. c. 6. Zvving. Th 20. n. 6.

Etſi nonnunquam ſit, ut temerarii vincant: ſatis tamen ſcitur, inconſideratum impetum non ſuapte natura parere victoriam: ſed adverſariorum ſtultitiâ occaſione mirabiliter prævalente. Sed fortuitorum ſucceſſuum eventus; legis tenere locum non debet.

Li

Licet aſpiraré fortuna videatur, ad ultimum temeritati non ſufficit. Curt. l.4.

Scipio Africanus turpè eſſe ajebat, in re militari dicere, *non putaram:* videl. *quod explorato & excuſſo conſilio, quæ ferro aguntur, adminiſtrari oportere arbitrabatur; ſumma ratione: Inemendabilis enim eſt error, qui violentiâ Martis committitur.* Valer. Max. l.7. c.2. conf. Steph. Schedias l. 4. ph.28.

Seneca tamen Fabio tribuit,

Sic etiam Iphicrates Athenienſis fortiſſimus. 2.de ira.c.3.

Turpiſſimam eſſe dixit, Imperatoris Vocem:

ὄυ κὰν ϖροσεδόκησα.

Lomathus Athenienſium Dux, cum tribunus militaris erratum bello admiſſum, imprudentiæ & incogitantiæ obtentu deprecaretur, ajebat: Plut. apopht. (186.c.f.)

ὄυκ ἔςιν ἐν πολέμῳ δὶς ἁμαρτεῖν.

Quod ſi tamen aliquid commiſſum temerè, nec mutare licet, quid faciendum?

Nihil aliud reſtat, quàm audacter (ac temerè) *commiſſum, pertinaci audacia, quæ prudens* (ac felix) *interdum in exitu eſt, corrigere.* Liv. l.44. c.4. Quomodo paulo poſt c. 6.p.de Martio c.21. Perſeum perſequente.

Quæ temeritas conſulu videri potuiſſet, quod eò proceſſiſſet, unde invito hoſte regredi nequiret, eam non inconſultam audaciâ fecit.

Pyrri R. Epirotæ Filius Ptolomæus, admodum temerarius, in oppugnatione Spartanorum usq; in mediam Urbem equo procurrit, ibiq; concurſu multitudinis interfectus eſt. Cujus Corpus, ut relatum eſt Patri, Pyrrhum dixiſſe ferunt, aliquanto tardius eum, quàm temeritas ipſa, vel temeritas ejus meruerit, occiſum eſſe. Iuſtin. l.25. c. 4.f.

Tacitus *Germanis tribuit magna corpora, & tantum ad impetum valida.* in l.d. mor. Germ.f.436. A.

Sic Seneca *Germanis nihil animoſius, nihil ad primum impetum acrius eſſe,* ſcribit. 1.d Ira c.11.

Florus ait, *quod Marius non auſus ſit congredi, Germanis Italiam ingreſſis, ſed militem in caſtris tenuerit, donec invicta illa rabies & impetus, quàm pro virtute Barbari habent, conſeneſceret.* l.3. c.3.

Parthi intolerandi forent, ſi, quanta his impetus eſt, vis tanta & perſeverántia eſſet. Iuſtin. l.41. n.2.

Cattis tamen, Germanicæ nationi tribuit Tacitus, *quod norint intelligere occaſiones, differre tempus.* in Germ.fol. 446.c.30.

Fabius ap. Livium: *inſitam ingenio meo cunctationem, homines adoleſcentes metum, pigritiamq; ſanè appellent, dum ne pœniteat; adhuc aliorum ſpecioſiora primo aſpectu conſilia ſemper vita, mea uſu meliora.* l.28. c.40.

Ergo omnino crebrum illud ſcitum ex ore Auguſti. Sueton. in vita Aug. c.25

Ἀσφαλὴς μὲν ἐς' ἀμείνων, ἢ θρασὺς ςρατηλάτης. Ammian. Marcellinus. l.16.

Julianus nec itinera, nec flumina tranſiri poſſe ſine inſidiis putans, erat providus & cunctator, quod præcipuum bonum in magnis Ductoribus, opem ferre ſolet exercitibus & ſalutem.

Digitized by Google

Thucyd l. 8. p. 560. & ſeq.

Phrynichus Athenienſis Dux, accepto navium hoſtilium adventu, collegis ejus ſubſiſtendum & acie decernendum cenſentibus, penitus id ſe facturum negabat: neve id, vel ipſe vel alius committat, ſe quà opibus, quà viribus prohibiturum ajebat. Neq; enim ſe unquam infamiæ alicujus metu ſubactum, temerè atq; incautè ſe diſcrimini commiſſurum, dum in aliud tempus id tutò differre poſſet. Non id flagitioſum Athenienſibus eſſe, ſi tempeſtivè cedant; multò id facilius futurum, ſi quomodo, ut vincantur, committant &c. *in hanc ſententiam cum cæteri tranſiſſent, Phrynichus non mediocris prudentiæ opinionem obtinuit.*

Cic 2. offic. p. 370.26.

Felicitas: comes fere conſilii, & rationis, ſed tamen paulo benignius quibusdam attributa eſt à Deo, FELICITATIS AUCTORE.

Magnam vim eſſe in fortuna in utramq; partem, vel ſecundas ad res, vel ad adverſas, quis ignorat? Nam & quum proſpero flatu ejus utimur; ad exitus provehimur optatos: & quum reflavit, affligimur.

Euſtath. ad l. F. Odyſſ. 222. lin. 38.

Δοκεῖ ἡ τετρὰς ἔχειν τι βαρύτητος,
ὡς ἡ κατὰ τὸν ἡρακλέα ἱστορία δηλοῖ,
ὡς ἡμέρᾳ τετάρτῃ γεννηθεὶς δυστυχὴς
ἀπέβη. ὅθεν καὶ παροιμία,
τὸ, τετράδι γέγονα. ἤγουν ἑτέροις
πονῶ. οἱ γὰρ ἐν ταύτῃ φασὶ τῇ
ἡμέρᾳ γεγονότες ὡς ἡρακλῆς
ἱστορεῖται, ἄλλοις δοκοῦσι ταλαιπωρεῖν.

v. Eraſm. chil. f. 193. & 950. & 957.

Quartâ lunâ Herculem editum ferunt, omnium etſi laborioſiſſimum, infeliciſſimum tamen. Quartâ lunâ nati, infelices plerumq; ſunt. Nam luminaria ſimul in angulis eſſe nequeunt, nec ſeſe reſpicere: nec ſignis ejusdem naturæ eſſe poſſunt.

Sen. 4. d. benef. 4.

Sic etiam quidam *duro fato & in pœnam geniti ſunt* (Wer auff einen Heller gemüntzt iſt / kommt nimmermehr auff einen Kreutzer.)

v. Gell. l. 3. c. 9.

Qui *aurum habent Toloſanum.*

Aliis velut agnata.

Auctoritas, quam potentiam, hancque fortunam parere alibi oſtenſum eſt:

Tac. Agric. c. 16.

Adde, quod & eandem ſeveritas gignit.

Bolanus Dux caritatem (apud milites.)

Sibi paravit loco auctoritatis.

Dux facilis, inutilis, ſuiſque contemptus; contra ſeverus æſtimatur.

vid. *Exemplum Veſpaſiani* apud Tac. 2. hiſt. p. 360.

Sic

Sic de Camillo Livius, *ſeveritate Imperii victi, eandem virtutem & oderant, & mirabantur.* Liv. l. 5. c. 26.

Præſertim ſi temperetur interdum aliqua Comitate, v. gr.

Exercitatione corporis inter ipſos cultu, habituq; paulum à privato differente: quibus artibus Alexander M. effecit, ut militibus ſuis pariter charus ac venerandus eſſet. Imò hæc, quæ leviora haberi ſolent, plerumq; in re militari gratioſa vulgo ſunt. Curt l. 3. c. 6. f.

De Tito Cæſare, perdomandæ Judææ à Patre delecto hæc habet Tacitus: l. 5. hiſt. ab initio.

Ipſe decorum, promptumq; ſe in armis oſtendebat, Comitate & alloquiis officia provocans: ac plerumq; in opere, in agmine gregario militi mixtus, incorrupto Ducis honore.

Φιλόδωρον εἶναι καὶ κοινωνικὸν τὸ ἦθος τοῖς ὑπ' αὐτὸν παρέχειν, κράτιστον ἐφόδιόν ἐστι τοῖς στρατηγοῦσιν εἰς νίκας καὶ τρόπαια: Nicephor. Greg. l. 6. c. 15. pag. 136.

Liberalem & humanum erga inferiores eſſe, præclarum Ducibus Viaticum eſt ad victorias & triumphos.

3\. *Conſilia* quoque requiruntur ad gerendum bellum: Quid ſine iis apparatus omnes ſint? fumus. Quid viri? funus.

Pleraq; in ſumma fortuna auſpiciis ac conſiliis, quàm telis ac manibus geruntur. Tac. 13. Ann. 6

Ὑπερέχει σύνεσις ὅπλων καὶ φρονήσεως ἐπιτηδεύματα μυριάδων στρατοῦ. Niceph. Gregor. l. 5. c. 12. p. 105.

Prudentia armis potentior, & ingenii ſolertia milite numeroſo.

Aſdrubal plura conſilio, quàm vi geſſit. Liv. l. 21. c. 2.

Et Ægyptii de Medd. legem tulerunt: *ſi quis non ſervatis præceptis quempiam curandum ſuſcepiſſet, quamvis ſanatus eſſet, hunc ſecuri plectendum: ſi verò idem præcepta medica obſervaſſet, etiamſi æger deceſſiſſet, hunc laudibus extollendum.* Diod Sic. adde Liv. 38 c. 48. Auct. d. Viris illuſtr. c. 38. & Frecult. Dec. 1 c. 10. & Dec. 16. c. 10.

Eventus plerumque ab illis, quo adſpectu dixit Atticus, *fortunam ſui cuiq; mores fingunt.*

Non eſt ulla res, quæ plus apud ſapientem polleat, quàm ipſius voluntas, atq; Judicium, cui quidem etiam, quæ vim habere maximam dicitur, Cornel. Nepos in vita Attici p. 554. & 559.

FORTUNA *ipſa cedit*, ſicut ſapiens Poëta dixit: *Suis ea cuiq; fingitur moribus.* Cic. in Paradox.

Sapiens quidem pol ipſe fingit fortunam ſibi.

Plaut. in Trinummo. act. 2. ſc 2. verſ. 84.

Fortuna meliores ſequitur.

Salluſt in Orat Philippi. p 88. m. in fine Orat.

Conſilia tamen certa præſcribere arduum. Nam *Conſilium ex re natum.* Liv. 2. c. 50. p.

Archidamus Ageſilai Filius in bello Peloponeſiaco ſociis rogantibus, quanta pecunia futura eſſet ſatis? ac poſtulantibus, ut certum modum præſcriberet, bellum, Eraſ in Apopht. l. 1. p. 29.

Digitized by Google

Fama bellum (ait alius) *conficere ſolet.* Seneca ep. 13.

Et *ut initia belli proveniunt, fama in cætera futura eſt.* Tac. 2 hiſt. 20

Nec tamen ſemper audienda, at magis recta ratio: *Fabius Maximus quoniam cum Hannibale confligere detrectabat; ſed morâ copias illius & pecuniarum & commeatus egentes attenuabat, ſequens illum per aſpera montoſaque, ac ſubinde obiter ſeſe opponens; à nonnullis per ludibrium dicebatur Hannibalis pædagogus. Hoc convitio nihil commotus, pergebat ſuum inſtitutum ſequi, dicens ap. amicos: qui dicteria, convitiaq; metuat, eum ſibi videri timidiorem his, qui fugiunt hoſtem.* vid Liv. l. 22. c. 39. f.

Opinionem & famam eo loco habeamus, tanquam non ducere, ſed ſequi debeat. Seneca l 6. de benef in fin.

Non omnes tam firmi & conſtantis animi, contra adverſum rumorem eſſe poſſunt, quàm Fabius fuit, qui ſuum imperium minui per vanitatem populi maluit, quàm ſecundâ famâ malè rem gerere. Liv l 44. c. 22 m.

Nihil in famam laboremus: ſequatur vel mala, dummodo benè merearis. Sen l 3 d Ira. c. 41. Add eunde in ep. 81. p. 540. B.

Famam, infirmiſſimum adverſus fortes viros telum, contemnite. Curt. l. 5. c. 14. m.

Securitas in bellis noxia, juxta illud notiſſimum P.

——— Amat Victoria curam.

Τὸ ἄγαν πεποιθὸς, ἀφύλακτον. Ioſ. l. 1. ἁλωσ. c. 14.

Omnibus, Pacis modo incurioſè agentibus magna clades illata. Liv. l. 29. c. 3. m.

In Rep. ſumma pax, ſumma tranquillitas dormientem Gubernatorem vel obruere, vigilantem etiam delectare poteſt. Cic. ep. 1. ad Q. Fratrem c. 1. f.

Eo ipſo, quod nihil tale timerent, Liv. l 37. c. 4. f

Opprimit incautos Lamios Acilius Coſ.

Id quoque *accidit Germanis.* Tac. 1. Ann. 50.

Incredibile eſt, quale *exercitus per nimiam fiduciam vulnus accipiat.* Id. in Agr. c. 37

Maſſilienſes inſidiis penè oppreſſi: exinde cœperunt feſtis diebus portas claudere, vigilias agere, ſtationem in muris obſervare, peregrinos recognoſcere, curas habere, ac veluti bellum habeant, ſic urbem pacis temporibus cuſtodire. adeò illic benè inſtituta, non temporum neceſſitate, ſed rectè faciendi conſuetudine ſervantur. Iuſtin. l. 43. c. 4. fin.

Nihilque parvum in bello: *nihil parvum contemnendum:* Μηδὲν ὑπεροπᾶν: *nihil negligendum.* Eſt Hippocratis Præceptum Medicum, ſed ad communem quoque vitam aptum. Hippocr l. 6. Epidemior. ſect. 2.

ἔςιν ὅτε καὶ τὸ βραχὺ δεινὸν παρορώμενον, μέγαν ἀπέτεκε κίνδυνον. Exiguum interdum malum neglectum, ingens periculum percepit. Gregor. l. 1. c. 5. p. 13.

Ex parvis ſæpe magnarum momenta rerum pendent. Liv. l. 27. c. 11. p.

Cæſar.3. bell. civ. c.68. pr.

Fortuna, quæ plurimum poteſt, quum in reliquis rebus, tum præcipuè in bello, parvis momentis magnas rerum commutationes efficit.

Itaque *hoſtis quantuluſcunq; ſit, contemnendus tamen nullo modo eſt.*

vid 1.Reg.14,12. cum 2.ſeqq. &c 17. verſ.42. & ſeqq.

Infeliciter quoq; contemti hoſtis Exempl. leg. *Liv.* l.42.c.54. *Juſtin.*l.34.c.2. *Zonar.*tom.3.p.113.43. in vita Michaelis Balbi ſub fin.

Thucyd.l.2. p 107.c. & l.6 p.433.b.

Καταφρονοῦντες εἰσὶν ἀπαράσκευοι καὶ ἄφρακτοι. *Exemplum* vid. *in Liv.* l.32. c.18. fin. & l.37. c.20.m, confer *Reun.* ſtratag. l.2.c. 11. *Piccart.* obſ.Dec.3.c.8. dec.10.c.6. *Amirat.* l.18.diſc.10.

ap.eund.d.l.6 p.436, a.

Hermocrates in Orat.ad Syracus: *id unicuiq; fixum, certumq; in animo eſſe, quod contemtum hoſtium ipſis factis & viribus declarare, in re verò præſenti cum metu apparatum firmiſſimum, tanquam in haud dubio periculo, comparere, longè utiliſſimum exiſtat.*

L.Florus.2 c. 14. pr.

Macedo, aliquanto quam ante gravior, dum contemnitur.

Tac.2. Ann. 20.

Inquirendum in omnia. Tuum eſt hoſtium exercitum, locorum ſitum, naturam regionis noſc. Exemplo Germanici Cæſaris.

Liv. l.22. c.38.

Suet.Cæſ. c. 44.

Sic *Cæſar Parthos non niſi ante expertos aggredi prælio deſtinavit.*

Tac.2. Ann. 62.

Maximè cujuſmodi ipſe Dux, ac etiam hoſtes: nam *haud leve decus quæſiviſſe Druſum, inlicientem Germanos ad diſcordiam.*

Id.2. hiſt. 86.

Eademque ratio *Antonium primum Ducem inter cætera ex eo commendat, quod ferendæ in alios invidiæ artifex diſcordiis & ſeditionibus potens fuerit.*

Xiphil. in Marc.op.272. b.c. Nic. Gregor. l.3.f.

Adde *Exemplum Caſſii Ægyptios ſic opprimentis.* Itemque *Palæologi.*

Eorum fides tentanda, *nectendo moras, mutando locos, & miſſis corruptoribus, exuendam ad fidem eoſdem emercando.*

Tac.12. Ann.14.

Veget.3. c.10. Add. Liv.l.2. c.44. & l 3. c.67. conf. Tac.2. Ann. 66. & l.2. hiſtor. p 361 c. adde Camerar. cent.2. c. 32. Piccart. obſ. Dec.7. c.5.

Aut turbæ immittendæ, nam *civile odium ad inimicorum perniciem præceps eſt, ad utilitatem ſuæ defenſionis incautum.*

Sapienter Veſpaſianus ad Joſephum, *noluit Judæos ſeditionibus inteſtinis diſtractos ſtatim adoriri, etiam aliis adhortantibus, ne periculo cognito conjungerentur.*

Cum Achæi Romanis nimium potentes viderentur, non propter ſingularum Civitatum nimias opes, ſed propter conſpirationem univerſarum, belli cauſas in eos quærunt: imprimiſq; ſuis Legatis mandant, ut corpus Achæorum diſſolverent, ſingulaſq; urbes proprii juris facerent, quò facilius ad obſequia cogerentur &c.

Iuſtin.34. c.1.m.

Rebus turbatis malum extremum diſcordia.

Tac.4. A.49. de Rep. ord. f.121.or.I.

De Roma Salluſtius ad Cæſ. *Ego ſic exiſtimo, quoniam orta omnia intereunt, quâ tempeſtate urbi Romanæ factum excidii adventarit cives cum civibus manus conſerturos: ita defeſſos & exangues regi aut nationi prædæ futuros. Aliter*

ter non orbis terrarum, neq; cuncta gentes conglobata movere aut contundere queunt hoc Imperium. Tac. in Agr. c.12.

Doctor noſter de Britannis, *qui per Principes factionibus & ſtudiis trahuntur: nec aliud adverſus validiſſimas gentes pro nobis utilius, quàm quod in commune non conſulunt. Rarus duabus tribusq; Civitatibus ad propulſandum commune periculum Conventus. Ita dum ſinguli pugnant, univerſi vincuntur.*

Et infra: *Britanni tandem docti commune periculum concordiâ non propulſandum, legationibus & fœderibus omnium Civitatum vires exciverant.* Id. c.29.

Idemque alibi: *Romani noſtris* (Britannorum) *diſſenſionibus ac diſcordiis clari, vitia hoſtium in gloriam exercitûs ſui vertunt.* Id. c.32.

Alius ad eundem fere ſenſum: Iuſtin. l.8. ab init.

Græciæ Civitates dum imperare ſingulæ certant, Imperium omnes perdiderunt, quippe in mutuum exitium ſine modo ruentes, ab omnibus victi periêre: quid ſingulæ amitterent, non niſi oppreſſæ ſenſerunt. Siquidem Philippus Rex Maced. velut è ſpecula quadam libertati omnium inſidiatus, dum contentiones Civitatum alit, auxilium inferioribus ferendo, victos pariter, victoresq; ſubire Regiam ſervitutem coëgit.

Τοὺς δ' ἀλλοφύλους ἐπελθόντας ἀθρόοι, ἤν σωφρονῶμεν, ἀμυνώμεθα. εἴπερ καὶ καθ' ἑκάστους βλαπτόμενοι ξύμπαντες κινδυνεύομεν. Hermocr. Syracuſ. ap. Thucyd. l.4.

Extraneos advenientes, ſi ſapimus, juncti repellemus: quantum ſinguli etiamſi lædimur, univerſi periclitamur.

Eligendum *Tempus* pugnandi: *non expectant belli tempora, moras ac dilationes Imperatorum: & expugnandum eſt interdum, non quia velis; ſed quia hoſtis cogat.* Liv. l.31. c.48. f.

Male vicit, quem pœnitet Victoriæ. Valer Max. l. 7 c 2 ex 2. adde Amir. l. 18. cl.2. p.281.

Scipio Africanus negabat aliter cum hoſte confligi debere, quàm ſi aut occaſio obveniſſet: aut neceſſitas incidiſſet, æquè prudenter. Nam & proſperè gerendæ rei facultatem omittere, maxima dementia eſt: & in anguſtias utiq; pugnandi compulſum abſtinere ſe prælio, peſtiferum ignaviæ adfert exitium, eorumq;, qui iſta committunt, alter beneficio fortunæ uti, alter injuriæ neſcit reſiſtere.

Deinde, *minima commoda non minimo ſectantes diſcrimine, ſimiles ſunt aureo hamo piſcantibus: cujus abrupti damnum nulla captura penſari poteſt.* Sueton c.25. in f.

Ita *Guiſianus Dux cum invaſiſſet Regnum Neapolitanum, prudenter Albæ Dux prælio cum illo decertare recuſavit. Galli enim eò in prælio non aliam, quam Exercitus jacturam facere poterant: ſed Hiſpani, ſi victoria in Gallorum partem inclinaſſet, una cum exercitu Regnum quoq; amiſiſſent.* Plura v. apud Ranzov. Comment. bell. l.2. c.1. can 1. conſ. Amir. l.8. diſc.2. p 281.

Exemplum Athenienſium vid. in Thucyd. l.4. p.301. c.

Senec. ep.105. p.

Incerta nanque illa alea: *quem quis contemnit, calcat ſine dubio. Nemo homini contempto pertinaciter, nemo diligenter nocet. Etiam in acie jacens præteritur: cum ſtante pugnatur.*

Liv l.1.c 56. m.

Contemptus tutos præſtat.

ap.eund l.29. c 38. f.

Ad id, quod ne timeatur fortuna facit, minime tuti ſunt homines: quia quod neglexeris, incautum atq; apertum habeas.

Martius in Orat. ad milites.

Gregor. l.1.c.5. p.13.

Βραχεῖαι δυνάμεις πολλάκις ὀξύτητι
ϗ σπουδῇ χρησαμέναι μεγάλους ὁμοῦ
ϗ πολλαπλασίους ῥᾷστα κατηγωνίσαντο,
διὰ ῥᾳστώνην ϗ καταφρόνησιν τοῦ καθήκοντος.

Parvæ copiæ celeritate & feſtinatione ſæpe magnos exercitus, ob ſocordiam officiique neglectum ſuperarunt.

vid. Appian. l. 2. d. B. Civ. Tac 3. h. ſt. 38. f

Aliâ magis viâ debellandus hoſtis; morâ ſæpè frangendus: *Omnia inconſulti impetus cœpta, initiis valida, ſpatio langueſcunt.* *Impetus acres cunctatione langueſcunt.*

Id 12. A. 12.

Hoſtem præferocem morâ frangendi ratio demonſtratur *Exemplo ap. Liv. l.10. c.22.p.*

Otho ap. Tac. 1. hiſt. 21. Id. 11. A. 26.

Tamen interdum & pugnâ; ſi diu ſubſiſtere non potes: *non enim cunctatione opus eſt, ubi pernitioſior ſit quies, quàm temeritas.*

Imminentium periculorum remedium, ipſa pericula ſunt.

Thucyd l.3. p. 209. in orat. platæenſ.

Rebus arctis ſi aliter fieri non poſſit, agentes aliquid vel periclitari oportet.

Id Conſilium laudat in curatione hecticarum ille arte medica celeberrimus; & addit: *quibus enim alia ſalutis ratio non eſt, & qua unica videtur, ea dubia eſt, neceſſum his eſt, adverſos periculis ire.*

Galen. l.10. Meth c.10.

Quo caſu etiam Celſus mavult ancipiti Medicina uti, quàm nulla.

Adde Eraſ. Proverb: *Certamen non accipit excuſationem.*

Thucyd. l.1. p.14.e. l.3. hiſt p.97. m.

Δράσαντας ϗ κινδυνεῦσαι δεῖ.

Salluſtius imitatus videtur Thucyd. in Orat. M. Lepidi, *Tr. pl. certamina adverſa pro libertate potiora ſunt viro forti, quàm omnino non certaviſſe.*

vid Micræl. ſynt. pol. l.1. ſect.5. quæſt.2 ſub f.

Prodigiorum quoque modicè habenda ratio: ſic *B. Peloponneſiacum aliquot prodigiis cœlitus fuit ſignificatum.*

Fortaſſe & ſomniorum: *de Dario dicitur, quod illi Caſtra Alexandri M. ignis fulgore viſa ſint.*

Curt. l.3. c.3 pr.

Exemplum Germanici, felix pugna omen in ſomno capientis.

Tac. 2. A.14. pr.

Zonar. in ejus Vita tom.3. p.727. vid Lipſ Mon. & Ex. p 35.

Imp. Conſtans poſtridiè cum hoſte pugnaturus, in ſomnis ſe Theſſalonica eſſe videt. Eo ſomnio conjector cladem illi portendi dixit: quod ϑὲς ἄλλῳ νίκην *ſignificaret,* al-

alteri victoriam tribuendam: idq́; accidit: Commiſſo enim prælio, hoſtes ſuperiores evaſere.

Obſervandum etiam, *quomodo* pugnandum in tempore:

Curtius deſcribit Darii Exercitum ſubitò & inſperatò Alexandri adventus trepidantem his verbis: *Dario adventum hoſtium pavidi agreſtes nunciaverunt, vix credenti occurrere etiam quos ut fugientes perſequebatur. Ergo non mediocris omnium animos formido inceſſerat: quippe timeri, quàm prælio aptiores erant, raptimq́; arma capiebant. Sed ipſa feſtinatio diſcurrentium, ſuosq́; ad arma vocantium, majorem metum incuſſit &c. Diſcors exercitus, nec ad unum intentus Imperium, vario tumultu cuncta turbavcrat.* l.3. p.57.

Servilius Conſul, quanquam cuncti undiq́; ut ſignum daret, clamabant, experiendi animos, militum cauſa, parumper moratus, poſtquam ſatis apparebat ingens ardor, dato tandem ad erumpendum ſigno, militem avidum certaminis emittit. Liv.l.2.c.25.p

Civilis Battavorum Dux, non minus vitiis hoſtium, quàm virtute ſuorum fretus. Tic.4.hiſt.34.

ἡ τῶν ἀντιπαραταξαμένων κακοβελία ὕμιν παράδοξον χορηγεῖ πολλάκις εἰς τὸ κατορθοῦν. Adverſariorum ſtultitia ſæpè mirabilem occaſionem Victoriæ præbet. Gregor.l.10. c.11. p.355.

Pugnæ ergo ineundæ ratio ſubita aut ex inſidiis: aut cum opportunum ſe dat hoſtis. v.Thucyd.l.3. 191.a.

Optimum eſt, (ut vulgo dixere) *alienâ inſaniâ frui.* Plin. l.18. c.5. in fin.

Pomponius opperiebatur, ſi Catti, ulciſcendi cupidine Caſum pugnæ praberent. Tac.12. A.28.

ἡ τῶν πέλας ἀπειρία, μέγιστον ἐφόδιον γίγνεται τοῖς ἐμπείροις πρὸς κατόρθωσιν. Polyb. l.9. verſ.557. b. & l.11. p.633.d.

Maximum peritis ad ea, quæ parant perficienda, viaticum imperitia aliena.

Malè commiſſum, ignavia hoſtium in bonum vertit. Liv.2.c.31.

Ad ſummam, tempora obſerva:

Placet illud Pericleum; τὰ πολέμου οἱ καιροὶ οὐ μενετοί. Belli occaſiones nihil minus, quàm moras, dilationesque expectant. ap.Thucyd. l. 1. p.96.A.

Et Poëta rectè monet:

—— quod optanti divûm promittere nemo
Auderet. volvenda dies, en attulit ultrò. Virg.9.Æn. pr.

Addo tamen, cum id poteſt: nam

Τέχνη δ' ἀνάγκης ἀσθενεστέρα μακρῷ.
Ars longe eſt debilior neceſſitate. Æſchyl. prometh.v.1503.

In loco: e.c. *ſi equitatu audemus, campos debemus optare; ſi pedite, loca eligere anguſta, foſſis, paludibus, vel arboribus impedita.* Veget. l.3. c.9.m.

Digitized by Google

Iuſtin. l.1. c. 6.m. Non diſſimil. Exemplum v. ib. l.31.c.8.m.

Aſtyages pugnantibus ſuis, partem exercitus à tergo ponit, & tergiverſantes ferro agi in hoſtes jubet: ac denunciat ſuis, ni vincerent, non minus fortes etiam poſt terga inventuros, quàm à frontibus viros: proinde videant, fugientibus hæc, an illa pugnantibus acies rumpenda ſit. Ingens poſt neceſſitatem pugnandi animus exercitui ejus acceſſit. &c.

Id l 22.c.6. m.

Agathocles exercitu in hoſtile litus expoſito, univerſas naves, conſentiente exercitu incendi jubet, ut omnes ſcirent, auxilio fugæ adempto, aut vincendum, aut moriendum eſſe.

Publ. Syrus in Mimis. Sen. Nat. QQ. l.2. c.59. p. 703. d.

In rebus dubiis plurima eſt audacia.

Animus ex ipſa deſperatione ſumitur. Ignaviſſima animalia, quæ natura ad fugam genuit, ubi exitus non patet, tentant fugam corpore imbelli. Nullus pernicioſior hoſtis eſt, quàm quem audacem anguſtiæ faciunt, longeq; violentius ſemper ex neceſſitate, quàm ex virtute corrigimur. Majora aut certè paria conatur animus magnus ac perditus.

Pro extrema ſpe enixè dimicatur.

Liv.l.8.c.17.p. Flor.,l.3. c.3. Valer. Max. l. 2.c.7.ex.10.

Neceſſitate aucta Virtus, cauſa Victoriæ eſt.

Humanæ imbecillitatis efficaciſſimum duramentum eſt neceſſitas.

Britanni obſeptis effugiis, multa & clara facinora edidere.
Tac.12 Ann. c.31. in f.

Et ut Poëta quoque monet:

Una ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.

Virg.2.Æn. l.3. p.231.

Thucyd. deſcribit, Conyræos in Inſulam transmittentes, navigia ſua incendiſſe, ne quàm aliam niſi in Victoriâ ſpem haberent.

Juſtin. l.22. c.6.

Sic Agathocles Syracuſanus Rex, *cum Carthaginenſes Syracuſas obſiderent relictis, qui mœnia patria defenderent, cum cæteris in Africam, ut ultro bellum inferret hoſti trajecit: conſolaturq; milites, univerſas naves conſentiente exercitu, incendi juſſit, ut omnes ſcirent, auxilio fugæ ablato, aut vincendum aut moriendum eſſe.*

Tac.4.hiſt.49 Id.1.hiſt.26. Sen.1.d.ira 13.

Una in audacia ſpes ſalutis.

Ex temeritate ſpes.

Aliquoties metus è contrario fecit audacem: & mortis timor etiam inertiſſimos excitavit in prælium.

Illis timidis & ignavis licet eſſe, qui receptum habent: quos ſuus ager, ſua terra, per tuta ac pacata itinera fugientes accipient: Vobis (ab hoſte undique concluſis) *neceſſe eſt fortibus viris eſſe* &c. vid. totum locum

ep. Liv. l.21.c. 44.in fin. Id. l.44. c.10. m.

Nec aliud, quàm ultima neceſſitas cum recipere ſe tutò ad naves prohiberentur animos militum Romanorum, ſimul deſperatione aliæ ſalutis, ſimul indignitate irritavit.

Juſtin. l.20.c. 3.m.

Locrenſes *paucitatem ſuam circumſpicientes, omiſſa ſpe victoriæ, in deſtinatam mortem conſpirant, tantusq; ardor ex deſperatione ſingulos cepit, ut victores*

ſe

ſe putarent, ſi non multi morerentur. Sed dum mori honeſtè quærunt, feliciter vicerunt: nec alia cauſa Victoria fuit, quàm quod deſperaverunt.

In Acie: heic Lipſ. cit. aciei ord. Homer. add. Xeno. l. 3. memor. in pr.

Subſidia ſemper habenda quaſi in inſidiis, quia inopinata maximè movent, ſubitaque terrent: &, ut Impp. Primus ait; *nemo eſt tam fortis, quin rei novitate perturbetur.* vid. Onoſandr. ſtratag. c.22. add. Piccart. dec.6. c.9.

Hinc armis hoſtis (Porus) *capacia quidem bona ſpei pectora* (Macedonum) *& ſæpè ſe experta, improviſo tamen pavore percuſſerat.* Cæſar. l. 6. d. B Gall. c.39. Curt. l. 8. f. 343.

Improviſus gravior accedit. Salluſt. in Jug. c.88. in f. Adde *Remner.* Stratag. l.2.c.36. p.395. Et *Exempla in Thucyd.* l.3. p.246. b. & l.4. p.316. d.

Τὸ ἀπροσδόκητον τῆς ἐφόδου καταπλήξεως γέμον. Adventus inexpectatus maximè percellit. Gregor. l.1. c. 5. p 13.

Nec opinata etiam res plus trepidationis fecit. Liv. l.3. c.3.

Agathocles *ex improviſo Carthaginem oppreſſurus ait: nec in repentino pœnarum metu, modicum momentum Victoria fore, qui tantâ audaciâ hoſtium perculſi, trepidaturi ſint.* Juſtin. 22. c. 5. m.

Hoc vidit etiam Q. Martius ille Centurio, qui in concione ad milites:

Nihil omnino nunc minus metuunt hoſtes, quàm ne obſeſſi modò ipſi atq; oppugnati caſtra ſua ultro oppugnemus. Audeamus, quod credi non poteſt, auſuros nos eo ipſo, quod difficilimum videtur, facillimum erit. Liv. l.25. c 38

Hujus centurionis animum Pythagoricâ Metempſychoſi transmigraſſe putes in ductorem illum Helveticorum, qui apud Guicciardin. *Similiter ſuos ad nocturnam eruptionem adhortans, quo res, inquit, nobis difficilior ac periculoſior videtur, & facilior erit, tantoq; felicius ſuccedet. Quo enim quidquam magis inexpectatum inopinatumvé ſupervenit, hoc vehementius confundit.*

Hoc argumento Cylippus & Hermocrates Syracuſanos adhortantur, *ut rem navalem inſtruant contra Athenienſes.* Thucyd. l.7. p.497. & ſeq.

Ita clamor aliquis repentinus fugâ ſæpe exercitum implevit: λόγου ἐπειδὴ καὶ τραχύτης φωνῆς πρὸς τοὺς πολεμίους. vid. Plut. in Cat. Maj. poſt pr. & in Apopht. p. 199. c.

Idem Cato, *nolle ſe militem*, μεῖζον ῥέγχοντα ἢ ἀλαλάζοντα, qui ſterteret altius, quàm in prælio clamaret. Add. Cariolanum Plutarchi p.216. f.

De clamore militari conſ. *Camer.* Cent.1. c.77. *Scip. Amir.* l.14. diſc.5. *Lipſ.* d. mil. R. l.4. Dial.11. *Plutarch.* Themiſt. p.115.

Sic oculi *in omnibus præliis primi vincuntur.*

Tac. d. mor. G. c.43. f.450. B. Conf. Plin. l.8. c.16. confer Gruter. diſc. in Tac p. 110.

Si-

Tac. 2. hiſt. 69. Sive etiam aures: *Inania belli vocat*

De Petra Arcabazi, clam ſubeuntibus à tergo paucis occupata hæc habentur:

ap Curt. l. 7. f. *Jamq́, è Macedonum caſtris, ſignorum concentus, & totius Exercitus clamor audiebatur. Ea res, ſicut pleraq́, belli vana & inania, Barbaros ad deditionem traxit: quippe occupati metu, paucitatem eorum, qui à tergo erant, æſtimare non poterant.*

Liv. l. 25. c. 18. Id. l. 34. c. 12. *In bello nihil tam leve eſt, quod non magna interdum rei momentum faciat.*

Sæpè vana pro veris, maximè in bello valuerunt.

Proverb. Teut. Hebt man an kriegen /

Fangt man an liegen.

Juxta illud Polyb. not. Πολλὰ τοῦ πολέμου κενά.

Sen. ep. 13. p. 408. 2. *Vana magis perturbant: Vera enim modum ſuum habent: quicquid ex incerto venit, conjectura & licentia paventis animi traditur.*

ap. Liv. l. 7. c. 7. m. Noto amplius: in ſtruenda Acie plerumq́ue utile, per Gentes eàm, Nationesq́ue diſponi. Sic *quadringentariæ cohortes Hernicorum, extra Ordinem in acie locantur, quo conſpectior virtus eſſet.*

l. 4. c. 12. m. f. 124. De Exercitu Darii Curtius: *Pedites plurium Gentium non mixtas, ſed ſuæ quisque nationis junxerant copias.*

conf. Onoſand. ſtrat. c. 24. Veget. l. 2. c. 2. De auxiliaribus, qui ad prælium ex diverſis locis conducuntur, hæc habet militaris Doctor; *Neceſſe eſt tardius ad Victoriam pervenire, qui diſcrepant, antequam dimicent. Et cum in expeditionibus plurimum proſit, non poſſunt æqualiter juſſa complere, qui ante pariter non fuerunt.*

Mirabilis hac arte *Hannibal.*

vid. *Liv.* 28. c. 12. pr.

l. 2. v. 362. Neſtor apud Homerum:

Κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας.

Militum quæq́ue cohors ex una natione quidem conſtet. Duces tamen earum ex diverſa natione deligi præſtat, ob cauſam, quæ patet exemplo Imp. Antonini Phil. quod adſcripſi infr.

Curt. 5. c. 2. pr. Sic Alexander M. *cum equites in ſuam quamq́; gentem deſcriberentur ſeorſim à ceteris: tamen exemplo hoc nationum diſcrimine, non utiq́; ſuarum gentium, ſed delectos, eis attribuit.*

vid. Tac. in Agric. c. 35. f. 463. c. Zonar. tom. 3. p. 60 in f. & ſeq. Idque ita, ut exteri aut mercenarii proximi ſint diſcrimini. Nec invito milite pugnandum. *Philippicus ab Imp. Mauricio contra Perſas miſſus, eos oppugnaturus, milites ſuos percontatur, an alacres eſſent ad pugnandum cum Perſis? iis verò etiam jurejurando alacritatem ſuam teſtatis, hoſtes aggreditur & vincit.*

l. 1. Annal. c. 49. Sic apud Tac. *Germanicus ſequitur ardorem militum, in hoſtes eundi cupidorum.*

Imp.

Imp. Alex judicavit *τὸ μὲν ἄρχειν ἀδίκων ἔργων, οὐκ εὐγνώμονα ἔχει τὸ θαῤῥαλέον, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλ' ἀμύνασθαι ὑπάρχει τὸ εὔελπι.* Ejus quidem, à quo proficiſcitur injuria, rationi conſentanea & æqua non eſt provocatio : at quum eos, qui nobis graves ſunt, repellimus, tum ex bona conſcientia confidentiam accepimus, tum verò ex eo, quod non inferimus, ſed propulſamus injuriam, ſpem bonam concipimus.

ap. Herodian. l 6. p.131. m. Not. de militaribus orationibus Piccart. dec.13 c. 10 Amirat. 12. c.4. Beregg. in Sueton Cæſ.c.55. B.a.

Quò valdè idem pertinet, ſi ante & in pugna Dux alacer, confidens & lætus ſit. Inducitur Sylla, cum paucis, quos ſecum habebat, penè inſidiis circumventus, milites ad fortiter præliandum adhortans atque ita loquens : *Quantò minus ſibi in prælio pepercisſent, tantò tutiores fore.*

ap. Salluſt. d. B.Iug. c.107.

Ubi interpretatus videtur ſententiam illam Græc. *Μαχέσθων, ὡς τεθναμένοι, καὶ οὐ τεθνάζονται.*

Hoc enim memoriæ proditum eſt, *ſcripſiſſe Spartanos, qui domi in Magiſtratu erant, Leonidæ fortiſſimi Imp. qui cum parva manu contra infinitam multitudinem hoſtium pugnaturus erat.*

ap. Suidam in voce ἀποθνήσκω.

Quippe *pars eſt audacia Victoriæ :* Ἀρχὴ γὰρ ὄντως τοῦ νικᾶν, τὸ θαῤῥεῖν.

Fortiſſimus quiſque tutiſſimus.
Salluſt. in Iug c 87.

Plut. Themiſt. 115.f. Catil. 58.

Incolumitas ac decus eodem loco ſita ſunt. Quæ fortibus honeſta, eadem etiam ignavis tutiſſima ſunt.

Tac. in Agric. c.33. Ib. c.30.

Nam ut non nemo ſuis Perſarum it. *hi, qui bellicis in rebus quoquo modo vitam quærunt, ignavè turpiterq; ut plurimum moriuntur : qui verò mortem communem hominibus univerſis eſſe ac neceſſariam ſtatuunt, tantumq; de eo ſolliciti ſunt, ut præclarè mortem obeant, eos quidem video magis ad ſenectutem pervenire, ac quamdiu vivunt, majore felicitate frui.*

Xenoph. l.3. ἀναβάσεως.

Μωρὸν γὰρ, τὸ κρατεῖν βουλομένους, τὰ τυφλὰ τοῦ σώματος καὶ ἄοπλα, καὶ ἄχειρα ταῦτα, ἐναντία τάττειν τοῖς πολεμίοις φεύγοντας.

Id. παιδ. 3. vid Victor. l. 11 var. Lect. c. 2. & l.23. c.16.

Profectò *in fuga ſalutem ſperans, cum arma, queîs corpus tegitur, ab hoſtibus avertens, ea verò dementia eſt.*
Salluſt. Catil. c 58. in orat Catil.

Non decet quenquam, qui manus armaverit,
ab inermis pedibus auxilium petere.
Quod pulcherrimum, idem tutiſſimum eſt,
in virtute ſpem poſitam habere.
Liv. l.34. c.14. ps add. Virdung Agric. p.163. & 185.

Id. in Iug. c. 107. in Orat. Syllæ.

Fugientes plures, quàm pugnantes interimuntur. Liv. l. 43. c. 10.f.
Adag Alem. Fleuchſt du/ ſo ligſt du !
Fermè fugiendo in media fata ruitur. Id. l 8. c.24.
Magis periculis patemus averſi. Sen. ep.104.
Sæpè cauſa moriendi eſt, timidè mori. Id. d. Tranq. c.11.

Neque Dux in re trepida trepidet:

[Veg. 3. c. 25. conf Giut. diſc. in Tacit. part. 2. p. 10. & ſeq. Schönb. 6. pol. c. 11.]

Eventus omnium (ferè) *præliorum, inter initia contra illos magis fuit, quibus victoria debebatur.*

Juxta puerorum ludentium Proverb:

Wer zum erſten gewann/
War zuletzt ein armer Mann!

[à Niceph. Gregor. l. 8. p. 216.]

Sic Metochit. Logotheta ad diſſimulandum ob impendentia mala triſtitiam admonetur his verbis:

Si non tua, at aliorum cauſa, & linguam tuam, & te totum ad hilariorem habitum conformato! Imitare ſolertes Gubernatores, qui & advenientibus & jam urgentibus periculis triſtitiam diſſimulant: Nam cum ſciant ſpem ſalutis, vectorum omnium à ſuis pendere labris, eos in ſpem bonam erigunt, & confirmant: & imber violentus è nubibus erumpat: & diſcrimen ante oculos verſetur.

Scilicet Princeps, verbis Virgilii:

[Curt. l. 4. c. 13. m.]

Spem vultu ſimulet, premat alto corde dolorem. Haud aliâs tam alacrem viderant (Alexandrum cum Dario pugnaturum) *& ex vultu ejus interrito, certam ſpem victoriæ augurabantur.*

Providè in victoria agat:

[Id. d. pugna Alex. M. cum Dario f. 64. m.]

In dextro cornu Perſæ Theſſalos equites vehementer urgebant: jamq; una ala ipſo impetu proculcata erat, cum Theſſali ſtrenuè circumactis equis dilapſi, rurſus in prælium redeunt, ſparſosq; & incompoſitos victoria fiducia barbaros (Perſas) *ingenti cæde proſternunt. &c.*

ſecund. illud tritiſſ. Græc.

Ἀνὴρ φεύγων πάλιν μαχήσεται.

Et iſtud Poëtæ:

[Virg. 2. Æn.]

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.

Nec pertinaciter inſtandum; via potius munienda ad fugam:

Deſperata ſalus ad rabiem magis, quàm audaciam accendit.

vid. Bodin. 5. d. Rep. 5. pag. 573. d. 6. Liv. l. 32. c. 23. Id. l. 6. c. 3. pr.

[vid. Frontin. l. 2. ſtratag. c. 6. add. Plut. Them. 120. B.]

Quibus animi in ſpe ultima obſtinati, ad decertandum fuerant: poſtquam data ſpes vitæ eſt, jactare paſſim arma, inermesq; quod tutius fortuna fecerat, ſe hoſti offerre.

Deſperatio magnum ad honeſtè moriendum incitamentum.

Curt. l. 9 f. 372. m.

[Tac. 4. hiſt. 56]

Sublatâ ſpe veniæ, pertinacia accenditur.

[Id. in Agric. c. 32.]

Et tandem ſumunt animum, tam quibus ſalus, quàm quibus gloria cariſſima eſt.

[Pachymer l. 2. c. 20.]

ἡ τόλμα τρέφεται δέει.

Egregium Exemplum Crumi Bulgarorum Ducis, Nicephorum victorem inſolentem opprimentis, & *ejus calvaria pro poculo utentis.*

v. ap. Zonar. in vita Imp. Niceph. p. 104.

Digitized by Google

Cæſar tamen *fugientes Belgas feliciter perſequitur.* v.l.2. de B. Gall. c.11.

Thucyd. laudat *Conſilium Syracuſanorum, qui cominus cum Athenienſibus profligatis jam pugnare nollent, tantumq́; iter eorum levibus certaminibus morarentur. Adverſus, inquit, homines, de ſua ſalute deſperantes temerè periculum inire, non tam ex noſtro, quàm ex ipſorum commodo eſt.* l.7. p.546.a.

Lycurgus Spartanis præcepit, *hoſtes in fugam verſos ne ultra ſequerentur, dum certa eſſet victoria. Neq; enim Græcorum convenire moribus, eos trucidare, qui ceſſiſſent, neq; non ſolum honeſtius, verùm etiam eſſe utilius dicebat. Siquidem hoſtes, quibus cum res eſt, ubi cognorint, Lacedæmonios parcere cedentibus, occidere verò, qui loco non cedunt: ſibi conducibilius exiſtimabunt fugere, quàm perſiſtere.* Plut. in Laconicis add. Thucyd. l.5.p. 394. a. & in Lycurgo. 54. BB.

Propinquitas urbis hoſti & cauſa maturioris fugæ, & unum ex fuga receptaculum. Liv. l.6.c.22. p.

Interclusi hoſtes deſperationem in virtutem vertunt; & iter, quod aliter non patet, ferro pateſaciunt. Iuſtin. l.2. c.13.

Quanto plus ſpei ad effugium,
minor ad reſiſtendum animus. Tac. 3. hiſt. c. 8. p 373.

Denique à præda arcendi milites, donec planè vicerunt: *Novem millia Equitum Sarmatarum prædæ magis, quàm pugnæ intenta: Igitur vagos & injurioſos tertia Legio repente invaſit & vicit.* Tac. 1. hiſt. 79.

Juvit hoſtium aviditas, omiſſa
cæde prædam ſectantium. Id. 1. Ann. 65.

Licinius Craſſus Conſul, *intentior prædæ, quàm bello, cum inordinata acie prælium conſeruiſſet, victus pœnas inconſultæ avaritiæ, ſanguine dedit.* Iuſtin. 36. c. 4. f.

Exempla præclara vid. in *Zving.* &c. & in *Amirat.* l.17.d.9. *Piccart.* obſ. dec. 10. c.8.

Prioris generis Conſiliorum ſpecimen, puta Rectorum ſive Regularum belli generalium vidimus. Veniemus ad genus alterum *Conſiliorum* & quidem *Obliquorum* ſive *ſtratagematum*, voce Græcanica: Germ. Kriegs-Geſchwindigkeiten. Nam, *quæ in pace* πολιτεύματα, *ea in bello ſtratagemata dicuntur*; vid. inſcr. ad *Steph.* Theſaur. Græc. l. t.3. c.477.d. de hac materia vid. Clapm Arcan. l.5. c.7. Alb Gentil l. 2.d. belli jur. c.3. Zahn l.1.d. Mendac. c.31. & l.2, c.59.

Quæ quidam diſſuadent; & ajunt: *Generoſi hominis eſſe, honeſtis rationibus victoriam quærere: turpibus nec ſalutem.* Facius axiom. 10.

Veraci ſatius eſſe, quàm malo more vincere.
Scaurus ap. Salluſt.

Et populi nonnulli ſpreverunt; de Athenienſibus Pericles in Oratione funebri: πιστεύομεν, ὐ ταῖς παρασκευαῖς τὸ πλέον ϗ ἀπαταῖς, ἢ τῷ ἀφ᾽ ἡμῶν αὐτῶν ἐς τὰ ἔργα ἐμψύχῳ. ap Thucyd. l. 2. p.124.d. v. Plutarch in Alex. p.685. c.d.

Non tam apparatu & dolis, quàm virtute noſtra in rebus gerendis fidimus. Ubi *Scholiaſtes* addit: τοὺς λακεδαιμονίους αἰνίττεται, οἱ τὸ πλέον ἀπάτῃ ϗ ἐνθέᾳ γνώμης ἐχρῶντο ἐν τοῖς πολεμικοῖς.

Liv l.1.c.53. *Tarquinius Romanorum Rex, Gabios minimè arte Romanâ, fraude ac dolo aggreſſus eſt.*

L.4.c.13.f.125. Apud Curtium: *cum Parmenio & Polypercon, furto non prælio, contra Perſas opus eſſe, cenſerentq; intempeſta nocte hoſtes opprimi poſſe, ſomno & improviſo periculo territos. Alexand. M. latrunculorum, inquit, & furum iſta ſolertia eſt, fallere; Meæ verò Gloriæ ſemper aut abſentiam Darii, aut anguſtias locorum, aut furtum noctu obſtare non patiar: palam luce aggredi certum eſt. Malo me fortunæ pœniteat, quam victoriæ pudeat.*

L.1.d.B.Gall. c.13. Sic apud Cæſarem *Helvetii aſtu à Cæſare ſuperati, ei nunciant, ſe ita à patribus, Majoribusq; ſuis didiciſſe, ut magis virtute, quàm dolo contenderent, aut inſidiis niterentur.*

Hirt. d.B. Afric. Et Hirtius *Gallos* ſcribit, *eſſe homines apertos, minimèq; inſidioſos, qui per virtutem, non per dolum dimicare conſueverunt.*

Salluſt. ad Cæſ. orat. 2 p. 125. m. *Hoſtem adverſum deprimere, homini ſtrenuo haud difficile eſt: occulta pericula neq; facere, neq; vitare bonis in promptu eſt.*

Tac. Agric. c. 27. f.462.D. Quique dolo ſuccubuerunt, facile iterum inſurgunt: *non virtute, ſed occaſione & arte Ducis victos ſe rati.*

Liv.l.42.c.47. Atque etiam contra bonam fidem: *Ejus demum animus in perpetuum vincitur, cui confeſſio expreſſa ſit, ſe neq; arte, neq; caſu, ſed collatis cominus viribus, juſto ac pio bello eſſe ſuperatum.*

Plut. de capienda ex inimic. util. fol. 244 t.1. moral. N.3. Integrum illud Livii caput huc referendum eſt, continens laudem antiquæ Romanorum virtutis, & ſtratagematum vituperium.

Ait Pindarus, *homines victos linguam ita ligatam habere, ut mutire non audeant.*

Non ſimpliciter hoc, neque de omnibus verum eſt; ſed de his, qui ſuperatos ſe vident ab inimicis induſtria, bonitate, magnanimitate, humanitate, beneficiis: Huc facit illud Livii:

L.22.c.13 f. *Unum vinculum fidei eſt, melioribus parere.*

Tac 3. hiſt. 2. *Hæc*, ut ait Demoſthenes, *linguam avertunt, os obturant, ſpiritum intercludunt, ſilentium imponunt.*

Id.2. hiſt.44. *Pannonicæ legiones deceptæ magis, quàm victæ, reſurgere in ultionem properant: Prætorianus miles non virtute ſe, ſed proditione victum fremebat.*

Virg. Æn. verſ. 390. Nonnulli eadem ſuadent rationibus & Authoritatibus. Tritum illud Poëtæ innotuit;

—— Dolus an virtus, quis in hoſte requirat?

Imitatio eſt Homerici illius:

ἢ δόλῳ ἠὲ βίηφι.

& alibi:

ἢ δόλῳ ἐλθέμεναι, ἢ ἀνδράσιν ἶφι μάχεσθαι

Aut

Aut dolus, aut Virtus.—— Lucret. l. 5. p. 429. m.

Sic iterum Homerus: Odyſſ. 11. v. 119.

Κτείνης ἢ δόλῳ, ἢ ἀμφαδὸν ὀξεῖ χαλκῷ

ſive dolo, ſive dolore.

aut

ſive dolo, ſeu tu ferro manifeſtus acuto

funde hoſtem. ap. Eurip. in Ione.

Jon. Creuſam matrem ſibi tanquam privigno inſidias ſtruentem ulturus. Adde Muſonii locũ & Stob. ſerm. 2. p. 31. 47. ib.

Καθαρὸς ἅπας τοι, πολεμίους ὃς ἂν κτάνῃ.

Purus omnis eſt, hoſtes qui interfecerit.

Ἀντίγονος ἐρωτηθεὶς πῶς ἂν τις ἐπιθοῖτο τοῖς πολεμίοις, εἶπεν, ἢ δόλῳ, ἢ βίᾳ, ἢ ἀμφαδὸν, ἢ κρυφηδόν. Antigonus interrogatus, quomodo oporteret hoſtes aggredi? dixit: aut dolo aut vi: aut apertè, aut per inſidias. πολύβουλον. Stobæ. ſerm. 52. p. 354.

οἰκονομίας τρόποι καὶ δόλον ἐγκυμονοῦσαι μέθοδοι, πολλῷ γὰρ τῆς τῶν ὅπλων βίας ἀνυσιμώτεροι καθεστήκασιν ἐς τὰ πλεῖστα τῶν ἔργων, καὶ μάλιστα ὁπόσα θορύβους πλουτοῦσι πολέμων. Aſtus & dolus plerumque ſolet aperta vi longè efficacior eſſe, in bellicis præſertim tumultibus. Gregoras l. 10. p. 350. c. 9. ub. Exemp. quoq; ſubjiciuntur.

Spartani ad bellum accincti, *offerebant Marti taurum & vulpem*: his docebant belli Ducem non ſolùm fortem eſſe debere, ſed etiam aſtutum. Plut. Marcell. p. 311. a. Eraſ. l. 2. apoph. 20. D. priſcis Laced. inſtit. p. 76.

Scripſit Regum ſapientiſſimus:

Melior eſt ſapientia, quàm vires;

& vir prudens, quàm fortis. Sap. c. 6. v. 1.

Cum quo Poëta:

Bellandum eſt aſtu; levior laus in Duce dextra. Sil. Ital.

Comes ille Conſtantinopolitanus mente vegeta aſſerit: Vegetius l. 1. c. 9.

Eos optimorum ducum munere fungi, qui non caſu, ſed arte dimicant: qui non aperto Marte prælium, in quo commune verſatur periculum, ſed ex occulto ſemper attentant: ut integris ſuis, quantum poſſunt, ſuperiores evadant, dum hoſtes terrent, aut minimo ſanguinis diſpendio fallunt.

Cyri cum patre Colloquium in congerie præceptorum rei Imperatoriæ: *Cyro interroganti, quo pacto quis meliori, quàm hoſtes conditione eſſe poſſit: Reſp. Cambyſes: ſcire debes eum, qui precepturus hoc ſit, & inſidiatorem eſſe oportere & diſſimulatorem, & fraudulentum, & deceptorem, & furem, & raptorem, & quavis in re hoſti ſuperiorem: Ad hæc Cyrus, Deus, inquit, bone! qualem me eſſe virum pater eſſe debere dicis? Tum Cambyſes, qualis, inquit, ſi fueris, & juſtiſſimus ſis, & LL. obſervantiſſimus. At qui fit, ait Cyrus, ut nos pueri cum eſſemus & adoleſcentes, his contraria docueritis? Imò verò per Jovem, inquit, Cambyſes, nunc etiam: nimirum erga amicos & Cives. Verùm an neſcis, multa vos maleficia diſcere, ut hoſtes lædere poſſitis? &c.* apud Xenoph. l. 1. pæd.

Salluſtius *Ducis alicujus* meminit, *qui non elato aut ſecuro erat animo, metu gentis ad furta belli peridonea*: L. 1. hiſt. in fragm. p. 89. p.

 Ubi

Ubi idem videtur expreſſiſſe τὰ κλέμματα Thucydidis.

3. A.74. Plutarch. in Alex.683.d.

Apud Tacitum *Tacfarinas furandi bonus* deſcribitur: *Alexandrum hortati cum eſſent amici, ut aperto Marte Darium, ſed nocte aggrederetur*; celebratum hoc dictum extulit:

οὐ κλέπτω τὴν νίκην. Non furor Victoriam.

Sed tamen nec

L.11. c.6. m.

Alexandrum à ſtratagematibus abhorruiſſe, *cum paſſim ipſius ſcriptoribus, tum ex Juſtin. patet, ubi Darius hoſtis ejus reprehenditur quod fiducia virium, nil aſtu egerit, affirmans, ſuis occulta conſilia victoria furtiva non convenire.*

vid. l.1.§.2.ff. d.dol mal. l. 16.§.pen.ff.d. Min. l.5. in fin. de re.milit.

Alii reſp. ad diſſuadentium ſcita, eadem non de hoſte publico aut præliis loqui, ſed de privatis inimicitiis: aliud eſſe in bellis. Nam etiam *Romani* veteres quendam bonum *dolum dixerunt*, & pro *ſolertia* acceperunt.

Tac.l.11. Ann. c.19.

Ita Corbulo (inferiori Germaniæ præfectus) mittit, qui Gannaſcum (Chaucorum Ducem Germaniæ inferioris incurſatorem) *dolo aggrederentur. Nec irrita aut degeneres inſidiæ fuere adverſus transfugam & violatorem fidei*, i.e. non indignæ nomine Romano, aut ipſo Corbulone: quia nempe in transfugam & militiæ deſertorem.

Id.12. A.45.

Idem Tacitus de Romanis: *nihil tam ignarum barbaris, quàm machinamenta & aſtus oppugnationum. At nobis, ea pars militiæ maximè gnara eſt.*

Iudith. c 8.

Quid opus eſt verbis? *Juditha callidum conſilium, quô Holofernem obtruncavit, & Civitatem Bethuliam ab obſidione liberavit*, in S.Scriptura laudibus extollitur.

Auguſtin. Tom.4.f.258. D. & ex eo c. Dominus 23. q 2. & l.1.ff. d.dol mal.

Ipſeque ſacrorum Antiſtes defin:

Cum juſtum bellum ſuſcipitur, ut apertè pugnet quis aut ex inſidiis, nihil ad juſtitiam intereſt.

aliud Exempl. Iudic. c 20. v. 28. & ſeq. it. 2 Sam 5. v.23.

D. Auguſtini verba explicant Joſ. cap.8.v.2. & ſeq. ubi *Deus Joſuæ mandat, ex inſidiis occupare Haji oppidum*: Integer locus hic eſt:

Quod Deus jubet loquens ad Jeſum, ut conſtituat ſibi retrorſus inſidias, i.e. inſidiantes bellatores ad inſidiandum hoſtibus: hinc admonemur non injuſtè fieri ab his, qui juſtum bellum gerunt: ut nihil homo juſtus præcipuè cogitare debeat in his rebus, niſi ut juſtum bellum ſuſcipiat, cui bellare fas eſt. Non enim omnibus fas eſt. Cum autem juſtum bellum ſuſceperit, utrum apertâ pugnâ, utrum inſidiis vincat, nil ad juſtitiam intereſt. Hæc ille.

Tac.2. Ann. 88. Adde Clapm. Arc.l.3. c.7. Piccart. obſ. dec 10. c.2. & 10. Amirat.l.2 diſt.13. Prudent.l. ψυχομαχία.

Cum Germanus quidam non Germanus Arminii mortem afferret Romano Senatui per literas, ſi patrandæ nec venenum mitteretur, reſponſum eſt: Non fraude, neque occultis, ſed palàm & armatum popul. Romanum hoſtes ſuos ulciſci. Quâ Gloria æquabat ſe Tiberius priſcis Impp. qui venenum in Pyrrhum Regem vetuerant, prodiderantque.

Nil refert, armis contingat, doliſve.

Nul-

Nullo diſcrimine virtutis, an Doli, proſperi omnes laudantur bellorum eventus. Ammian. Marcell. l.17.

Aquilius Aſiatici belli reliquias confecit, mixtis (nefas!) *veneno fontibus, ob deditionem quarundam Urbium. Quæ res ut maturam, ita infamem fecit victoriam: quippe cum contra fas Deûm, moresq́ majorum medicaminibus impuris, in id tempus ſacroſancta Romana arma violaſſet.* L. Flor. l.2. fin.

Alexander Dario id exprobrat: *impia, inquit, bella ſuſcipitis, & cum habeatis arma, licitamini hoſtium capita, ſicut tu proxime talentis mille, tanti Exercitus Rex, perçuſſorem in me emere voluiſti:* ap. Curt. l. 4. poſt. init. Add Exempl. Perſei ap. Liv. l. 42. c. 18 p. l. 22. ff d. captiv. & poſtl. rev.

Sicut nihil intereſt, quomodo captivus reverſus ſit, utrum dimiſſus, an vi vel fallacia, poteſtatem hoſtium evaſerit;

Ita nihil refert, dolum vel vim in oppugnando hoſte adhibeas. Idq́ ſecundum Jus ratiocinationis gentium, cujusq́ etiam Barbaræ Reipubl. intereſt, ut hoſtium ſuorum Cives quocunq́ modo frangantur, minuantur, enerventur.

Coſtalius ad l. 5 ff. de I. & I.

Quinimò illi, qui calliditate adverſariorum ſuorum ſubacti ſunt, ipſius naturæ ductu intelligunt, ſe illis ſubeſſe debere, quos naturæ donis & artis præſidiis ad gubernandum conformatos, & quodammodo divinitus evectos cognoſcunt.

Hæc ad pugnam: *Poſt pugnam, aut Victoria eſt, aut Clades: In illa* tria præcipienda: Ut victoriam cautè habeas, quia *inter obſequia fortunæ non ſatis tuta mortalium eſt.* Curt. 8. c. 4. f. Tac. in Agr. c. 31. f. 462. A.

Felicitas in ſocordiam vertit.

Ab ſecundis rebus magis etiam ſolito ſumus incauti. Liv. 5 c. 44. fin.

Rebus ſolutis omnia ſoluta. Id 6. c. 3. in.

In ſecundis rebus ſegniter, otiosè omnia geruntur. Id. 23. c. 14 pr.

Aliter tamen Hannibal, qui

non minus in ſecundis adverſa, quàm in adverſis ſecunda cogitabat. Juſtin. l. 31. c. 1. pr conf. Tac. 2. hiſt. 42.

vid. tamen *Sueton.* in Cæſ. c. 60.

Leniter etiam: *nullum enim Sævitiæ genus omittit ira & victoria.* Veget. l. 3. c. 25

Tac in Agric. c 16.

Arma non ſervant modum, Sen. in Herc. fur.

Nec temperari facile, nec reprimi poteſt

ſtricti Enſis ira. Niceph. Greg. l. 6 c. 15 in fin.

In pugna quidem & acie egeris quicquid, excuſationem habet, cum ratio oppreſſa jam, & manus velut ebria, mente non regantur. Verùm periculis jam propulſatis, & animorum æſtu ſedato, ac tranquillitate menti reſtituta ſævire, & ab officio recedere, improbi animi eſt argumentum.

Victoria naturâ & inſolens & ſuperba eſt, ut etiam ſi ad meliores veniat, tamen eos ipſos ferociores, impotentioresq́ reddat. Cic pro M. Marcello.

Pe-

Dio Halic. l. 8. *Vehemens eſt neceſſitas & extremum periculum ſatis eſt ad videndam audaciam, ſi cui non eſt innata.*

Salluſt. Iug. Tac. 2. hiſt. 44 *Neceſſitudo etiam timidos fortes facit. Prætorii milites extrema deſperatione ad iram ſæpius, quàm in formidinem ſtimulabantur.*

Id 4. A. 51. *Extrema* (i. e. deſperata) *ſalus addit animos.*

Senec. in Troade. Hæc cauſa multos una ab interitu arcuit,

Credi periiſſe. ——

1. p 55. c. Agris parcendum: Addit hanc cauſam Thucyd:

v. Alb. Gentil. l. 2. d. jure bell. c. 23. v. Deut. 20. v. 19. Μᾶλλον ἂν ἔοικεν οἱ πολέμιοι, ϗ γῆν ἔτι ἄτμητον ἔχοντες, ϗ περὶ παρόντων ἀγαθῶν, ϗ ὅπω ἐφθαρμένων βουλευόμενοι.

Hoſtes minus gravatè cedent, dum terram adhuc intactam habent, dum de præſentibus, nec dum afflictis bonis deliberant.

Liv. l. 5. c 42. *Gallis Romam occupantibus placuit oſtentari quædam incendia terroris cauſâ, ſi compelli ad deditionem caritate ſedium ſuarum obſeſſi poſſent: & non omnia concremari tecta, ut quodcunque ſupereſſet urbis, id, pignus* (ὅμηρ© Thucydidi eſt,) *ad flectendos hoſtium animos haberent.*

Plut. Ageſil. 603 B. *Ageſilaus rogatus, ut impediret, ne hoſtes ſementem facere valerent; contrà ait, ſe facturum. Impenſius enim formidaturos illos bellum, ſi conſitum agrum in æſtatem haberent, quod evenit. Nam mota iterum in eos expeditione fecerunt pacem.*

Curt. l. 4. c. 14. m. f. 137. Alexander de Dario propriam Terram vaſtante ſic inquit: *Nullum deſperationis illorum* (Perſarum) *majus indicium eſſe, quàm quod urbes, quod agros ſuos urerent: quicquid non corrupiſſent, hoſtium eſſe confeſſ.*

In Flamin. p. 371. c. d. Add. Liv. l. 32. c. 33. f Huc pertinet Exemplum Philippi (Macedonis) & Flaminii apud Plutarch.

Et Alexandri, *qui milites à populatione Aſiæ prohibuit, parcendum ſuis rebus præfatus, nec perdenda ea, quæ poſſeſſuri venerint.*

Iuſtin l. 11. c 6 pr.

Sall. Catil. f. 5. m. c. 11. f. Et modeſtè Victoria habenda. Nam *ſecundæ res ſapientium animos fatigant.*

Humani animi rerum ſucceſſibus certiſſimè explorantur, quibus amentes tantum inſoleſcunt, quantâ prudentes laude moderationis cumulant.

Niceph Greg. l 6. c. 15.

Valer. Max. l. 9. c. 5. f. *Felicitatis & moderationis dividuum contubernium eſt.*

Φύσει πᾶν τὸ νικῶν ἄπληστον τῆς εὐπραγίας ἐςι, ϗ μηδένα ὅρον τῆς πλεονεξίας ποιεῖται.

Dio Caſſius l. 35. (p. 16.) Naturâ omnis victor inexſatiabili rerum ſecundarum deſiderio effertur, neque finem ullum cupiditati ſtatuit.

Liv. 2. c. 56. *Ferocem Letorium faciebat belli gloria ingens.* Iuſtin. 9. c. 4. pr. *Phil. Macedo, ſuperatis Athenienſibus ac Thebanis, hujus victoriæ callidè diſſimulavit lætitiam: non ſolita ſacra illo die fecit, non*

Digitized by Google

non in convivio riſit, non ludos inter epulas adhibuit, non coronas aut unguenta ſumſit: & quantum in illo fuit, ita vicit, ut victorem nemo ſentiret: atq; ita inter tacitam lætitiam & dolorem hoſtium temperavit, ut neq; apud ſuos exultaſſe, neq; apud victos inſultaſſe videretur. vid. Gruter. diſc in Tac. part 2. p.120

Sic *Carolus V.* recuperatâ Româ!

Alioquin haud ignotum illud Ariſtot.

οὐ παντὸς ἀνδρὸς φέρειν τὴν εὐτυχίαν.

Haud facile eſt æqua commoda mente pati. Ovid.2.d. art am.

Thebani *ſecundam fortunam imbecillo animo ferebant.*

Nam Caſus incerti, & ſæpè victor victus. Iuſt l.8 c 1.pr

Cum Romani (Byzantini) *victoriâ contra Bulgaros inſolentiſſimè uterentur, ab iiſdem poſtea in ſummas anguſtias redactos fuiſſe. Nec de libertate & redimendis captivis legatos mittere audebant, cum ita ſe geſſiſſent, ut nulla venia ſpes relinqueretur. Nam & Bulgarorum agros confidenter deriſerant, & per ignominiam dimiſerant, & agros cum ſegetibus incenderant, & habitatores caſtrorum malè tractarant.* vid. Piccart. dec 10 c.7. Gregoras l.10 c.5 p.343.c.d.

Licet felicitas aſpirare videatur,
tamen ad ultimum temeritati non ſufficit.
Præterea breves & mutabiles vices rerum
ſunt: & fortuna nunquam ſimpliciter indulget. Darius apud Curt.l.4.c.14.

Romanæ conſtantia mos erat, in adverſis vultum ſecundæ fortunæ gerere; moderari animos in ſecundis. Liv.42 c.62.f.

Is demum vir erit, cujus animum nec proſpera fortuna flatu ſuo efferet, nec adverſa infringet. Id.l.45 c.8.f.

Hannibal ad proſpicienda, cavendaq; pericula peritus: nec minus in ſecundis adverſa, quàm in adverſis ſecunda cogitans. Iuſt.31.c.2.pr.

Scipio Africanus Antiocho victo & pacem petenti dixit: *neq; Romanis, ſi vincantur, animos minui: neq; ſi vincant, ſecundis rebus inſoleſcere. Pyrrho victore, mox victo. Sicut ante, ſecunda fortuna, rebus ſupra vota fluentibus Italiæ, Siciliaq; Imperium, & tot de Romanis victorias ei adſtruxerat: ita nunc adverſa, velut in oſtentationem fragilitatis humanæ, deſtruens quæ tumulaverat, Sicilienſi ruinæ naufragium maris, & fœdam adverſus Romanos pugnam, turpemq; ab Italia diſceſſum adjunxit.* Iuſtin.l.23.c.3. fin.

Ῥοαὶ δ' ἄλλοτε ἄλλαι
εὐθυμιῶν τε μετὰ καὶ πόνων
ἐς ἄνδρας ἔβαν. Pindar.

Fluctus alii aliâs
Gaudiorum atque laborum
In homines veniunt.

—— ἄταρ Θεὸς ἄλλο τ' ἐπ' ἄλλῳ
Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ. Homer l 4. Odyſſ.v.236.

Manlius. —— Aliâs Deus illi aliique
Nunc bona, nunc mala dat.
—— *Tanta eſt rerum diſcordia in ævo*
Et ſubtexta bonis mala ſunt, lachrymaq; ſequuntur
Vota nec in cunctis ſervat fortuna tenorem.

In Clade duo admonenda: ut prudenter eam, & fortiter feras.

Iuſtin. l. 14. a. pr. Prudenter hoc ſenſu: ut noris cladem ſeriò & appendas: *Eumenes periculum ſuum ultrò militibus indicavit, ne fama aut rem in majus attolleret; aut militum animos novitate terreret.*

Tac. 1. A. 24. Sed *Tiberius abſtruſus, & triſtiſſima quaq; maximè occultans.*

Id. 2. hiſt. 97. *Diſſimulanti neceſſitatem Vitellio,*
Segniter legati, Provinciaq; ſubveniunt.

Id. 4. A. 74. *Cladem in Germania acceptam ac damna*
diſſimulat Tiberius, ne cui bellum permitteret.

Id. 4. hiſt. 18. *Flaccus Hordeonius primò Civilis conatus per diſſimulationem aluit.*

Id. 1. hiſt. 8. *Galba ne diſſimulata ſeditio in majus crederetur, ultro aſſeverat, quaſdam legiones defeciſſe, at brevi in officio fore.*

Mart. 3. Epigr. 42. *Quod tegitur, majus creditur eſſe malum.*

Liv. l. 23. c. 4. f. Sicut contra *auxit rerum ſuarum, ſuiq; contemptum Coſ.* (Varro) *nimis detegendo cladem, nudandoq;.*

Cæſar l. 2 B. Civ. c. 31. Et *uti corporis vulnera, ita exercitus incommoda ſunt tegenda, ne ſpem adverſariis augeamus.*

apud Thucyd. l. 7. p. 493. c. Nicias in Epiſtola, quâ cladem in Sicilia acceptam nunciat: *His ego gratiora, jucundioraq; alia ad vos perſcribere potuiſſem, verùm nequaquam utiliora. Ut enim de ſingulis rectè conſultetis, omnia perſpicuè doceri oportet.*

Æſchyl. Prometh. v. 671. —— νοσῦσι τι γλυκὺ,
Τὸ λοιπὸν ἄλγος προὐξεπίστασθαι τορῶς.
Laborantibus eſt voluptas quædam.
Planè cognoſcere reliquum malum.

Si exigua damna, iis obtinendum:

Suet. Cæſ. c. 66. *Cæſar milites ſuos famâ hoſtilium copiarum perterritos, non negando, minuendove, ſed inſuper amplificando, ementiendoq; confirmabat.*

Add. Frontin. l. 2. Strateg. c. 7. Si grandiora, meliora ſperanda:

Tac. in Agr. c. 29. *Britanni nihil fracti pugna prioris eventu &c.*

Lipſio heîc eund. Tac. 2. hiſt. citanti fuit in animo adverſa pugna Othonianorum ibi deſcripta, poſtquàm tale quid ad Othonem extimulandum inquiunt ejus milites cap. 46.

Sed locus αὐτολεξεὶ extat in Agric. c. 15.

Non-

Nonne *Mars Communis pars belli?* Liv. 28. c. 41.

Viciſſatim volvi victoriam dixit

Nævius l. 4. d. B. Punico (in ejus frag.)

——— *multos alterna reviſens* Virg. l. 11. Æn. v. 426.

Luſit, & inſoluto rurſus Fortuna locavit.

Cum quo Poëta alter:

——— *Fabius deforme docebat* Silius d. Q. Fab. Max. l. 11.

Cladibus iraſci, vulgumq; arcebat ab ira.

Adverſis etenim frangi non eſſe virorum,

Qui Martem inſcribunt genti non poſſe dolores

Condere, & ex pœna ſolatia poſcere luctus.

Καὶ φαύλη τὶς αἰτία πολλάκις, Nicetas Ann. l. 5. p. 189 f.

παρεμπεσοῦσα, πολλῶν πραγμάτων

ὠδίνησε μεταβολὰς, καὶ συμφορὰς ἀπέτεκεν,

ὑπερόγκες. Sæpè ex levi cauſa magnæ mutationes & ingentes calamitates ſunt ortæ.

Clades etiam fortiter ferenda.

Quum magna ſit dubio procul virtutis, benè rem gerere, ubi cœperis, læto fine quod inſtitueris terminare: majus tamen & magis arduum eſt, poſtquam tua prima conſilia infeliciter ceſſerint, conſiſtere te poſſe mente, & eorum, quibus favet fortuna; animadvertere inopiam Judicii, & ex eorum peccatis bene gerenda rei captare. Sæpè enim eſt cernere eos, qui ſuperiores jam clam videbantur evaſiſſe, mox univerſo prælio eſſe victos: alios contra, qui per initia offenderant, poſtmodum mutata rerum facie, ſummæ rei victoriam ſuâ ſolertia, præter opinionem omnium eſſe conſecutos. Polyb. l. 11. p. 633. d.

Imperat. Severus admirabilis erat, cum ob alias virtutes, tum quod in eo eſſet ἅμα τῷ θαρραλέῳ τῷ εὐέλπιδι, in rebus aggrediendis bonam ſpem ſibi proponens audacia. Herodian. l. 2. p 55. pr.

Contra fortunam inſurgendum, & vires reparandæ: Sic *Agricola promtior in ſpem & firmus adverſis.* Tac. Agr. c 35.

Cujusmodi εὐελπιστία non immeritò in magnis viris commendatur: *eſt enim magnæ indolis, ſperare ſemper.* Flor. l. 4. c. 8.

Clamat alius: *navigare etiam magnum gubernatorem, ſciſſo velo, & reliquias remigii* (i.e. ναυάγια πολιτεύειν) *ad curſum ſuum aptare, & tentari maria naufragiis ipſis.*

Semper contra fortunam luctata virtus, etiam citra effectum propoſiti operis, enituit. Senec. 7. d benef c 14. f. Add ib. c. 13 f.

Obſervatum hoc ab Agricola, commendat Tacitus: *Caſtella aut opida, adverſus moras obſidionis, annuis copiis* i.e. commeatu *firmentur.* in Agr. c. 22. f. 459. B.

Digitized by Google

Flor l.3. c.5. poſt.med.

Ad ſummam (bona modò cauſa tua ſit) inſtar Mithridatis, à Romanis debellati, *omnia experire : more anguium, qui obtrito capite, poſtremum caudâ minantur.*

Per decus mori melius, quàm per dedecus vivere:

Honeſta mors turpi vitâ potior.

Tac. Agr. c.33.

Curt. l.3. f.57. p.c 8.

Velut Cicero : *Turpis fuga Mortis, omni eſt morte pejor.* *Alexandro M.* adverſus Darium pugnaturo, & de eventu prælii ſollicito, *occurrebant majora periculis præmia: & ſicut dubium eſſet, an vinceret, ita illud utiq; certum eſſe, honeſtè & cum magna laude moriturum.*

ap. Liv. l.25.c. 16.

Sic Gracchus *cum ſuis circumventus hoſtili fraude, ut mortem evadere poſſet,* ſuos hortatur, *ut, quod unum reliquum Fortuna fecerit, id honeſtent virtute. Id referre, utrum præſenti tempore, pecorum more multi trucidentur, an toto animo in impetum atq; iram verſo agentes, audentesq;, perfuſi hoſtium cruore, inter expirantium inimicorum armaq; & corpora cadant.*

vid. Exempl. ap. Tac. l. Ann 70. Iſoct. in Paneg.

Mortem honeſtam exitio inglorioſo præferendam eſſe.

Τῶν ἀνδρῶν τοῖς καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς αἱρετώτερον
ἐστι καλῶς ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν αἰσχρῶς.

Pericles in Orat. funebr. ap. Thucyd. l. 2 p.129 a & Stobæ. ſerm.7. p.88. f.

Ἀλγεινοτέρα ἀνδρὶ φρόνημα ἔχοντι ἡ ἐν τῷ
μετὰ τοῦ μαλακισθῆναι κάκωσις, ἢ ὁ μετὰ
ῥώμης καὶ κοινῆς ἐλπίδος ἅμα γιγνόμενος
ἀναίσθητος θάνατος. Acerbior eſt viro cordato cum ignavia conjuncta ignominia, quàm ſenſu carens mors cum fortitudine & ſpe publica juncta.

Deniq; Prudentia Militaris ſpectat Bellum Externum Finiendum, ubi ad pacem invitantur victi, & victores; utrique enim parti expedit. Plut. refert,

Athenienſes cum induciis in bello Peloponneſiaco factis, pacis dulcedinem reguſtaſſent, cupidè audiviſſe choros canentes : κεῖσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχναις; quieſcat haſta, aranei telis revincta.

in Nicia p.528. & ſeqq.

Libenter etiam hujus dicti meminiſſe:

In pace ſopitos non tubis, ſed gallorum gallinaceorum cantibus excitari.

Tacit. in Germ. c.40. f. 449. R.

Neque victo arma excutienda, quia hæc directa ad pacem via, metusq; faciendus hoſti. *Longobardos paucitas nobilitat, quod plurimis & valentiſſimis nationibus cincti, non per obſequium, ſed præliis, & periclitando tuti ſunt.*

Τὸ ἀντίπαλον δέος μόνον πιστὸν ἐς ξυμμαχίαν.

Thucyd l.3. p.179, in conc. Mityl.

Ger-

Mutui metus æqualitas ſocietatem ſola facit fidelem, firmamque conſervat.

Germania A ſarmatis, Daciſq; mutuo metu ſeparatur.
Tac Germ. c. 1.

Rurſum Thucyd: ὡς ὅς τὸς ἀσυγείτονας πᾶσι, Τὸ ἀντίπαλον, κ̀ ἐλεύθερον καθίςαται. l. 4. p. 313. c.

Omnes qui cum finitimis paribus congredi ſolent armis: eo ipſo libertatem ſuam conſervant atque tuentur.

Vel, ut Porta vertit: Ita demum cujusque civitatis libertas firmè retinetur, ſi adſit potentia, quæ finitimis populis reſiſtere valeat.

Ingeminandus ille pentam: Ovid:

Et mihi ſunt vires, & mea tela nocent. vid. Eraſ. adag. p. 128 qui paratus ad reſiſtendum.

Vel alterius Poëtæ:

Et nobis etiam ſunt fortia pectora bello,
Et nobis nummos qualibet arca dabit.

Vetusque verbum: *ſub clypeo melius ſuccedere pacis negocium.*

Exemplum Hiſpani v. ap. Meurs. Lazarus von Schwendi in ſeinem Griechiſchen Diſc. Je mehr man eines Friedens begehrt / je beſſer man ſich zum Krieg ſoll gefaſt machen / weil man dem nicht gern den Frieden verſagt / den man zum Frieden gefaſſt ſiehet: und behält immer ein Schwerdt das ander in der Scheyden. rer. belg. l. 5. p. 264. p.

Annibal ſi integer, quàm ſi victus peteret pacem, æquiorem impetrare poſſe ratus. Liv. l. 30. c. 29.

Sanctiores, tutioresq; ſunt hoſtibus ſuis, qui in fidem cum armis veniunt.
Sen. de tranq. Anim. c. 3.

—— *arma tenenti*
Lucan. l. 1. verſ. 348.
Omnia dat, qui juſta negat. ——

Videant vos paratos ad vim, jus ipſi remittent. Sin ut victis ſervitium indiceretur, eſſe ſibi ferrum, & juventutem & promptum libertati aut ad mortem animum. Liv. 6. c. 18. m. Tac. 4. A. 46.

Si Lacedæmonii *quamvis ad pacem cum Athenienſibus ineundam, omnia conſilia referrent, tamen nunciis circa ſingulas Civitates miſſis eas, uti caſtellum in Attica communituri, convocant, ut ſc. hoc armorum, belliq; apparatu territos Athenienſes faciliores ad paciſcendum redderent.* ap. Thucyd. l. 5. p. 354. c.

Duo autem in pace ſpectanda, ut honeſta ſit: Liv. l. 38. c. 8. pr.

Ætoli ſuos legatos curare jubent; ut pax, ſi poſſet, æquis: ſi minus, tolerandis conditionibus peteretur.

Certa, & ſi non ſpecioſa pax, quàm incerta belli, præoptanda. Id. 39. c. 55. m.

Piccartum audi, contrarium docentem
Et ut ſimplex ſit, veraque pax:
Decad. 13. c. 8. obſ.

Digitized by Google

Cic. 1. offic. f. 355. 32.

Paci, quæ nihil habitura ſit inſidiarum, ſemper eſt conſulendum.

Potior eſt periculoſa libertas, quieto ſervitio.

Salluſt. in or. Lepid. f. p. 86. p.

Hæc duo tamen plenè haud ſemper impetranda: niſi fortè initio belli.

At rebus inclinatis, magis eſt, ut te inclines neceſſitate cogente: **Dubia** enim *ſunt vires inexpertæ.*

Senec. de conſt. ſap. c. 3.

Thucyd. l 5. p. 404. & inde Stobæ. ſerm. 52 p 362. Add. Virdung. in Agr. Tac. p. 193. Id. Thucyd. l. 4. p. 265. b.

Nec inutile ſine conditione etiam dare ſe hoſti: ſpes equidem, *quæ in periculis ſolatium præbet, ſi cæteris bonis adjungatur, etiamſi fallat, non tamen evertit. Qui verò in ſpe omnes res fortunasq; ſuas defixas habent*, (natura enim ita comparata eſt, ut nihil non polliceatur) *ii non prius, quàm fefellerit, agnoſcunt. atq; etiam dum quis agnitam cavere conatur, non abſcedit.*

πεφύκασι τοῖς μὲν ἑκουσίως ἐνδοῦσιν ἀνθησσᾶσθαι μεθ' ἡδονῆς. πρὸς δὲ τὰ ὑπεραυχοῦντα καὶ παρὰ γνώμην διακινδυνεύειν. Ea eſt natura mortalium, ut iis, qui ſponte ſua aliquid remittunt, jucundè & ſine dolore ſuccumbant: adverſus elatos autem, ſuperbosque etiam opinione majora pericula ingrediantur.

ap Curt. l. 4. c. 11.

Si is tamen generoſus; hinc Alex. ad Legatos Darii: *non adverſus calamitates, ſed adverſus vires hoſtium contendere ſoleo: armatus ſit oportet, quem oderim.*

Thucyd. l. 4. p. 265. in orat. Lacedæm. ad Athenienſes.

Et quamvis Victori vela tumeant ſecundo vento, capeſſat tamen hunc tranquillitatis portum, utpot. eidem decorum. *Cenſemus maximas inimicitias conſtantiſſimè finiri, non ſi quis injurias ultus, belloq; ſuperior factus, neceſſitatem coëundi, iniquisq; pacem conditionibus faciendi, adverſæ parti imponit: ſed ſi aliquis cum idipſum facere licuiſſet, ex æquo tamen, virtute quoq;, ac facilitate ſuperior, moderatè, leniterq;, præter expectationem alterius, pacem facit. Tunc enim adverſarius non injuriam illatam reddere, ſed beneficium compenſare tenetur. Unde etiam verecundiâ adductus pacta libentius & ſtudio majore obſervat. Atque hoc ipſum diligentius homines adverſus graviores hoſtes facere ſolent, quàm erga minores, minusq; terribiles. Ea enim eſt natura mortalium, ut iis, qui ſponte ſua aliquid remittunt, jucundè & ſine dolore ſuccumbant: adverſus elatos autem, ſuperbosq; opinione majora pericula ingrediantur.*

Liv. l. 42. c. 62. m.

Neq; finitur bellum magnificentius, quàm à memorabili pugna, (& victoria) *neq; ſpes pacis firmior datur, quàm quæ perculſos prælio, hoſtes meliores facit ad paciſcendum.* vid. & præcedentia ibid.

Utile etiam, ut bello & moleſtiis defungare:

Nam ferè —— *clauſos acuunt extrema pericli.*

Silius 1. verſ 558.

Et fractis rebus violentior ultima virtus.

Flor. 2. c. 15.

Sic *plus negotii fuit cum ſemidiruta Carthagine, quàm integrâ.*

Ad-

Digitized by Google

Adde, quod *fortuna belli artem victos quoq; docet.* Curt 7 c.7. in or. Alex.

> *Mithridatem Ponti Regem ſummi Impp. Sylla, Lucullus, cæteriq; in ſumma Cn. Pompejus, ita vicerunt, ut major, clarior in reſtaurando bello reſurgeret, damnisq; ſuis terribilior redderetur.*
>
> Iuſtin.37. c.1. fin.

> *Acriore diſciplina victi, quàm victores agunt. Hos ira, odium, ultionis cupiditas ad virtutem accendit: illi per faſtidiam & contumaciam hebeſcunt.* Tac.2.hiſt 77.

Horatius de Romanis hæc habet: 4.Carm.od.4. verſ.53.

> *Gens, quæ cremato fortis ab Ilio*
> *Jactabat Tuſcis æquoribus ſacra,*
> *Natosq;, maturosq; patres*
> *Pertulit Auſonias ad Urbes.*
>
> *Duris ut illex, tonſa bipennibus*
> *Nigra feraci, frondis in algido*
> *Per damna, per cædes, ab ipſo*
> *Ducit opes, animumq; ferro.*

Tacitus de Judæis, *urbem in pace munientibus, à Pompejo expugnatis metus atq; uſus pleraq; monſtravere.* 5.hiſt.12.

Sic Lycurgus Rhetra (LL. enim ſuas ita app.q. à Deo ſancitas & oracula) vetuit eosdem hoſtes ſæpius impugnare, ne repugnare *aſſuefacti, ipſi quoq; bellicoſi evaderent.* Plut.in Lyc.p. 47.d & in Pelopid.p.285.d. & in Ageſil. 610.D,E.

Subjicit Plutarch. hæc: *qua in re reprehenderunt inprimis poſtea Ageſilaum, quod excurſionibus crebris & expeditionibus in Bœotiam, pares bellandi peritiâ Lacedæmoniis reddidiſſet Thebanos.*

Unde cum Samium Antalcidas vidiſſet: præclaram, inquit, refers à Thebanis mercedem, qui invitos & imperitos dimicare docuiſti.

Unde Cæſar dicit: *quod Helvetii ea de cauſa reliquos Gallos virtute ſuperent, quia ferè quotidianis prœliis cum Germanis contendunt; cum aut ſuis finibus eos prohibent, aut ipſi in eorum finibus bellum gerunt.* 1.d.B.Gall.c.1.

Germani *longâ adverſus Romanos militiâ inſueverant ſequi ſigna, ſubſidiis firmari dicta Impp. accipere.* Tac.2.An.47.

Aquileienſes *à Maximino obſeſſi, magis magisq; indies virium atq; animorum implebantur, & aſſiduitate pugnandi, peritiam pariter audaciamq; conſecuti.* (τῇ συνεχείᾳ τῆς μάχης, πεῖραν, καὶ θάρσος ὁμοῦ προσλαμβάνοντες) *ſic deſpiciebant milites, ut etiam jocarentur in eos & cavillarentur.* Herod. l. 8. p. 174. f.

Tandem tutum, *quia Fortuna incerta, quæ in extremo ſæpè pungit; non ergo irritanda.* Tac.4.hiſt.17.

> *Dii fortioribus adſunt.*

Ni-

ap Thucyd. l. 7. p.529. b. Nicias ad ſuos milites: *Μνήσθητε τῶν ἐν τοῖς πολέμοις παραλόγων.* Reputate vices, caſusque incertos bellorum.

Liv.30.c.30. *Ne quanto altius elati, hoc fœdius corruant.*

Je höher Berg / je tieffer Thal.

Id.l.37.c.35.m Curt.l.4.c.14. ſub fin. *Memores rerum humanarum, & noſtra fortuna moderemur, & alienam ne urgeamus.*

Fragilitatis humana nimia in proſperis rebus oblivio eſt.

vid. Gruter. diſc 1. in Tac. circ. fin. & Tac. l.12. Ann. p.197. nec non Piccart. Dec 4 c.8.

Gregoras l.10. c.5.p.345.b. *Εἷς ἐνιαυτὸς τέσσαρας ὥρας φέρει, καὶ μία καιροῦ ῥοπὴ πολλὰς πραγμάτων μεταβολάς.* Unius anni quatuor ſunt tempora, & paulo momento maximæ incidunt rerum mutationes.

Liv.l.3.c.27.f. *Quid quaq; nox aut dies ferat, incertum eſt. Puncto ſæpe temporis maximarum rerum momenta vertuntur.*

Id. l.31. c.31.f. Pax etiam tolerabilis eſto; imò benigna:

Periculum eſt, ne nimis facilè victis ignoſcendo, plures ob id ipſum ad experiendum adverſus nos fortunam belli incidemus.

Iuſtin. 31. f. *Captas Aſia civitates inter ſocios diviſere Romani; aptiorem gloriam, quam poſſeſſiones voluptarias judicantes.*

Nam mala, infirma: *Imp. Auguſtus niſus eſt omni modo, nè quem novi ſtatus pœniteret.*

Suet Aug. c.28. f.

Veriloquium eſt: *infelix bellum ignominioſa paci praferendum eſt.*

Liv.l 4.c.1.m.

Bodin. ad locum Liv.l 8.c. 21 l.5. de Rep. c.6. p.580. Add. AntiMachiav. p.278. & ſeq. Valer. Max. l.5. c.2. ex Rom.1. At bona, conſtantiſſima: *Conditiones pacis, quantum fieri poterit, æquiſſimas eſſe oportet. Nihil enim verius, quàm quod à Plautio Conſule Romano in Senatu dictum eſt: Neminem populum diutius ea conditione eſſe poſſe, cujus eum pœniteat. Quærebatur à Legato Privernatum, quâ pœnâ ſuos Cives dignos arbitraretur? eâ, inquit, quâ qui liberi eſſe debeant. Tum Conſul: quid ſi vobis ignoſcatur, pacem ne fidam habituri ſumus? hîc legatus: ſi bonam dederitis, & fidam & perpetuam; ſi malam: haud diuturnam. Hæc Legati vox junioribus nimis arrogans videbatur, ſenioribus non item: quippe vicinos urbi populos, qui pro libertate tantum dimicarint, Romanâ Civitate dignos judicabant: alioqui nec in fide retineri, nec in amicitia poſſe. Atq; in eam ſententiam Senatus Conſultum factum eſt, deinde latum ad populum de Civitate Privernatibus tribuendâ, tametſi antea cum Latinis Civitatibus adverſus Romanos conjuraverant, ac victi deditionem fecerant.*

Plut. in Ageſil. 611.c. Epaminondas conſuluit, *ut Græci pacem æquabilitate & jure componerent: ita demum fore eam conſtantem, ſi pares omnes eſſent.*

Ro-

Romani Antiocho victo has Pacis LL. dixerunt: Juſtin 31. c 7. fin.

Ut Aſiam Romanis cederet; contentus Syria regno ceſſit; naves univerſas, captivos & transfugas traderet, ſumptumq́ omnem belli reſtitueret Romanis. Quæ cum nuntiata Antiocho eſſent, nondum ita victum eſſe ſe, reſpondit, ut ſpoliari ſe regno pateretur, belliq́ ea irritamenta, non pacis blandimenta eſſe.

Sed *Exempla* AUSTRIACORUM PP. *Bellicoſorum* & *Victorioſorum* pro inſtituto *hîc* quoq; *addamus*:

RUD. I. Germaniæ Camillus, ideoq; *Victorioſus*, jure meritiſſimo cognominatus eſt: Marchionem Badenſem, & Würtenbergicum Comitem, atque Ottocarum Bohemum Rebellem compeſcuit, ſuperbiam hujus diſſoluto tabernaculo riſui propinavit. Burgundiam Imperio adjecit. Erfurdenſem ſeditionem compoſuit. Tilonem, qui ſe pro Friderico II. venditabat, combuſſit. Italiam tamen adire noluit, dictitans, veſtigia Italiam adeuntium videre ſe, non cernere redeuntium. *Joh. Lat. Comp. hiſt. univerſ. Period. Germ. c. 19. ſect. 1.*

Victoriam Triumphus ſequitur;
Victorioſum Patrem Triumphator Filius
RUDOLPHUM ALBERTUS.

Ut cum honore triumphos adiret, laborem victoriis dedicavit.

I. R. G. pag. 181.

Pontificem ut confirmationem obtineret, de Luſit. Epiſcop. Moguntinum, Trevirenſem, & alios coërcuit. Rud. F. Bohemis obtruſit. A Marchionibus Thuringiæ, quos Ducatu excutere voluit, magna clade victus; à Patruele verò Joanne, cujus bona diutius tutori nomine detinebat, adjunctis aliis occiſus, non impune ferentibus. Walther qui unus ſuperfuerat, conſcientiâ preſſus, poſtquam 35. annis opilionem egiſſet, ultrò ſeſe ad pœnam obtulit.

Lætus d. tr. r. 21. ſect. 1.

Primum FRIDERICUS idem PULCHER, idem FORTIS prodigium fuit;

Amorum æquè ac armorum fœcundus:

Idem ad ſui amores illicium, idem ad ſui timores fulmen. Cui meritò fulminis lucentis & ferientis adſcribas lemma:

Blanditur & urit.

I R. G. pag. 197.

Idem cum Ludovico Bavaro Imp. quinquies juſtis præliis dimicavit. Auſtriaci quoq; accerſitis Bohemis, in nova civitate Frid. Cæſarem ex Italia redeuntem obſederunt, eò tamen demum redacti ſunt, ut victores ex victo pacem peterent, atque in eam rem auri 6000. nummum quotannis penderent. *Exner. d. tr. l. 9. c. 12. E. 1.*

Itinere ſacro ſive expeditione primum à Georgianis ac Armeniis contra ἀσπόνδους Chriſtiani nominis hoſtes ſuſceptâ, quas expeditiones vocant Paſſagia, itinera ſacra, bella ſacra, expeditiones cruciatas, à cruce, quam in veſtimentis gerebant Chriſtiani milites, it. viam Domini, vid.

Bœcl. MSC. Turc. & diſſert. d. paſſag. p. 17.

Appellantur Germanicè in Receſſibus paſſim, Chriſtliche Expedit. und Heerzüg wider unſers Heil. Chriſtlichen Namens und Glaubens Erb-Feind den Türcken &c.

Dein Chriſtianos Reges Hieroſolymitanos VIII. Turcas quoq; terra ſanctâ expellentes, excepit Conradus III. & Ludov. Rex Galliæ an. 1246. Itemque paſſagium Frid. Barbaroſſæ, quô Hieroſolyma ereptum ivit Turcis, Clemente III. ad id incitante; quodq; Frid. B. optavit, ut ſuos dies in opera bellica clauderet contra Turcas, id ei contigit. Fridericus II. Alb. III. itidem ſuſcepit expeditionem contra vaferrimum Chriſtiani nominis hoſtem, atque anno Seculi XIII. 18. hoſtibus Hieroſolyma rurſum è manibus eripuit.

Si Fata ALB. II. Imper. longiore vita donaſſent, bellicoſorum Principum extitiſſet decus excellentiſſimum. Caſimirum Polonum è Bohemia amovit, factiones Bohemicas attrivit, Moraviam 400. pagis exuſtis ſibi ſubjecit. Maximis copiis inſtructus, Hungariam ingreſſus eſt adverſus Turcam Amurathem, qui tum invaſerat Hungariam per incurſionem: veniente autem Alb. Cæſare, retrò fugit, nec manus cum bellicoſo Imp. conſeruit: quocunq; iret Albertus, ſemper fuit gladio cinctus, & illum nunquam à latere depoſuit.

Bonfin. dec. 3. l. 4. Cromerus lib. 21. Exner. d. tr. l. 2. c. 1. n. 7.

FRID. III. Al. IV. Fratre ob hæredit. ab Ulrico Ciliæ Comite ob tutelam Ladislai poſthumi vexatus eſt. Italis titulis delinitis Longobardorum Rex coronatus; Bohemicum acceptare renuit. Ungaricum adverſus Matthiam Hunniadem, etſi acceptaſſet, attamen ad interceſſiones PPum ſolvente Matthia pro Corona 80000. aureorum remiſit. Cum Carolo Burgundo pacem fecit. Idem rei Chriſtianæ contra Turcas ſatagere planè inſtitit, Imp. Imperii Majeſtate digniſſimus in hac re ſpecioſiſſimam Imperii partem conſpicui voluit, Anteriorum FFrider. Gloria ſtimulatus: Ei in hoc negotio præſtò fuit Æn. Sylvius, de cujus ardore in B. Turc. ſuſcipiendo vide ſis *Joh. Ant. Campan. in comment. Æn. Sylv.*

MAX. I. Alberto Saxoni Weſtfriſiam conceſſit; cum Helvetiis infeliciter pugnavit. Controverſiam Bavaricam prudenter decidit. Non acquieſcentem Rupertum Philippi Palat. Filium proſcripſit, domuit. Ad retundendam potentiam Venetorum fœdus cum Pontifice, Gallo, Hiſpano, & aliis inivit; inito per Anhaltinum 10000. cæſis vicit, plurima ademit,

mox

Digitized by Google

mox pace facta, Franciſcum Gallum nimis progredientem coërcere volens, à militibus ſuis ob non ſoluta ſtipendia deſertus, à Barbonio ex agro Mediolan. pulſus fuit. *Lat. d. pr. Period. G. c.* 30. *ſect.* 1.

Idem voluit conſilia paterna adverſum Turcas effectui dare, ſed is quoque intra conſulta conſiſtere coactus eſt, quamvis etiam, quemadmodum Frid. Barb. deſideraverit, contra eundem hoſtem fortiter pugnando glorioſam mortem obire. In Comitiis Wormat. anno 1495. iis ipſis, quibus Camera Imper. eſt inſtituta, hæc ſua conſilia non neglexit Opt. Imper. Tum præterea actum eſt, de magna pecuniarum vi, quibus modis ea contra Turcas, aliosque ad belli uſus neceſſaria confici poſſit. Actum porrò de communi Denario, qui eſt genus Contributionis inventæ ad reſiſtendum Turcis, aliisque infidelibus, imponique ſolitæ ſecundùm modum bonorum. Placet multis id Tributi genus, ſed, quia res eſt, intricata, hoc tempore, Menſes Romanos, decernent. De Comitiis anno 1497. vid. *G. Fabric. lib.* 7. *orig. Saxon.*

Anno 1500. Comitiis Auguſt. nihilo plus peractum eſt, quoniam ad eum, qui ſatis eſſe ad bellum Turc. potuit, modum impenſarum contribuendum deſcendere nemini adeò volenti fuit: neque voti compos factus eſt MAX. I. iteratis Norib. Comit. A. 1502. Idem eventus fuit Comit. Colon. anno 1505. Conſtant. anno 1507. Wormat. anno 1509. nequicquam pecunias iis quærente contra Turcas, Venetosque, Imp. Max. it. Comit. Auguſt. anno Seculi ſuperioris 1510. ejuſdem Seculi an. 1517. iterum etiam atque etiam exhortatus eſt Imper. Comitiis Mogunt. Ordines, ut unà ſecum curas ſuas, præcipuè in B. Turc. converterent, ut & Comitiis ultimis, quæ Auguſtæ celebrantur an. 1518. ſuperioris Sec. fruſtra omninò.

CAR. V. in iisdem curis occupatus inſtituit (ut voc) Regimentum, cui hoc negotii dedit operam, ne quid res Chriſtiana detrimenti caperet à Turca, daret: id quod factum anno 1521. ſuper Sec. Anno 1522. Comitiis Noriberg. accurratè eſt deliberatum de militia adverſus Turcas ſumenda; tempore quô Belgradum ceperat hoſtis, qua re factum eſt, ut tandem aliquid decerneretur, itemq; ageretur de precibus etiam, quibus contra tantum hoſtem depugnandum eſſet, ut & de perpetuo auxilio, in quo deliberatio tum fruſtra fuit. Poſt hæc inſtituta Comit. Norib. anno 1524. à quibus deliberatio illa de perpetuis auxiliis in Comitia Spirenſia ſunt rejecta: A. 1526. celebrata ſunt Comit. Spir. de Promiſſis Ludov. R. Hung. præſtandis. Eodem anno Eslingæ eſt decretum ſecutum; ibi tunc Imperii erat Regimentum, convenerantq; eò Ordines, Principesque, accepta Strage Hungarorum, Ludovicoq; occiſo. vid *R. I. Spir. & Sleid. l.* 3. 4. *&* 6.

Comitia Ratisb. an. 1527. ſunt conſecuta, de his Receſſus Imp. habetur valdè memorabilis, quô imprimis etiam clarè ob oculos ponuntur peri-

cula Chriſtianor. Pop. Gentiumve. Anno 1529. Spir. Comit. deliberatio inſtituta de ſubitario milite; ſed ſemina tum diſcordiarum nihil expediri nec eopſe tempore ſiverant.

Anno 1530. Comitiis illis celeberrimis Auguſtæ injecta eſt mentio ſubſidiorum, & decretum eſt quidem aliquid, ſed in tantas limitationum, reſtrictionumque conditiones, ut revera nihil videretur decretum; Cauſa ejus rei fuerunt diſtracti animi, qui veram animorum, conſiliorumq; conjectionem reſpuebat, vid.

R. I. §. 100. & ſeqq.

In Comit. Ratisb. an. 1532. de ſubſidio ſubitaneo eſt decretum, & hoc unicum benè conſultum, benè expeditum eſt: Ordines Imperii libentius tum quidem conſenſerunt, quod numeroſum militem veteranum ex Belgio ſecum attulerat Car. V. qui retrocedentibus Turcis in animo habuit, inſigne aliquod munimentum Turc. oppugnare, niſi milites ipſi reſtitiſſent, dicendo, ad defendendum bellum, non Turciæ inferendum eſſe miſſos. Promiſerat Imp. ſe in hac expeditione, quæ ipſi prima fuit, quam per ſe ſuſcepit, ipſos nullo modo deſerturum, quin vitam atq; ſanguinem unà cum ipſis, ſi caſus non aliter ferat, dimitteret: & cum nihil ab iisdem impetrare poſſet, illachrymaſſe dicitur, vid. *Zenoc. in vit. Caroli V. confer & de hu Com. §. 3. & ſeqq. in Rec. Imp.*

Anno 1535. accidit expeditio Car. V. Tunetana, de quo facto dicere liceat, non ab aliis fortiſſimorum ducum quicquam auſum, patratumq; fortius, quàm t. t. Car. V. Cauſa hujus expeditionis intima fuit, ut oſtenderet, non ſe opum propriarum parcum eſſe, quantoque ſtudio rei contra Turcos benè gerendæ flagitaret, vid.

Car. Sigon. l. 2. c. 22. d. reb. geſt. A. Doriæ

Cómitiis Ratisb. an. 1541. rurſus ſunt ſubſidia contra Turcos decreta, vid. in *R. I. §. 41. & ſeqq. an. quem dixi. confer lib. 13. & 14. Sleid. qui Comitia diligenter annot.*

Breviter, quod in ore Car. V. frequens extitit effatum: PLUS ULTRA: idipſum factum & opere ipſo luculenter declaravit. Et ſicut præd. Max. Imp. Victoriæ commemorantur 18. ita è veteri, novoq; orbe Car. V. 40. illuſtres, ſuo, ſuorumq; ductu, ab hoſtibus retulit victorias, ut nihil tanquam leviora prælia: bella & numero hoſtium potentia ac viribus magna, ſupra 70. ad optatum exitum deduxit: Caſtella ſupra centum millia & decies octingentas urbes, naveſq; ſupra decies & octingentas hoſtiles cepit; nunquam autem caſtris exutus, nunquam acie aut prælio victus.

Breviſſimis? ſingula comprehendentem adi

H. Alſted. in Chronol. Mirabilium 32. p. 324. cum ſeq.

De

De Rebus geſtis FERD. I. Imp. vid. *Wolffg. Lazium & Baſilium Heroldum tom. 11. Schart.*

Idem etſi in Regem Roman. imparibus votis electus, in Imperatorem tamen unanimi conſenſu, ob inſignes animi dotes ſuſceptus fuit. Pontificem ſe rejicientem, ad aſſenſum Imperatoria auctoritate coëgit. Fratris Filio Philippo nec Imperio cedere, nec eum Imperii per Italiam & Belgium Vicarium habere ſuſtinuit, dictitans tantum de Cæſarea Dignitate ac Majeſtate, quam integram & illibatam tueri recepiſſet, deceſſurum, quantum ex ea alteri conceſſiſſet. Genuenſes ob Marchionem Finalienſem pulſum, citatos, non comparentes, vadimonium deſeruiſſe pronunciavit, hoc addito, niſi Feciali ſuo parerent, urbem & agrum Genuenſem ſe proſcripturum.

Inter Agnatos Alberti Brandenb. & Epiſcop. Franconiæ, Senatumq; Norib. judicium plenum æquitatis tulit. Religionis pacem in Comitiis Auguſtanis confirmavit.

Anno 1559. Ferd. I. in Comitiis auxilia rogavit, quibus Turcis par eſſe quiret, vel ſaltem, ut loca limitanea roborarentur, petit. vid.

§. *Ejuſdem Receſſ. confer* Sleid. *Lib.* 8. Thuan. *l.* 21. *&* 36. *Bodin. d. Rep. l.* 1. *c.* 9.

In ejusdem tempora factio Grumbachiana incidit, conſul.

Rupert. *obſerv. in Syn.* Beſold. *Min. c.* 18. *p.* 710.

Quod Bellum MAX. II. per Auguſtum Electorem Saxoniæ, authore Grombachio in Clerum imprimis, Herbipolenſem iniquo, capitali ſupplicio affecto, transegit. Propugnatorem ejus Joh. Frid. Saxonem captum arce ejus Gotha ſolo æquata ad perpetuos carceres damnavit.

Bellum Ungaricum, Duce Lazaro Svvendio, contra Joh. Weivvodam Transſylvanum, & mox Solymannum Turcam ejus defenſorem geſſit. Waivvodam receptis omnibus, quaademerat, excepta Pacota, compeſcuit. Ex Solym. exercitu XM. Tartarorum, qui barbaro ritu mulierum mamillis veſci exquiſiti cibi loco ducebant, infantes autem diſſecatos, verubus transfixos, & ad ignem toſtos devorabant, delevit. Fines ad XL. milliaria cis- & trans Tibiſcum dilatavit. Sigethum amiſit. Pacem cum Selymo valdè ſibi utilem fecit, vid.

Thuan. *l.* 36. 37. 44. *&* 46.

Anno 1566. Comit. Auguſt. auxilia impetrat MAX. II. at Comitiis Ratisbon. ſequentibus agitur hiſtoricè de periculo à Turcis imminente; de modo auxiliorum, atque ea conquirendi ratione, cum geminatione adverſum refractarios, & qui huc ſuam operam proportione conferre nollent.

Comitiis Francof. an. 1570. de eadem eſt actum materia, vid. §. 24. usq; ad 35. in R.I. hujus anni.

In Comit. Ratisb. an. 1576. habitis, ut videre licet ex §. 1. usq; ad 34.

Eadem materia ſub Conſiliorum incudem revocata eſt, atque etiam ibi novum animo agitabant conſilium de Ordine Equeſtri inſtituto contra Turcas: quod conſilium prudenter allatum, cum de modo ſuſtentandi ejus Ordinis ageretur, in caſum recidit.

Imperitante RUD. II. habita ſunt Comitia Auguſt. an. 1582. vid. §. 1. *usq; ad* 28. *ſub eod.*

Comitia Ratisbon. an. 1594. vid. §. 1. usq; ad 24. Decretum, ibi eſt de auxiliis Turc. & de campanis ad meridiem, ut ad preces contra Chriſtiani nominis hoſtem impellantur Chriſtiani, pulſandis.

Anno 1598. quo Jaurinum & Erlovia ab hoſte intercipiebantur, actum eſt aliquanto ſollicitiore cura de militia adverſum Turcas ſumenda, de officialibus bellicis, de pœnis contra inobedientes & refractarios, quæ decernuntur graviſſimæ usq; ad Bannum Imperiale: de pœnis etiam in reliquatores cum exceptionibus tamen, quæ eorum mora extra culpam eſſe vel non eſſe poſſit. Hoc noſtrum Seculum ferè ab hoſtibus aliqualiter fuit quietius; Caniſcha autem cum caperetur, an. 1603. Ratisbon. anno 1613. quo in Tranſylvanos, ruptis perfidè 20. annorum induciis, impetum fecit hoſtis.

Bellum ergo Turc. cum fœdifragis Barbaris, primo Duce Matthia Fratre, pòſt Carolo Mansfeldio; & rurſus Maximiliano Fratre geſſit, & ſub illo quidem Jaſprinum, Novigradum & alia loca cepit: Turcas ad Javarinum (vulgò Raaba) valde attrivit: quod tamen munitiſſimum propugnaculum, prodente Com. H. amiſit. Sigismundum Bathorium Tranſylvanum à Turcis alienatum ſibi adjunxit. Sub hoc Strigonium Vyszegradum occupatum, ſub iſto Hatuanum ſane expugnavit, ſed mox majore damno unà cum inviĉtiſſima quondam urbe, Agria, perdidit, victus inſuper non tàm virtute hoſtis, quàm ſuorum avaritia, qui victores victoriam præ rapina perſequi obliti, à victis victi fuere. Adolphus Schvvarcemburgicus clade regeſta Raabam recepit. Melchior Redderus arcem Pappiam, Mercurius Albam Regalem recuperavit. Caniſium à Ferdinando Archiduce recipi non potuit: tandem opera Stephani Botſcay Tranſylvani Pacem cum hoſtibus ad 15. annos conſtituit. De cœtero motus de Epiſcopatu Argentinenſi auctoritate ſua compoſuit. A Matthia Fr. vexatus R. Ungariæ & Auſtriâ ei ceſſit. Paulò ante mortem & Bohemiam, cum is eam tutatam adverſus Leopoldicum (Paſſovii dicti) militem Pragam diripientem veniſſet, eidem reſignavit.

Thuan. Lib. 88. 104. 110. 114. 115. 119. 121. 122. 124. 126. 136. add. *Chytr. in Sax.* part. 5. Lib. 25. 27. & 29.

MATTHIAS amplioris ſpei, quàm gloriæ Auguſtus, Proteſtantes in Comitiis Ratisbonæ ob gravamina inprimis Conſilii Aulici & Cameralis non

non ſublata oſſ. Cum Achmete de Jure Principes Tranſylvaniæ dandi diſceptavit: Cum eodem anno ejus Seculi XV. pacem vicennalem fecit. Aquisgranenſes Proteſtantes ob tumultum, quô exaſperati injuriis Catholicorum, Senatum Pontificium amoverant, mandata executione Alberto Fr. proſcripſit, & per Spinolam in ordinem redegit. Sub eod. anno 1618. exortum Bohemicum, ſive potius commune totius orbis Chriſtiani bellum. Fuſius præter al. leg. tranſcripta ex *Em. Meter. Matth. Schrad. it. Seth. Calviſ. prææalleg. Lati in Comp. H. V. Period. Germ. cap. 35. ſect. 1.*

FERDIN. II. Fridericum in Regem Bohemiæ electum & coronatum, ad Pragam in albo monte, cæſis 8000. per Maximil. Bavarum & Buquoium devicit, regno profligavit. Bohemiam & Auſtriam opere Bavari, Moraviam Buquoii, Sileſiam & Luſatiam Joh. Georg. Sax. ſubjugavit. Palatinum proſcripſit, proſcriptoque Palatinum per Spinolam & Joan. Therclaſſium Comitem Tillium ademit: Electoratum Bavaro certis tamen LL. contulit. Ungariæ regnum, quod Betleemus arripuerat, non parvis cladibus repetiit, certè Dampetrium & Bucquoium, illum Poſonium, hunc ad Neusdum 16. vulneribus confectum amiſit. A Mansfeldio & Chriſt. Brunnſvvico vehementer vexatus; in Danicum præterea bellum incidit, ſed in eo Chriſtianum Regem depreſſit: quippe ipſum ad Loteram per Tillium ad Deſſaviam Mansfeldium per Albertum Valenſtenium vicit, ademptaque Holſatia, eò anguſtarum redegit, ut pacem Holſatiam recepturus faceret. Videbatur bellorum finis: nam jam ante Brunſvicus deceſſerat; Mansfeldius veneno perierat; Vinarienſis irrita in Sileſiam irruptione, ſeu veneno, ſeu mœrore conciderat. Verùm majore mole bellum Suecicum Cæſarem invaſit, triennio omni fermè Germania à Guſtapho Adolpho R. Suec. exutum; tandem ad Liczenum oppidulum operâ Valenſteinii triumphavit; etſi enim clade quoque affectus, tamen ea cum hoſtilis exercitus caput occubuiſſe videret, loco victoriæ reputavit, Germaniam denuo ad ſe pertraxit, multumq; cum Svecico milite deinceps conflictatus eſt. Merodium profligatum, Sileſiam à Jac. Dubaldo Sueco raptari vidit & ultus eſt. Hornum & Vinarienſem ad Nordlingam per FERDIN. FILIUM inſigni clade affecit, illum inſuper cepit, hunc in Franciam depulit; Valenſteinium ſive ſpe R. Boh. ſeu Cæſari offenſum, res novas moliri viſum, unà cum aliis conjurationis affinibus, nihil minus, quàm hoc metuentem trucidari curavit. Hac tempeſtate ſubmota, cum in perpetuis bellis 59. annos ætatis exegiſſet, Succeſſorem Imperii & unà triſtiſſimi belli Hæredem FILIUM reliquit.

(per alleg. Supplem. *Metern.* Itt *Spondan. Auctar. Cluv. Vaſſenb. in Flor. Germ. Lat.* d. l. c. 36. ſ. 1.)

FERD.

FERD. III. qui Bohemiam ex majori parte eodem ſubjungante, hoſte, fame & armis ſuis pulſo, rurſus recepit, Carol. Fridericum Palatinum Fil. opera Hacfeldii in Weſtphalia, copiis ejus profligatis, Fr. Roberto capto, Meppena urbe expugnata, valdè attrivit. Ibrahim Budæ, ne bellum armis vicennis ſeipſum (dicente Livio) aleret, author extitit, Taurino & Neuheuſelia ſine effectu tentatis. Ad Waradinum expugnatam itidem effecerat, ut de novo in curas belli Turc. incumberent.

Et cum miſera Germania adhuc dum ſanguine nataret, Imperii Custos & Conservator & Propugnator FERD. III. cognomento verò Pacificus, Concordiæ & Compoſitionis Oſnabruccenſis Promotor eſſe non deſtitit; Pacificatum Legati imbi adpulerunt, poſteritatis orio conſulturi; proſperè decedentibus, & tranquillitatis, mox rebus Germanis, Oſnabr. quoque d. 14. Octobr. an. Chr. 1648. pax facta, & Executio ejus impetrata fuit Noribergæ d. 16. Jun. an. C. 1650. Quam gratioſus Pacis factæ Nuntius apud IMPER. MAJEST. fuerit, illuſtris Dn. Ranfftius, exercitatiſſimus Legionis Veteranæ ac pugnaciſſimæ Ductor, dona teſtantur ampliſſima: Annulus Imp. digito detractus 6000. Imperialium: & aureus Torques unà cum Imperatorio Numismate, magni Favoris ſigno; cujus pretium 2000. Ducat. æquavit. Super hæc teſtes Pacis cit. Statua Coloſſea, ex marmore facta, in Foro Pragenſi; nec non in Ponte Crucifixi ſignum ejuſdem & molis & ponderis:

> Quæ æterna publicæ Tranquillitatis monumenta
> Germanæ Pacis Firmator, FERDINANDUS
> Glorioſiſſ. Mem. facienda, ſtatuendaq; curavit!

Supplem. Hiſtor. univ. obſ. Rup. &c. pag. 717.

Subſequitur S. PRINCEPS IN COMP. P. XXI. de Reb. Bellic.

Non minus Principem foris, quàm domi, armis, quàm toga, bello, quàm pace præſtantem eſſe oportet:

Primò quidem *benè conſideret atq; deliberet, antequam bellum incipiat*; illud enim facilè initur, ſed non tàm facilè finitur. Unde priusquam ad arma deveniat, omnes modos honeſtos, & qui non contra dignitatem & auctoritatem ipſius tendant, *experiatur, an amicabili modo controverſia*, quam cum adverſario ſuo habet, *componi poſſit.*

II. Videat quoque, ut *Juſtitia cauſa pro ipſo militet*; ſemper enim Deus illi parti adeſſe videtur, ubi juſta cauſa verſatur.

III. Cogitet, ut *ita incipiat bellum, ut id cum honore ad finem deducere poſſit*, ad quod obtinendum *praeparationes* eas faciat, quæ ad illud proſequendum neceſſariæ ſunt: videat quoque, ut *bonam pecuniæ ſummam* in paratis habeat: ſine hac enim nihil effici poteſt: hæc nervus bellorum eſt.

Habi-

Digitized by Google

Habitis ergo his requiſitis pergat IN NOMINE DOMINI, & *alacriter hoſtes aggrediatur*, & *ubi neceſſitas* requiſiverit, ipſe quoq; *in perſona eat*, nam præſentia ipſius Principis maximum animum militibus addit, & multum juvat ad bellum eò felicius perſequendũ; ſemper tamen perſonæ ſuæ benè attendat, *ne ſe frivolè periculis exponat. ne pro magnanimo temerarius dicatur, & ſi* forſan illi aliquod *diſcrimen accideret, totum exercitum in periculum (non dicam exitium) trahat*. Studeat quoque, ut ſub ſe *bonos Ductores Legionum*, ſeu ut vocant, Colonellos *habeat*, & benè bellicis in rebus verſaros, qui non proprium commodum, ſed *bonum ſolummodo publicum* & *Principis quærant*: atque ideò, *non patiatur*, ut *pauperes ruſticos iniq. angarizent*, & nimiis exactionibus ſpolient & excrucient; ipſi tantùm per fas & nefas diteſcant, alii verò ad mendicitatem reducantur. Videat etiam, ut à militibus ametur atque timeatur: quos in *bona diſciplina publica* continebit, & furta, latrocinia, ſacrilegia, ſtupra, incendia, atque his ſimilia ſcelera, ex caſtris ſuis, quantum pro tempore fieri poteſt, ableger, atq; omninò proſcribat. Et ad hoc tanto facilius conſequendum neceſſe eſt, ut *certis temporibus ſtipendia ſua militibus exſolvantur*, ne ex defectu ſolutionis ipſi rapere & latrocinari cogantur: & ſic quoque poſtea meliorem & majorem occaſionem habebit in transgreſſores hujusmodi animadvertendi: Cum verò in bello plurimum poſſit *Celeritas*, ideò in conſiliis capiendis celer, & in exequendis multò adhuc celerior eſſe debebit: & licet aliquod fortè infortunium illi acciderit, non tamen ſe omninò perdat, ſed *maneat conſtans*, ac ſibi præſens, ſtudeatq; collapſa reſtaurare, & benè res agetur. *Partâ Victoriâ proſequenda* ea eſt, & nullo modo quieſcendum, ne hoſti facultas detur, vires interim reſumendi, & majus exinde negotium faceſſendi. Iuſuper *caſtra, civitates & fortalitia ſua, commeatu neceſſario ſemper inſtructa* & proviſa ſint, atque ideò bonum erit ſi habeat aliqua *Granaria publica*, quæ pacis tempore (ſicut & ipſas civitates & fortalitia ſua) ita inſtruat, ut nullus poſtea tempore belli defectus appareat. Si autem Princeps ipſe in perſona, ut ajunt, ad bellum non iverit, vigilandum tamen ipſi nihil ominus erit, ut omnes illas diſpoſitiones, præventiones atq; compendia domi habeat; & ante omnia prævideat, ſibi *de viro* aliquo *egregio tàm pacis, quàm belli artibus inſigni* ac claro, cui exercitum fidere, ac ſummam gerendi belli tuto demandari poſſit. *Non* autem *liberam omninò & abſolutam tali poteſtatem det*, ut ſine ſuo ſcitu is alia quæq;, & quæ ſummi & abſoluti impetii ſunt agere, & pro libitu ſuo omnes vexare, ſpoliare & opprimere audeat, & poſſit: ſed *ipſe Princeps maneat Generalis*: multò minus eo usque potentiæ & præſumtionis aſcendere illum patiatur, ut illi imperare nequeat, ſed timere potiùs, quàm debeat.

Idem SUMMI PRINCIPIS NOMEN Auguſtiſſimus LEOPOLDUS, IMPP. *præter alias expeditiones memorabiles, & nuperam* in & per imperium, contra ejusdem Antagoniſtas cum Secularem,

tum Eccleſiaſticos diſpellendos, opere & facto ipſe declaravit, quod vel quale ſiet illud Anagramma ominoſum

PELLO DUOS!

At, ſicut cauſa & origo Gallicarum Turbarum; & Gallicum Conſilium de infringenda PROCERUM Potentia; & Gallorum ingenium quærendis, quàm retinendis Provinciis magis aptum natumque &c. vel ex ſole liquet

Chr. Forſtn. in Not. Polit. ad Tacit. earumq́ʒ continuat. p.132.155. & p.12.211.

Ac ut contra Conſultatio S. CÆS. MAJ. Bellica & quidem ejusdem occaſio atque Magnitudo Tempus; Apparatus & Sumptus; Habitusq́ue animorum Conſultantium; Rerum ſtatus ab utraque parte; Mandatum IMPERAT. & de eod. ἐπὶ καίροις æquiſſima; Eventusq́ʒ Conſilii; It. inveſtigatio belli Holland. & Hiſpanici; atque interveniencia ſive negotiatio pacis tentata &c. non ita pridem publici Juris facta, nec his rebus, & temporibus dicendis deſunt, ac deerunt ingenia.

Tempus & charta nobis deficerent, ſi ſingula illa ſaltem perfunctoriè recenſeremus, adponam tamen pauca, imò paucula.

Vid. Dn. G. Nützel. Memorab. Potiom. A. 73.

Caſu MARGARITÆ, non ita pridem Imperii MATRIS,
Conchæ Margaritiferæ,
Videbatur cecidiſſe Clauda AUSTRIÆ Felicitas;
Quæ Erectior nunc ſurgit,
Stante CLAUDIA
Et claudente lachrymarum rivos FELICITER!
Florebis AuSTRIA Florentiſſima.
FLORA hæc Flos & Ver dedit in Autumno,
Autumnum & FRUCTUM datura in Æſtate
denuo FELICITER.
CLAUDIA FELICITAS,
Clauda ad fugiendum DAPHNE!
Quod vetus illud Vatis non figmentum ſit, ſed veritas:

Eraſ. Adag. Chil. 2. Cent. 2. 79.

Σὺν δὲ θεοὶ μάκαρ:
FELICES adſint SUPERI!
FELICITAS Voto nec claudicante vovit
Duci Ducum ſoſpiti
Menſe April. VIENNA abiturienti SOUCHE!!
Et ut FELICITAS omnis à DEO,
Τοῦτο καλῶς ἔσω,
FELIXque, ac Fauſtum eſſet REIP. GERM.
Antiquâ iſtâ Antiquorum Formulâ,

Id. d. Adag. conf. Chil. 4. Cent. 3. 91.

καὶ

Θεοῦ Δωρῶν ἐστιν ἐπιτυχεῖν βροτοῖς:

Potum verſus itidem protendens Palmas LEOPOLDUS AUGUSTISS.
Bellum illud Gallicanum quaſi minimè bellum auſpicaturus
pro ALEMANNIA, POPULOQUE TEUT.
Illius quippe metri non immemor:
Dimidium facti, qui benè cepit, habet!
Ingeminando Victoriam non qualemcunque:
Sed incruentam, ac mitem!
LEO HIC ex His Unguibus æſtimandus, ſecus atque
Sanguinolenti Antagoniſtæ, ilicet audiant
Chriſtianiſſimi,
Aſtutam inſuper ſervando illegitimè
ſub pectore vulpem
SINE DEI NUMINE.
Non equidem pendet victoria ab humano capite,
Sed
DESUPER datur.
Rex Gall. Ipſe ſperare Eandem non audet,
niſi ope Germanorum;
Quos
Auro & argento ad ſigna allicere liquet. Nütz. d. loc.
Audi
Augurium prænominati Auguris Chronographicum:
LVDoVICVs ReX GaLLIæ LVDIt VICes,
VIX VICIt, & Ipſe VICtVs erIt!
Humiliores quidem reddere annïſus Batavos,
Invadendo Promontoria bonæ ſpei,
Hollandiæ tamen Viſcera vix attigit:
Poſt criſtas elatus in AQUILÆ NUTRICIUM erexit,
Alſatiam vexando ad ſatiem.
Francica caſtra poſuit in Franconia,
Dumque in animo geſtavit Auſtriacum illud:
PLUS ULTRA!
Auſtriacus HERCULE Leone Aventino indutus,
ferream ad Mœnum columnam
Ipſi oppoſuit, cum lemmate:
PLUS CITRA. Non ULTRA
Fabiana Cunctatione PR. Montecuculi!
Ver aureum erat ad Mœnum;

Digitized by Google

Sed Vertumnum ignorabat Autumnum
Vana everſum conſilia!
Et Menſe Auguſto minus Auguſto iſtud divulgatum
Tetraſtichon:
Pugnatum eſt inter Gallos, interque Sicambros,
Cæſaque quindecies millia utrinque virûm;
Palma tamen ceſſit Turmis cum CÆSARE junctis,
I nunc, & criſtas erige, Galle, cædis!
Neque enim ſemper fauſta principia pari fine coronantur:
Spondet interdum ſerenum diem Aurora,
Et Meridianum tempus tempeſtas involvit;
Quæ ſæpè parturimus, parere non valemus!
Time fortunam, fallit, cum blanditur:
Non anno uno finitur bellum, quod uno die inchoatur.
Sæpè etiam victis reſurgunt animi, ut laceſſant victores;
Et ſpe cadente, ferocior ſurgit deſperatio.
Non ferent Germani ſibi ab illis imperari,
Qui quondam imperantes,
extra unum
Verè Magnum, & unicum Pium,
Parentem Carolum, & Filium Ludovicum,
Iſthæc ſaltem tulerunt Cognomina,
Calvi, Balbi, Craſſi, Simplic. &c.
Quanto amabiliora legimus Elogia INDUPERATORUM Auſtriac.
RUDOLPH. I. Victorioſi: ALBERT. I. Triumphatoris:
FRIDER. III. Pulcri: ALBERT. II. Honorifici:
FRIDER. IV. Pacifici: MAXIMIL. I. Fortis.
CAROL. V. Maximi: FERDIN. I. Juſti:
MAX. II. Prudentis: RUD. II. Terroris orbis.
MATTH. I. Boni: FERDIN. II. Pii:
FERDIN. III. Sapientis: LEOPOLD. I. Felicis!
Id. A Nüa. cit. loc. Velle ampliſſimum cuiq; conceſſum, ſed poſſe arctiſſimis definitû limitib'.
Qui cum Geographis
EUROPAM ſedentis fœminam confirmat exprimere,
HISPANIAM Caput dicunt,
Cujus oculi oriri vident Solem, & occidere.
GALLIAM Collum & Pectus dicunt;
Capitalem Capitis hoſtem.
Collum iſtud
Heu quanta ſpe hactenus, proh dolor! decollavit.
Vereor, ne tàm vehemente motu oriantur ſtrumæ, Qui-

Quibus nec ipſe Rex
Oleoiſto, ex ampulla cœlitus delapſa poterit mederi.
Pectus itidem hoc,
Cui multum aceti indiderunt Richelius & Mazarinus,
Nunc periculoſa laboret cordis palpitatione,
Nec mirum:
Nam ejus Mercurialis eſt mobilis, vaga, nunquam conſiſtens.
GERMANIAM Ventrem dicunt,
Qui ſeculo hoc ſanguinis fluxione annos 30. laboravit.
Nunc venter iſte non caret auribus.
Audit Galli ſonum & tonum;
Neq; immunis agit:
Et quod haud egerit INFELICITER,
Ipſomet R. Gall. opere & facto ipſo declaravit,
In complexus veniendo, Pariſiis Pr. TOURENNE,
Hisq; eorundem verbis alloquendo:
Vous avez relevè une Lilie de ma Couronne.
i. e.
Vos unum Coronæ meæ Lilium lapſans vel labeſcens
ſuſtinuiſtis, erexiſtis, reſtauraſtis, firmaſtis!
Et ut omnia Verna hac & Æſtiva expeditione
Germania & CAPUT eorundem identidem agant FELICITER,
Corporisque totius Membra à ſejunctione
In gratiam inſuper redeant,
Faxit DEUS, Fons Gratiæ & FELICITATIS!
Natio quidem Gallica fuit bellicoſa ſemper, ejusque mores
Galli-Callinacei moribus fermè pares,
De quibus
Non nemo è Plinio compendiosè refert:
Gallos aves naturâ genitos vigiles,
Excitandis ad opera mortalibus:
Noſſe Sidera, horas cantu diſtinguere,
Cum Sole ire cubitum, diei ortum nuntiare,
Suo generi imperitari, regnum in quacunq; domo exer-
Pugnaces victores canere victos tacere, (cere,
Ægrè ſervitium pati.
Superbos gradiri rectâ cervice,
Terrorem Leonibus ferarum generoſiſſimis
incutere &c.

P. Gregor. Tholoſan. in Præl ud. Ope. Iuriſc. l, 1. c. 11.

Addit. ibid.

R Chriſtianiſſ. eſſe pro inſigniis Lilinm, idque è cœlo conceſſum, cum antea RR. Gall. bufones pro inſignibus haberent. Utrumq;, inquit, in naturâ ſigillo abdito reconditum, ſiquidem, quod non ſemel admiratus ſum, in capite galli-gallinacei in cerebro integrè ſine fractura exoſſato, quod ſit facile in multum elixato, comperies facie unâ bufonem, quo in dorſum verſo, alterâ facie exprimitur miro artificio lilium. Unde

Symbolum certiſſ. vulgò etiam vaniſſ. ſat ridiculè opinatur:

Monarchiam ultiman in R. Gall. devolvi debere &c.

AUSTRIA

nihilo ſerius tamen JOVA juvante,
Suadente CONSILIO nihil non audet,
Oppitulante INDUSTRIA nihil non poteſt?

Cœlo & Germanis Germanorum Pectoribus inſcriptum manet:

AUSTRIÆ	Erit	Imperare	Orbi	Vniverſo.
AUSTRIACI	Erunt	IMPP.	Orbis	Vltimi.
A.	E.	I.	O.	V.

Subſcribatur:

Vocalibus ſit Conſonans iſtis DEUS!

Præter alias, inquam, IMPERATOR INVICTISS. *Expeditionem* etiam ſuſcepit *adverſus* inſultus ac machinationes *Mahometicas* & *Tattaricas*, quibus Gens Ottomannica laceſſeret Hungariam, invaderet Daciam, & depopularetur Moravia. Et jam ex Aſia & Europa collecta Spahorum & Janizarorum non contemnenda agmina verrebant Hunnorum terras, accitis & auxiliaribus ſuis Tattaris. Percellebatur hinc plusquam Panico timore omnis ferè Germaniæ ac Hungariæ populus, & credebatur tanta Barbarorum multitudo totam inundatura Auſtriam. Sed mox diſcuſſit hanc timoris nebulam CÆSARIS noſtri Virtus, quæ ut ſaltem accuratius omnibus ſe oſtenderet, temporum illorum fatalis turbulenta fecit. Non penitus innotuerat Saracenis, quod omnes Archiduces, qui hactenus & quidem numero X. *Ominoſo* LEOPOLDI *Nomine* claruerant, Se Heroicis & contra infideles fortiter geſtis facinoribus orbi probaſſent. Non recordabantur invaſorũ, quod inter obſequii inſtrumenta CÆSAR noſter habeat illos, qui aliis regnandi præſcribebant LL, & quod concors Germania & populo,

lo,& ære,& experto pugnæ ſimulque laborum patiente milite abundet. Eo & quidem præpoſtero initio inchoatum bellum in ſimilem deſinebat exitum, cum illi, qui Aquilas Romanas devoraverant, ſpe Lunas ſuas Aquilis cedere tenerentur, victi demum & profligati, & nullo alio Victores, quàm quod opportunè redemerunt pacem &c. prolixius D. Sprenger. Paneg. Gam. p.387.

Minor eſt autem balbutientis lingua, quàm quod quatuor decennis Imperii IMPER. MAJ. Heroica facinora, pro materiæ dignitate, ſatis ſuperque repræſentare queat, in viſceribus, fibriſque mentium humanarum magis, quàm in hoc implacata Minerva terenda conſcripto opuſculo.

Chronologus divino paſſus præſagio ſic cecinit Apolline:

Cinget OLIVA noVa VIrIDans propagIne VIteM,
SIC ſatIs VnItas paXaLMa reDIbIt In Vrbes.

Sed ne ſpes fragili tempore maneat, Vates Conſilii præſcius addidit:
Veneric Superis dantibus annus, hilarique palani Voce canetur:

AVſtrIaCæ nVtrIX ELeonora DoMVs.

Fertiliſſima arborum Elæa Græcis dicta, erit Auguſtiſſima Fœcunditas in Olea Palatina Eleonora, cujus in Ramis Auſtriacæ nidulentur Aquilæ, cujus ſub umbra Gentilitiæ modulentur alaudæ, cujus avitum decus ſacrum ſervet jubatus cuſtos, & ab injurioſo livore Leo vindicet Palatinus. Nam & oliva ſuas inſidias, & ſuas patitur vitis injurias, odit baccas, pacis fructus, belli furia Bellona.

Conſul. ſert. Nupt. Auguſtiſſ. Sponſ. Vatum Palatino-Neoburgenſ.

DEUM votis calidiſſimis rogitantes, quò pacis Reſtitutione vel tandem perpetuò continuata ſub CÆS. EJUS MAJ. omnibus & ſingulis in Imperio ſub vite & ficu tantiſper liceat eſſe quietis & piis, donec SUMMUM in hoc terreno Regno REGEM, PRINCIPEM vel IMPERATOREM, Adventu ſuo exoptatiſſimo excipiat PRINCEPS PACIS & REGUM REX, REDEMPTOR JESUS CHRISTUS. Subrogando REGNUM COELESTE, quod ſub Clypeo pacis perpetuæ nunquam irriperetur, multo minus de gente in gentem, amplius transferetur!

FINEM externo Bello impoſui: utinam civilibus malis! ὁμολογεῖται πόλεμος τῶν ἄλλων τοσούτῳ μέγιστον εἶναι ὅσῳ περιείρξων τῶν ἀγαθῶν. ἴσῳ μὲν τοι μεγέθει τὸν πόλεμον ἡ στάσις ὑπερβάλλει, ὅσῳ περ, ὁ πόλεμος τῆς εἰρήνην. ἐν μὲν γὰρ, τῷ ξενικῷ πολέμῳ τὴν πατρίδα σώζοντες ἀποθνήσκουσιν. ἐν δὲ τῷ πολιτικῷ διαφθείροντες ἑαυτούς. Nemo eſt, qui non fateatur, tanto maximum omnium malorum eſſe malum, quanto maximum bonum omnium pax eſt. Quanto tamen optabilior pax eſt bel-

Herod. in Oration. περὶ πολιτείας. p.175. part. 2.

bello, tanto etiam tolerabilius eſt ſeditione bellum. In externo enim bello, ſervandæ Patriæ deſiderio: at in civili, ſemetipſos profligandi ſtudio, mortem oppetunt.

Deſcribitur Bellum INTERNUM, ARMA SUBDITORUM IN PRINCIPEM (vel Magiſtratum) MOTA, AUT INTER SESE. Quod merito culmen dixerim calamitatum;

unde illud Homericum:

Iliad. 9. v. 63. Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος,
Ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ὀκρυόεντος.

Alii ſic vertunt:

Exulet urbe ſua longè, laribusque, domoque
Qui capit in ſeſe cives dira arma parare.

Quanquam H. Stephanus exiſtimat, *nullam hic eſſe execrationem, neq;* ἀφρήτορα vocari ſimpliciter, qui in nullius Curiæ ſeu tribus conſortio eſt, ſed qui ab eo prorſus abhorret.

Eandemque interpretationis formam nomini ἀνέστιος dandam, adeo ut hiſce duobus ſignificetur: qui ab omni ſocietate & communitate cum hominibus abhorret: tertium autem illud ἀθέμιστος, dicatur de eo, qui divina omnia jura contemnit.

Ergo rectius vertit Alius:

in Richt. ar. pol. p. 280. Impius in patriamque ſuam, legesque, Deumque
Eſt, quicunque cupit civilia bella movere:
Immani quæ mox funeſtant omnia cæde,
Et ſacra, & leges abolent in pace verendas.

ap. Iuſtin. 18. c. 4. f. Mithridates inquit: *Romanos non gravius vicino Italiæ bello, quàm domeſticis Principum factionibus premi: multoq; periculoſius eſſe Italico Civile bellum.*

Vid. Virdung. in Agric. Tac. p. 97. f. & ſeq. Tac. 2. hiſt. 45. Quid cladium ei non eſt? *Promiſcua cædes, perfidia, nulla diſciplina aut obedientia, variæ tranſitiones & re ipſa quid ſcelerum ab eo abeſt? Tum* (poſt pugnam Othonianorum cum Vitellianis infelicem, cum in gratiam rediiſſent.) *Victi, victoresq; in Lachrymas effuſi, ſortem civilium armorum miſerâ lætitiâ deteſtabantur: Iiſdem tentoriis, alii fratrum, alii propinquorum vulnera fovebant, ſpes & præmia in ambiguo, certa funera & luctus. Nec quiſquam adeo mali expers, ut non aliquam mortem mœreret.*

Exemplum memorabile *filii patrem interficientis in pugna civili* apud eund. Tac.

3. Hiſt. 25. l. c. 51. Iuſt. 19. c. 6. fin. Aliud *fratrem interficientis.* Id. Macedonia, *in duas partes diſcurrentibus ducibus in ſua viſcera armatur: ferrumq; ab hoſtili bello in civilem ſanguinem vertit, exemplo furentium, manus ac membra ſua ipſa caſura.*

l. 3. p. 219. a. Sic Thucyd: de ſeditione Græcorum: *fidem inter ſe non tam jurejurando, quàm communi aliquo patrato ſcelere obligabant.*

Ni-

Nihil eſt, omnium confeſſione, civili bello pejus. Dio.Halic.l.6.

Ut quiſq; eſt generoſiſſimus, ita maximè Id.l.46.

Civilibus bellis conſumitur.

Ad ſummam, *nihil miſerius in his bellis, quàm ipſa victoria, quæ etiamſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores, impotentioresq; reddit: ut etſi natura tales non ſint, neceſſitate eſſe cogantur.* Cic.4. ep. ad Fam.9. *Multa enim*, addit Cicero, *victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda ſunt.* Id l.9.fam.6.

Et alibi: *extremum malorum omnium, civilis belli victoria.*

Iſtud Bellum Civ. jam per cauſas explic. quæ vel *longinquæ*, vel *propinquæ*: Illæ *primæ, veræq; cauſæ ſunt, ſed minus adhærent effectui, aut apparent.* Sunt inter eas duæ: Fatum inprimis ſeu providentia Divina; Sicut enim Deus Regnorum vel Rerumpubl. Fundator eſt benignus, ita everſor IDEM quoque Juſtus! v. Pſ 44, 3. Dan. 2, 21. conf 1. Sam. 15.& 1.Reg.11.

Nihil publicè ſtabile eſt: tam hominum, quàm urbium fata volvuntur: quæq; domeſticis bellis ſteterant regna, quæ externis, impellente nullo ruunt. &c.
Sen. ep.91. conf. epiſt.107.

Luxus cauſa altera, turbas civiles paulatim gignens: Criſpus teſtatur, *cum Catilina in patriam conſpiraſſet, quicunq; impudicus, adulter, ganeo, ventre, manu, penè bona patria laceraverat: quiq; æs alienum grande conflaverat, quò flagitium aut facinus redimeret.* vid.1 Sam.22. v.2. Salluſt.in Cat. c.6.m cap.14. & c.7.pr c.6.

His amicis, ſociiſq; confiſus Catilina, ſimul quod æs alienum per omnes terras, ingens erat, & quod pleriq; Sullani milites largius ſuo uſi, rapinarum & victoriæ veteris memores, civile bellum exoptabant, opprimundæ Reip. conſilium cepit.

Et conturbari Remp. quam minus valere ipſi malint. His idem, quod Salamandræ accidit, quæ magis imbribus creſcit, ſerenitate deficit. Plin. l.10 c.7.
Id.Salluſt d.Catilinar loquitur fol.15.p.

In eas autem cauſas remedium, aut ſolatium potius, in Fatum præfatum, cum quo fruſtra pugnes, juxta illud quoque Lucretii.

Usq; adeo res humanas vis abdita quædam obterit & pulchras faſces, ſævaſq; ſecures, proculcare ac ludibrio ſibi habere videtur.

At in Luxum (ſi tempore provid.) firmum auxilium hab. à cenſura 1. ſub parte tertia. vid. Piccart. obſ. decad.18. c.3. & 4.

Hæ Cauſ. Prop. *ortæ ab illis prioribus eventui conjunguntur, & palam ſe oſtendunt.* Suntque 3. *Factio*, cujus deſcriptio: *paucorum aut plurium inter ſe coitio, & cum aliis diſſenſus.* Cauſæ ſæpè à privatis, aut publicis familiarum odiis: ſæpius ab ambitione.

In ſpem ventum erat, diſcordiâ inteſtinatâ diſſolvi rem Romanam poſſe, principesq; in omnium Etruriæ populorum conciliis fremebant, æternas opes eſſe Romanas, niſi inter Liv. l.2.c.44.

ſe ipſos ſeditionibus ſæviant. Id unum venenum, eam labem civitatibus opulentis repertam, ut magna imperia mortalia eſſent.

Sen.ep 104. Add. Auſon. in gratiarum act. ad Gratian. Imp. ubi d.Alex M. qui noluit tertius nominari.

Tantus eſt ambitionis furor, ut nemo tibi poſt te videatur: ſi aliquis ante te fuerit.

Peſtis hæc meta ſtatuum: hinc Livius in Orati: Coſ. Quintii, quam ad reconciliandam ordinum concordiam ad populum habuit: *Hoſtes non*
.3. c.67. *veſtram ignaviam contemsêre, nec ſuæ virtuti confiſi ſunt: quippe toties fuſi, fugatiq;, & vos, & ſe novêre: Diſcordia ordinum eſt venenum urbis hujus: patrum ac plebis certamina, dum nec nobis Imperii, nec vobis libertatis eſt modus: dum tadet vos patriciorum, nos plebejorum magiſtratum ſuſtulere animos.*

Tac.c 12.Agr. f.456.A. Nam quòd quidam malè callidi eas etiam approbant, velut Tacitus de Britannis: *qui per Principes factionibus & ſtudiis trahuntur: nec aliud adverſus validiſſimas gentes pro nobis utilius, quàm quod in commune non conſulunt.*

Errant! Factio enim popularis noxia: Sic *Corycæi Corinth. Coloni contra ſuos conditores auxilium Athenienſium implorant.*

Thucyd.l.1. p 23. & Id.habet al.Exempl. l.3. p.102.b.

Liv.39. c.23.f. Iuſtin. 8. c. 2. pr. *Philippus in Thracia quaſdam Urbes ſeditionibus Principum turbatas partibus, quæ domeſtico certamine vincerentur, adjungendo ſe cepit.*

Thebani, Theſſaliq; externæ dominationi, quam in ſuis timuerunt, ſponte ſuccedunt.

Aliter tamen Demetrius, Illyriorumque Rex, *qui Philippo cedere ſe Regno*
ap.eund.29. c.2.m. *profitetur, à Romanis occupato, gratus habiturus, ſi in poſſeſſione Imperii ſui ſocium potius, quàm hoſtem videret.*

Bonfinius Dec. 3. l.4. p. 454.30. *Ungari ob inteſtinas diſcordias, dum mutuis cædibus & rapinis libidinem explerent, neq; patriæ, neq; imminentis mali curam agebant: Turcæ quum civi cedere malebant: quin etiam eò furoris & veſaniæ tunc Ungarus evectus erat, ut graviores Civis, quàm Turcæ reputaret injurias.*

v. Bodin.4.d. Rep.7. p.47. & ſeq.473. Factio etiam potentum noxia: quare *Mecænas Auguſto conſulit, ut duos præfectos prætorii ſibi conſtituat, quò, ſi unus inſidias tendere, alter æmulus Principem cuſtodiat, & illum in fide contineat.*

Dio.l.57.

Philoſophus ille Athenienſis, θεῖος cognominatus requirit, ut *ſervi ſint*
l.6.de LL. pa. 777.c.f.2. μήτε πατριῶται ἀλλήλων, ἀσύμφωνοί τε εἰς δύναμιν, ὅτι μάλιστα: nec ejusdem patriæ; & quàm maximè fieri poſſit, inter ſe moribus & voluntatibus diſſentientes.

Auſon.Eclog. 1.
Ut medium ſi quis vellet de fornice Saxum,
Incumbunt cui cuncta, ſimul devexa ſequentur:
Cætera communemq; trahent à vertice lapſum.

Tò

Τὸ ἀντίπαλον δέος μόνον πιστὸν ἐς ξυμμαχίαν. Mutui metus æqualitas ſocietatem ſola facit fidelem, firmamque conſervat. Thucyd l 3. p. 179. in conc. Mityl.

Et *inter cauſas lapſæ Carthaginenſis eſt ordo judicum perpetuus, idemq; ita concors, ut, qui unum, is omnes judices adverſus haberet.* Liv. 33. c. 32. pr.

Tamen aliqua diſſidia uſui; ſed exigua: Pulcerrimus locus hûc perferatur ex *Plut.* l. 4. d. Rep. c. 5. p. 446. Ageſilai: Addendus *Bodinus:* qui lib. 4. de Rep. c. 7. p. 468. diſſ. *Bella civilia an interdum utilia?* v. Tholoſſan. 23. polit. 9. n. 3 p. 498. B. C.

Nec malè hìc applicaverim Senecæ ſimile: ep. 95. p. 605, a

Societas noſtra lapidum fornicationi ſimillima eſt, quæ caſura niſi invicem obſtaret, hoc ipſo continetur.

Quaſi mutuo, adverſoq; fulta niſu ſubſiſtit. Gell. l 6. c. 1.

Legatur Exemplum egregium ap. *Plut.* in Lycurg. & Ageſilao. p. 47. & 598.

Factionis verò remedia, quod ſint LL. premendæ, neque inſignia ulla, aut diſcrimina nominumque, veſtiumque permittenda: Huc referantur, quæ *de Veneta & Praſina factione* Authores ad Suetonium habent.

Atque hæc talia in ſemine comprimenda, juxta illud, neſcio, cujus Poëtæ:

—— brevibus pereunt ingentia cauſis.

It. *Quæ præbet latas arbor ſpatiantibus umbras,*
Quo poſita eſt primum, tempore virga fuit.
Tunc poterat manibus ſumma tellure revelli:
Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis.

Vel illius inter Satyricos ſecundæ palmæ.

Elleborum fruſtra, cum jam cutis ægra tumebit, A. Perſ. Sat. 3. vſ. 63.
Poſcentes videas, venienti occurrite morbo.

Ἐστὶν ὅτε, καὶ τὸ βραχὺ δεινὸν παρορώμενον, μέγαν, ἀπέτεκε κίνδυνον. Exiguum interdum malum neglectum ingens periculum peperit. Gregor. l. 1, c. 5. p. 13. conf. Tubam. pacis. p 241.

Niſi orientem ignem opprimamus, ingenti mox incendio, cum jam nullam opem ferre poſſumus, ardebimus.

Liv. l. 29. c. 31.

Πρόδηλον, ὡς ἀεὶ τὰ πονηρὰ τῶν ἐθῶν ἄρχεται μὲν ἀπὸ μικρῶν, ἀμελούμενα δὲ, ἰσχὺν μείζω λαμβάνει. Manifeſtum eſt, pravas conſuetudines perpetuo à parvis initiis progredi, tandem neglectas majorem vim acquirere. Polyænus ap. Stobæ. ſerm. 41. p. 244. 23.

Nullum finitur vitium ibi, ubi oritur.
Diutius durant Exempla, quàm authores.

Valer. Max. l. 9. c. 1. Ex. 2. Tac. 4. hiſt. 42.

Perpulcrè quoque Philoſophus: *Ἐν μὲν οὖν ταῖς εὖ κεκραμέναις πολιτείαις, ὥσπερ ἄλλο τι δεῖ τηρεῖν, ὅπως μηδὲν παρανομῶσι καὶ μάλιστα τὸ μικρὸν φυλάττειν.* Ariſt 5. pol. 8. à pr.

Λανθάνει γὰρ ἐπεισδύουσα ἡ παράβασις, ὥσπερ τὰς οὐσίας αἱ μικραὶ δαπάναι δαπανῶσι, πολλάκις γινόμεναι. λανθάνει δὲ ἡ μετάβασις διὰ τὸ μὴ ἀθρόα γίγνεσθαι.

In Rebuspubl. benè temperatis, cum videndum eſt, ſiquid aliud, nè quid contra LL. fiat: tum maximè cavendum, ne id, quod parum eſt, negligatur: neve in re parva peccetur. Occultè enim ſerpit legum violandarum atque inſtitutorum civitatis negligendorum conſuetudo: quemadmodum rem familiarem parvi ſumtus exhauriunt, ſi ſæpè fiant. Non apparet autem commutatio, quia non tota ſimul profuſio fit.

Nicetas Choniates Annal. 5.

Φαύλη τις αἰτία πολλάκις παρεμπεσοῦσα πολλῶν πραγμάτων αἰτιήκει μεταβολὰς, καὶ συμφορὰς ἀπέτεκεν ὑπερόγκους.

Sæpè ex levi cauſa magnæ mutationes ac calamitates ſunt ortæ.

l. 2. c. 27. f. vid Bodin. 3. d. Rep. 7.

Vetandique cætus; ſic nam Livius de Seditione Romana: *creſcere inde malum indies non clamoribus modò apertis: ſed quod multo pernicioſius erat, ſucceſſione, occultisq; colloquiis.*

Iuſtin 20. c. 4. f. de Crotonienſibus.

Trecenti ex juvenibus (Pythagoræ diſcipulis) *cum ſodalitii jure ſacramento quodam nexi, ſeparatam à cæteris civibus vitam exercerent, quaſi cœtum clandeſtinæ conjurationis haberent, civitatem in ſe converterunt, quæ eos, cum in unam domum conveniſſent cremare voluit. In quo tumultu 60. periere ferè: cæteri in exilium profecti.*

Cauſa altera è propinquis *ſeditio*, quæ eſt *multitudinis in Principem aut Magiſtratûs ſubitus & violentus motus:* Cujus Cauſæ: oppreſſio; metus; laxitas nimia; inopia; concitores:

9 pol. c. 3 45.

Catalogum ſeditionum in Imperio Rom. à primis ejus incunabulis ortarum ex hiſtor. texuit *Contzen* Jeſuita.

Liv. 28. c. 27. m.

Hoc ſimile: *Multitudo omnis, ſicut mare, per ſe immobilis eſt*: accommodatur ad Xerxem ap. *Herod.* lib. 7. c. 16. à pr.

Ut mare, quod ſuâ natura tranquillum eſt, ventorum vi agitatur: ſic populus ſua ſponte placatus, hominum ſeditioſorum vocibus, ut violentiſſimis tempeſtatibus attollitur.

Cic. pro Cluent.

Optimus quisq; præſenti ſtatu gaudet: multitudo & quorum res non ex ſententia ipſorum ſunt, omnia novari volunt.

Liv. 35. c. 34. pr.

Liv. 32. c. 38. f.

Nobis concione advocata rogationem promulgavit, unam de Tabulis novis: alteram de agro viritim dividendo, duas faces novantibus res ac plebem in optimates accendendam.

Sall. Catil. c. 12. f. 5. pr.

Ambitioſi: *Gloriam, honorem, Imperium bonus & ignavus æq; ſibi exoptant: ſed ille vera via nititur; hic quia bonæ artes deſunt, dolis ac fallaciis contendit.*

Cleo

Digitized by Google

Cleo maximè pacis conſiliis obſtiterat, eò, quod conſpectiora in pace ſua flagitia, minusq́; fidei ſuis calumniis futurum putabat. Thucyd. l. 5. p. 353. b.

Auctores ſeditionis, turbatis rebus, cum omnia omnes auderent, minus inſignia fore, quæ ipſi feciſſent, exiſtimarunt.

Liv. l.28. c.24. f.

Obærati : *Catilina, quod æs alienum per omnes terras ingens erat, & quod pleriq́; Sullani milites largius ſuo uſi, rapinarum & victoriæ veteris memores, civile bellum exoptabant, opprimundæ Reip. conſilium cepit.* Sall. in Catil. c.16. f.7. p.

Mevius Pudens (Othoni conciliaturus Imperium) *nobiliſſimum quemq́; ingenio aut pecunia indignum, & in novas cupiditates præcipitem allicit.*

Tac. 1. hiſt. 24.

Æs alienum, & deſperatio rerum ſuarum eodem manente ſtatu, præcipites ad novanda omnia agit.

Liv. 42. c. 30. pr.

Cæcina, cum ut peculator accuſaretur, ægrè id paſſus, miſcere cuncta, & privata vulnera, Reip. malis operire ſtatuit. Tac. 1. hiſt. 52.

Vani : *quia in concordia ordinum nullos ſe uſui eſſe vident* (concitatores pop. Rom.) *in mala rei ſe quàm nullius, turbarum ac ſeditionum duces eſſe volunt.*

Liv. 3. c.68. f.

Cujus progreſſus : turbamenta vulgi, ſeu artes impellendi animos; ſpecioſi prætextus; Credulitas vulgi & levitas, audacium ac fervidorum hominum auctoritas : De Catilina *Salluſtius* hæc habet :

Sed maximè adoleſcentium familiaritates appetebat. Eorum animi molles & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut cujusquam ſtudium ex ætate flagrabat, aliis ſcorta præbere, aliis canes atque equos mercari, poſtremo neque ſumtui, neque modeſtiæ ſuæ parcere, dum illos obnoxios, fidosque ſibi faceret. c.14. f.6. m.

India, *poſt mortem Alexandri, veluti cervicibus jugo ſervitutis excuſſo, præfectos ejus occiderat. Auctor libertatis Sandrocotus fuerat : ſed titulum libertatis poſt victoriam in ſervitutem verterat. Siquidem occupato Regno populum, quem ab externa dominatione vindicaverat, ipſe ſervitio premebat.* Iuſt. 15 c.4. m.

Sic Menio objicit Romanis, ſc. *libertatem ac ſpecioſa nomina &c.* Liv. l.35. c.16. pr.

Peſſimus ad ſummos etiam conſcendit honores, cum res diſſidiis & ſeditione laborant.

Xyland. Verſio.

Ut pulegium ipſo brumæ die floret, cum marcent omnia : ita rebus peſſimè vexatis regnant mali, quorum in pace nullus eſt reſpectus. Plin. l.18. c.25. & l.2 45. pr.

Cujus remedia : Maturitas absque cunctatione; Hyperides. Stobæ. ſerm. 44. p.314.27.

ἀρχομένων δεῖ τῶν ἀδικημάτων ἐμφράττειν τὰς ὁδούς. Ὅταν δ᾽ ἅπαξ ῥιζω-

Digitized by Google

ζωθῆ κακία, ϗ παλαιὰ γένηται, καθάπερ σύντροφος ἀῤῥωστία, χαλεπὸν αὐτῆ καταςβέσαι : Incipientibus vitiis, obſtruendæ ſunt viæ. Cum verò ſemel malitia radices egerit, & inveteraverit; ſicut coalita ægritudo, difficilis eſt extinctu.

Tac.3. hiſt.10. Interpp. in placando, vulgo opera:

Talis primus Antonius, in caſtris ſeditioſos coërcens.

Sen. ep.29.pr. *Diluitur Autoritas*, (promiſcua & crebra objurgatione) *nec habet apud eos ſatis ponderis, quos poſſet, minus obſoleſacta, corrigere.*

ap. Tac.1. Ann.47. Ipſius interdum Principis Auctoritas: ſic *Teberius noluit ipſe ire ad Legiones tumultuantes. Quod enim aliud ſubſidium, ſi Imperatorem ſprevíſſent.*

Liv 3. c.11. m. *In Tribunorum contentione cum Senatu, conſules aberant, ne in colluvione rerum majeſtatem ſuam contumeliæ offerrent.*

Cato Min. ap. Plut. in ejus vita p. 868.D. *'Ου καλῶς ἔχει, μεγάλης ἐξουσίας ϗ ἀρχῆς, ὥσπερ ἰσχυρᾶ φαρμάκυ δύναμιν ἐν πράγμασιν ὀυκ ἀναγκαίοις ἐξαναλῶσαι.*

Alienum eſt, magnæ poteſtatis & magiſtratus, ſicut validi vim medicamenti in rebus non neceſſariis exhaurire.

p.Curt. 1.10. c.2. Sic Alex. M. *militum ſeditioſorum audaciam gravi oratione coërcet: deſilit deinde frendens de tribunali, & in medium armorum agmen ſe immittit notatos quoque, qui ferociſſimè oblocuti erant, ſingulos manu corripit: nec auſos repugnare* 13. *aſſervandos cuſtodibus corporis tradidit.* Quis crederet (ſubdit Curtius) *ſævam paulo ante concionem obtorpuiſſe ſubito metu? & cum ad ſupplicium videret trahi, nihil auſos graviora, quàm cæteros, tam effuſam antea licentiam, atq; ſeditioſam militum violentiam ita compreſſum, ut non modò nullus ex omnibus irruenti Regi reſtiterit: verùm etiam cuncti pavore exanimati, attonitis ſimiles, quid de his quoq; Rex ſtatuendum cenſeret, ſuſpenſa mente expectarent.*

ſimilia de eod. Facto Inſtin,12. c.11.

Tac.1. A.25. conf.1. An.18. & ibi Lipſ. not. 116. Ita *ſeditioſi milites, viſo Druſo, trepidabant.*

in ejus Vita. c.4. Vulcatius Gallicanus de Avidio Caſſio ſic habet: *Cum ingens ſeditio in Exercitu exorta eſſet, proceſſit nudus, campeſtri ſolo tectus, &, percutite, inquit, me, ſi audetis & corruptæ diſciplinæ facinus addite. Tunc conquieſcentibus cunctis, meruit timeri, quia non timuit.*

Antigonus Philippi tutor, *cum ſeditione minaci Macedonum, clauſus in Regia teneretur, in publicum ſine ſatellitibus procedit, projectoq; in vulgus diademate ac purpura, dare hæc eos alteri jubet, qui aut imperare illis ſciat, aut cui parere ipſi ſciant: ſe adhuc invidioſum illud regnum, non voluptatibus ac periculis ſentire. Commemorat deinde beneficia ſua, quorum ſi illos pœniteat, deponere Imperium: Ipſi Regem quærant, cui imperent. Populus pudore motus, recipere eos Regnum jubet, & ſeditionis authores ſupplicio tradit.*

Iuſt.l.28.c.3. pr.

Forte aliquod factum terret, nam

Laſcivit magis plebs, quàm ſævit.

Le-

Levi re ſedatur : *parva pluvia magnum ſedavit ventum.* vid. *Syrac.* 28. v. 14. Eraſm. in adag. p. 1565.

Si tamen ſeditio coaluit, & fortis eſt,
vel bello, vel vi lentâ comprimenda;
Audi vaticinium Mneſarchi Athenienſ. Filii: Eurip. in Oreſt. p. 61. p.

ὅταν γὰρ ἡβᾷ δῆμος εἰς ὀργὴν πεσὼν,
ὅμως ὥστε πῦρ κατασβέσαι λαβρὸν,
εἰ δ' ἡσύχως τις αὐτῷ ἐντείνοντι μεν
χολῶν ὑπείκοι καιρὸν εὐλαβούμενος,
ἴσως ἂν ἐκπνεύσειεν. ὅταν δ' ἀνῇ πνοάς.
Τύχοις ἂν αὐτοῦ ῥαδίως ὅσον θέλεις.
ἔνεσι δ' οἶκτος ἔνι δὲ θυμὸς μέγας.
Καταδοκοῦντι κτῆμα τιμιώτατον.

Quando enim populus in iram prolapſus æſtuat,
Non ſecus, quàm ignis furens ſopiri poteſt.
Si quis autem paulatim commoto ceſſerit,
Remittens habenas ac tempori ſerviens,
Forſan expiraverit. Quando autem ſpiritus remiſerit,
Utêris eo facilè pro arbitrio.
Ineſt quippe ei miſeratio, ineſt magna ira.
Obſervanti tempus, res longè pretioſiſſima.

Disjunctio: Seditionis, compreſsâ populi concordiâ, diremtæ exemplum vid. ap. Joan. *Zonar. tom. 3. p. 51. 161. in vit. Imp. Juſtinian.*

Illecebræ; & verba ac promiſſa:

Specioſa verbis, re inania. Tac. 1. A. 84. & 82.

Exemplo Tiberii.

Vitellio Imperium largitionibus lacerante, vulgus ad magnitudinem beneficiorum aderat: ſtultiſſimus quiq; mercabatur pecuniis : apud ſapientes caſſa habebantur, quæ neq; dari, neq; accipi, ſalva Rep. poterant. conf. Plut. in præceptis gerendæ Reip. p. 812. d. 1 vid. tot. illum loc. Tac. 13. hiſt. 55

Sic *Romæ in annonæ caritate multi veniſſe tempus premendæ plebis putabant, recuperandiq; jura, quæ ex torta ſeceſſione ac vi patribus eſſent.* Liv. l. 2. c. 34. m.

Quod ſi quid hîc maculæ, eluendum Clementiâ:

Multa crimina ſæpè concedi ſolent :

Majoris tumultus ſeditionisq; vitandæ cauſa, (quod ferè poſt bella civilia evenit) *quæ pacatis rebus interdum aut puniuntur, aut remittuntur : Sylla quamvis lege à ſe lata de ſicariis & veneficiis, eos excepiſſet, qui Marianos interfecerant, vel ob relata civium Romanorum capita, ex lege proſcriptionis pecuniam ex ærario acceperant, & quamvis acta omnia Syllæ Senatus approbaſſet: Figulo & L. Cæſare Conſulibus Julius Cæſar in exercenda de ſicariis quæſtione aliquos etiam, ut qui Lucretium occiderant, Scipionum numero habuit : alii contra, ut tum Catilina, abſoluti ſunt.* Hæc ex Ærod. rer. Judicatar. c. 2. tit. 21. n. 8. p. 344.

Quod

Quod ſi objicitur, *fidem publicam, ideóq; impunitatem his, quibus ſemel ſit permiſſa, cuſtodiendam eſſe: Reſpondendum eſt, ipſum quoq; Jus, LL. ac Remp. ſuas habere formulas, quibus quaſi à Prætore, quod vi, metusvé causâ, reſtitui poſſit.*

Tac. Ann. 1. 129. 130. Pœna igitur in Concitores: Ita *Druſus à Tiberio miſſus, ſeditionis ſedandæ causa, ſeditionis authores tolli, & corpora jubet abjici extra vallum oſtentui: & ut quiſq; præcipuus turbator, conquirit.*

v. Ticcart. obſ. dec 51. c. 5. Amir. 2 d. 9. Omiſſio tamen ulterioris inquiſitionis ultimum eſto remedium, *Exemplo* Michaëlis Balbi, ex *Zonar.* quod annotat. ſupra.

Clapm. 4 c. 14 Bodin. 4. d. Rep 7. v. Eurip. in ſuppli-cib act 2. p. 285. f. & imprimis Bodin. 2. d. Rep. 5. c. 30. Tertia inter Civ. Bell. cauſas propinquas, *Tyrannis*, cujus deſcriptio: *Violentum unius Imperium, præter mores & LL.* Vis ergo Tyranno adhæret & terror: & ſpecie aliqua Legum, evertunt Leges: *Galgacus in ſua ad Britannos oratione pronunciat de Romanis, orbis raptoribus, auferre, trucidare, rapere falſis nominibus Imperium.* &c. Tac. in Agr. c. 38.

Confer hic Dio. l. 58, pr. *NB.* Camer. cent. 3. c. 58. *Amirat.* 4. diſc. 11. Clapmar. 5. d. Arc. Imp. c. 15. Bodin. 5. d. Rep. c. 3, Gerard. 6. QQ. quæſt. 4.

Et habent huic rei Tyranni delatores: conſul. *Antimachiav.* l. 1. theor. 2.

Xenophon. in Hieron. p 719 Ad. Herod. l. 3 p. 85. c. 80. Gruter diſc. 14. in Tac. part. 2. p. 115. Tuentur malos: *Tyranni* enim *metuunt fortes, ſapientes, juſtos.*

Imò etiam averſantur Doctos, Scriptores & Scripta:

Virtutem ipſam exſcindere concupiſcunt.

Tac. 16. A. 21. p. 297 c.

Pelias Rex Jaſonem Theſſalum, propter inſignem, periculoſamq; regno ſuo virtutum perditum cupiens, denuntiatâ militiâ in Colchos abire jubet, pellemq; arietis memorabilem gentibus reportare, ſperans interitum viri, aut ex periculis tàm longæ navigationis, aut ex bello tàm profundæ barbariæ.

Iuſtin. 42. c. 2. m.

Tac. 2. A. 82. *Diſplicent regnantibus civilia vitiorum ingenia.*

Plin. in Paneg. p. 55. c. 68. *Cum à malo Principe, tanquam ſucceſſor timeatur, quisquis eſt dignior, cum ſit nemo non dignior, omnes timentur.*

Senec. d. vit. beat. c. 19. *Alienam virtutem delictorum ſuorum exprobrationem indicant.*

Liv. l. 35. c. 43. p. *Multa ingenia tàm prona ad invidiam ſunt, quàm eorum, qui genus ac fortunam ſuam animis non æquant: quia virtutem & bonum alienum oderunt.*

in Paneg. c. 44 Sed Plinius de Trajano: *Amas conſtantiam civium, rectoſq; ac vividos animos, non ut alii, contundis ac reprimis, ſed foves ac attollis.*

& c. 62. m. Iterum alibi de eodem: *Sibi accreſcere putat, quod cuiq; aſtruatur, nullamq; in eo gloriam ponit: quod ſit omnibus major, niſi maximi fuerint, quibus major eſt.*

in Agr. c. 2. f. 452. C. Taciti locus hîc à Lipſio citatus integer ſic eſt: *Legimus, cum Aruleno ruſtico, Petrus Thraſea, Herennio Senecioni, Priſcus Helvidius laudati eſſent capitale fuiſſe, neq; in ipſos modò authores, ſed in libros quoq; eorum ſævitum, de Legato Triumviris miniſterio, ut monimenta clariſſimorum ingeniorum in Comitio ac foro urerentur. Sc. illo igne vocem populi Rom. & libertatem Senatus & conſcientiam generis humani aboleri arbitrabantur, expulſis inſuper ſapientiæ Profeſſoribus, atq; omni bona arte in exilium actâ, ne quid uſus honeſtum occurreret, adempto per inquiſitiones etiam loquendi, audiendiq; commercio. Memoriam quoq; ipſam cum voce perdidiſſemus, ſi tam in noſtra poteſtate eſſet oblivíſci, quàm tacere.* iraſ

Digitized by Google

ἔνεστι γὰρ πως, τοῦτο τῇ τυραννίδι | Νόσημα τοῖς φίλοισι μὴ πεποιθέναι. Æſchyl. Prometh. v. 22e
Nam ineſt ſuo quodammodo Tyrannidi iſte | Morbus, ut non fidem habeant amicis.

Imp. Commodus: *Senes univerſos & reliquos paternos amicos è medio tollere decreverat, quod eos graves facinorum ſuorum inſpectores habere puderet.* Herodian. l. 1. p. 27. pr.

Domitianus *inimicas vitiis artes* (verba ſunt Plinii) *non odio magis, quàm reverentiâ relegavit.* Tac. Agr. c. 2. v. Plin. Paneg. c. 47. pr. Id. ep. 24. vid. Camer. cent. 3. c. 25.

Hæc facta Tyrannorum: qui fructus acerbi; ſunt enim in omnium odio; omnes viciſſim metuentes. Conſcientiâ ſuâ premuntur:

Tortori & ſuus eſt laniato in pectore tortor.

Conſ. Plut. l. 9. d Rep. Sen. ep. 109. f. præcipuè verò Lipſ. Conſt. l. 2. c. 14. Gruter. diſc. 19. in Tac. part. 2. p. 78.

Quis autem exitus? raro incruentus.

vid. Gerard quæſt. pol. dec. 10. quæſt 9. Camerar. cent. 1. cap ult. p. 472. f. & ſeq.

Remedia Tyrannidis à Tyrannicidio, de quo an licitum ſit, diſputatur:

Sic Tacitus: *Occiſus Cæſar pulcherrimum facinus. Mamertini Hipponem Tyrannum liberis ex ludo literario in Theatrum, ad ejus ſupplicium velut pulcherrimum ſpectaculum ductu, flagris cæſum necaverunt.* 1. Ann. Plut. in Timoleont. p. 252. D. E.

Conf. Xenoph. in Hier. 718 l. 40. vid. quoq; Amirat. l 19. diſc. 10. præprimis verò Bodin. ſæpè cit. l. 2. d. Rep c. 5. add. Steph. Iun. Brut. in Vind. contra Tyrannos. q. 4. ſub fin. p. 188. & ſeqq.

R. à tolerantia, quæ gravibus argumentis commendatur: Quia Deus immiſit. *Regicidii fataliter puniti exempla* collegit *Forſtn. axiom. pol.* 94. vid. Baud. in Orat. ad Stud. tumult. p. 116. & ſq.

Nec temerè ſanguis regius violandus; ſic David: *Propitius mihi ſit Dominus, ut non mittam manum meam in unctum Domini.* 1 Sam. 24. v. 7. add. Gruter. diſc. 3. in Tac. part. 1. p. 19.

Darius *contra Beſſum parricidam, à quo confoſſus relinquebatur, Alexandri fidem implorans, ei nuntiari juſſit: ultionem ſceleris erga ſe perpetrati, non ſolum ſuâ, ſed exempli, omniumq; Regum causâ non negligere, illi cum decorum, tum utile futurum.* Curt. l. 5. c. fin.

Id. Darius dicit: *Falli eos, qui proditionis ab Alexandro præmium expectent. Violatæ fidei neminem acriorem fore vindicem, ultoremq;.* eod. lib. c. 12. pr.

Privatim rarò id benè ceſſit: Sic *Claudius Centuriones è conjuratis in Cajum interemit, exempli cauſa.* in Suet. c. 11.

Et Domitianus *Epaphroditum, ut oſtenderet, ne bono quidem exemplo audendam Patroni necem.* ib. c. 4.

Nimirum Principes ſolenniter puniendo Principum interfectores ſe muniunt & tuentur. Hæc ex Lipſii Not. 88. ad l. 1. Hiſt. Tac. Add. Clapm d Arc. Rerump. l. 3. c. 17. & Bod. 2. d. Rep 5. p. 215 c. d. Amir. 17. d. 17. Caſus Sph. 4. c. 10. & 5. c. 10. It. Amir 17. diſc. 19 c. ult. Iun. Brutus in vindic. quæſt. 3. f.

Oedipus hoc ita pulchrè ap. Sophoclem, ubi ait, velle ſe exequi & punire Laji cædem: ὅστις γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανὼν, τάχ' ἂν
Καὶ αὖ τοιαύτῃ χειρὶ, τιμωρεῖν θέλοι
Κείνῳ προσαρκῶν οὖν, ἐμαυτὸν ὠφελῶ.

Nam quisquis ille eſt, Lajum qui occiderit,
Is dextra eadem me quoque auſit aggredi.
Cum vindico igitur hunc, meipſum munio.

Publicè minus: Rara namq; *ea molles convelli, ſine convellentium exitio poteſt.* Tac. (4. hiſt. 74

Hoc loquendi modo *Seneca: Ira affectus eſt, non ſine pernicie ſua pernicioſus, & ea deprimens, quæ mergi niſi cum mergente non poſſunt.* 3. de Ira c. 3.

 Fa-

Digitized by Google

Factiones ex eo, diſſidia & bella inteſtina:

v. Grut. diſc. 3. in Tac. Amiſ. 2. de Rep. 2. p. 116. & ſeq. — *Quid tu ergo melius ferre, quàm auferre.*

Joh. *Owenus* ad Henr. Principem:

Lib. 1. Epigr. 28. — In Regi —— cidas. S.

Si manus offendant te dextrâ, abſcindito dextram;

vid. Marc 9. v. 43. 45. 47. — *Offendat ſi pes, abjice; Chriſtus ait.*

Corpus in errorem dexter ſi ducat ocellus,

Ipſe oculus peccans effodiendus erat.

Qualibet abſcindi pars corporis ægra jubetur:

*Excipiunt Medici, Theologiq́; C*APUT.

Juſtin. 38. c. 8. m. — *Populus Alexandrinus ſævitia Ptolomæi Regis Ægypti territus in diverſa labitur, patriamq́; metu mortis exul relinquit! Solus igitur in tanta urbe cum ſuis relictus Ptolomæus, cum Regem ſe non hominum, ſed vacuarum ædium videret, edicto peregrinos ſollicitat.*

Anth. Bonifacius rer. Ung. dec. 4. l. 3. p. 588. 20. — Nam ſubditorum eſt parere: *Cum pleriq́; Procerum Ungarorum in ſuum Regem Matthiam Corvinum conſpiraſſent, Michaëlem Orſagh, virum prudentiſſimum, improbatis eorum conſiliis, illud non minus in corde, quàm ore verſaſſe: quemq́; ſacrâ Coronâ coronatum videris, etiamſi bos fuerit, adorato, & pro S. Rege ducito & obſervato.*

Sen. d. conſt. Sap. c. 9. — *Sapiens omnia ſic patitur, ut hyemis rigorem, & temperantiam cœli, ut fervores, morbosq́;, & cætera fortè accidentia.*

l. 44. — Dio Caſſius Ciceronem ita loqui facit, ubi Amneſtiam ſuadet poſt cædem Cæſaris: ὥστε τὰ μὲν γεγεννημένα ταῦτα χαλάζης τέ τινος καὶ κατακλυσμοῦ τρόπον συμβεβηκέναι νομίσαντες, λήθῃ παράδοτε.

Itaque hæc præterita, grandinis aut nimbi modo eveniſſe exiſtimantes, oblivioni tradite.

Senec. 2. d. Ira c. 30. — *Rex ſi nocentem punit, cede Juſtitiæ: ſi innocentem, cede Fortunæ.*

Id. l. 3. d. Ira c. 16. — Siquidem *omnis indignatio in tormentum ſuum proficit, & imperia graviora ſentit, quo contumacius patitur. Sic laqueos fera dum jactat, aſtringit: ſic aves viſcum dum trepidantes excutiunt, plumis omnibus illinunt. Nullum tàm arctum eſt jugum, quod non minus lædat ducentem, quàm repugnantem. Unum eſt levamentum malorum ingentium,* PATI, *& neceſſitatibus ſuis obſequi.*

Lipſ. Miſcell. cent. 2. ep. 43. — Itaq; à Deo & *à Fato ejus pendeamus, certè ſubire ſortem omnem, quam ille dabit, patienti cervice. Calcitrones iſti & refractarii equi, hoc conſequuntur, ut verbera etiam aliquot excipiant, nec excutiant tamen jugum. Omne levius omne malum fit leniter ferendo. Qui interpretando auget, qui velut ſcalpit ſuum ulcus; facit, quod onus ad onus ſibi addunt.*

Plaut. Moſt. act. 4. ſc. 1. verſ. 26. — Modeſtia Reges mitigat: *Ut ſervi volunt eſſe herum, ita ſolet eſſe: Bonis boni ſunt, improbi, qui malus fuit.*

Curt. l. 8. — *Obſequio mitigantur imperia, & ſumma imis confundimus, ubi opus eſt, ut vim repellamus, & ubi reverentia exceſſit animis.*

ap. Bonfin Decad. 4 in f. 1. — Joannes Varadienſis Antiſtes in Oratione Gratulatoria ad Uladiſlaum Regem Ungariæ: *Unum te latere non poſſumus, quàm bellicoſæ, aſperæq́; gentis habenas capias; Ungarum non indulgentia, ſed ſeveritate molliri, non clementia & impunitate, ſed virga ferrea, (Apocalypſi 12. v. 15.) in obſequio retineri.* In-

Digitized by Google

Interrogatus quiſquam, *quid ita Sparta floreat? Non tàm quod Reges ἀρχικοὶ,* Plut. 221. E. 816. E.
quam Subditi πειθαρχικοί.

Hujus loci eſt adagium: *Parit puella, etſi malè adſit viro.* Eraſ. adag. 581

Contumacia verò exaſperat & prælatio nimia libertatis: quia *temeritas* Sen. 1. Clem. 1
hominum & contumacia ſæpe tranquilliſſimis pectoribus quoq; patientiam extorſit.

Domitiani natura præceps in iram, moderatione, prudentiaq; agricolæ leniebatur: Tac. in Agric.
quia non contumacia, neq; inani jactatione libertatis, famam, fatumq; provocabat. c. 42. f. 466. B.

Quapropter *adhibe rationem difficultatibus: poſſunt & dura molliri & anguſta la-* Sen. d. tranq. c. 10. conſ.
xari, & gravia ſitè ferentes minus premere. (Miſc. ep. 4. Grut. diſc. 4.

Reges ut fulmina ſunt: dura frangunt, mollibus plerumq; illæſis. Lipſ. cent. 1. in Tac. part. 2. p. 25.

In ultimo propè deſperatæ Reip. auxilio ferendo, honeſta utilibus cedant. Liv. l. 23 c. 14.

Athenienſibus imminente periculo belli, major ſalutis, quàm dignitatis cura fuit. Iuſt. l. 5. c. 3. pr.

Chryſipp. interrogatus, *cur non adminiſtraret Remp.? Quia, ſi malè,* inquit, *Diis diſ-* ap. Stob. ſerm.
plicuero: ſi benè, civibus! *Pars multo maxima imminentes dominos rumoribus differebat.* 43. Tac. 1. A.

Qui odit magna potentia impotenter uſos; idem faciet, cum idem poterit. Multorum, quia Senec. ep. 42
imbecillia ſunt, latent vitia: non minus auſura, cum illis explicandæ nequitiæ deſunt. Sic tuto ſerpens etiam peſtifera tractatur, dum riget frigore. Non deſunt tunc illi venena, ſed torpent. Multorum crudelitas ambitio & luxuria, ut paria peſſimi audeat, fortunæ favore deficitur. Eadem velle illos cognoſces: da poſſe, quantum volunt.

Τὸ παρὸν τῆς ἀρχῆς βαρὺ διὰ μῆκος ἐξουσίας. Herodian. l. 6.

Muſonius: Τί προβαλλόμεθα τυράννους μακρῷ χείρονες αὐτῶν καθεστῶτες. τὰς γὰρ ὁμοίας p. 140. f.
αὐτῶν ἔχομεν ὁρμὰς, ἐν ταῖς οὐχ ὁμοίαις τύχαις: Cur Tyrannos abjicimus & damnamus, ipſi longè iis deteriores? Nam impetus, affectusque eosdem habemus, etſi in diſſimili fortuna.

Malum eſt, dicit poſſeſſor, & cum receſſerit, tunc laudatur. Prov. 20. v. 14.

Falſo Nerone ſe proferente, multi adhæſerunt, rerum novarum cupidine & odio præſentium. Tac. 2. hiſt. 8.

Spes cuiq;, novandi res ſuas, omni præſenti ſtatu blandior eſt. Liv. 35. 17. f.

Contra ap. Tac. *Nobiles tuta & præſentia, quàm vetera & periculoſa malebant.* 1, A. 2.

Irene ap. Nicetam Choniatem inquit: Δεῖ βασιλέα μὲν οὐκ ἀπόντα ζητεῖν· in Ioh. Comm.
παρόντα δὲ μὴ μετακινεῖν. Nec Imperator qui abſit, quærendus, nec qui adſit, p. 13. f.
pellendus eſt. Tiberius dicebat identidem, *oderint, dum probent.* Suet. Tib. c. 59 f.

Contra Caligula Tragicum illud ſubinde jactabat: *Oderint, dum metuant.* (30. Id. in Calig. c.

Ferant præſentia, ſpe meliorum: *Noviſſimum quodq; malum maximè tolerabile* Liv. l. 23. c. 5. f.

Verùm, *Tyrannorum acta injuſta, poſt eorum obitum, ſunt reſcindenda.* Bodin. 2. d. Rep 5 Clapm. 3. d. arc. Imp. 17.

Bellum iſtud civile declinandum, an ſequendum ſit bono viro? rationibus in utramq; partem allatis. Quietem ratio, & exempla ſuadere videntur. Illa quidem, quia ipſum malum; & finis in eo malus, ſic Tac. in Orat. Cerial. 4. hiſt. 73. f.
Libertas & ſpecioſa nomina prætexuntur: nec quiſquam alienum ſervitium & dominationem ſibi concupivit, ut non eadem iſta vocabula uſurparet.

Ita Thucyd. de ſeditione Corcyræorum: *Hi ſeptem dies abſumſerunt, interficiendo eos, quos inimicos ſibi credebant. Criminis quidem apertè dabant, quod illi popularem* L. 3 p. 226 d.

 ſtatum

Digitized by Google

ſtatum diſſolvere vellent; cæterum alii privatarum inimicitiarum cauſa, alii ob pecunias creditas à debitoribus tollebantur.

Id.p.229. b c.

Præcipuè verò de ead. ſeditione: *Horum omnium cauſa fuit Potent. ab avaritia, & æmulatio ab ambitione: Nam qui rerum in civitatibus potiebantur, ſpecioſum utriq; præ ſe titulum ferentes* (μετ' ὀνόματ⊙ ἑκάτερα εὐπρεποῦς) *libertatem hi multitudinis exæquandam, illi optimatum moderatum, ſobriumq; Imperium: Rempubl. cuius ſe curam agere ſimulabant, præmii loco in medio poſuerunt.* (τὰ μὲν κοινὰ λόγῳ θεραπεύοντες ἆθλα ἐποιοῦντο)

Liv l.2. c.27.

Quoad Exempla: *Servilius Conſul medium ſe gerendo, nec plebis vitavit odium, nec apud Patres gratiam iniit.*

Herodor. in Vran.

De Athenienſibus, nolentibus certare cum Spartanis de Imperio, ne Græcia periret: στάσις ἔμφυλ⊙ πολέμου ὁμοφρονέοντ⊙ τοσούτῳ κακόν ἐστι ὅσῳ πόλεμος εἰρήνης. Inteſtina ſeditio tanto deterior eſt bello, quod concorditer geritur; quantò bellum deterius eſt pace.

v.Fr.Patric.l 1 tit.13.d.R &c. v.Plut. in Sol. p.89. Gallias ap.Clem.l.6. Strom. NB.de illa Solon.diſp. in utramq; part. Bod.4.d.Rep. 7.p.486. in praxe Pol. longius à f. p. 823.f & ſeqq. Tac.2.hiſt 18. conf. Grurer. diſc.part.2. p. 193. totumq; illum diſc. Liv.l.24 c.8 m in Paneg. Max. & Conſt.c.10. Sen. ſic exordit.7. d. Benef.1. Cic 5.Phil.14. m.467.b 8.m. Tac.2.hiſt.28.

Id quod etiam ex parte diſſertatio Philoſophorũ Pharni & Stalii evincit.

Et plura reperies. Tamen altrinſecus; Eſt enim boni, bonos ſequi: & Solon Lege etiam Medicos iſtos quietosq; ſubmovit, Μετὰ μαινομένων φασὶ χρὴ μαίνεσθαι πάντας. Cum inſanientibus, ajunt, oportere omnes inſanire.

ὁ μαινομένοις μὴ συμμαινόμεν⊙, οὗτ⊙ μαίνεται. Qui cum inſanis non inſanit, is inſanit. Sive, ut alius inquit, qui inter inſanos ſolus ſapere cogitat, omnium maximè inſipit.

Sic Cicero ad Atticum: *Ego verò Solonis Legem negligam, qui capite ſanxit, ſi quis in ſeditione non alterutrius partis fuiſſet, is domo, patria, fortunisq; omnibus extorris eſto.* Lib.10. ep.1.

Plut. tamen hanc Legem improbat: *Fit temeritatis alienæ comes Spurinna coactus, mox velle ſimulans, quo plus auctoritatis ineſſet conſiliis, ſi ſeditio miteſceret.*

ἐκ γῆς χρὴ καθορᾶν πλόον | εἴ τις δύναιτο, καὶ παλάμην ἔχει.
ἐπεὶ δὲ κ' ἐν πόντῳ γένηται, | τῷ παρεόντι τρέχειν ἀνάγκη.

Ex terra oportet videre navigationem, | Si quis queat & artem habeat.
Poſtquam autem in mari fuerit. | Præſenti utatur curſu neceſſe eſt.

Quilibet nautarum, vectorum tranquillo mari gubernari poteſt: Ubi ſæva orta tempeſtas eſt, ac turbato mari rapitur vento navis, tum viro, & gubernatore opus eſt.

Incertus author ita Maximinianum alloquitur: *Redde te gubernaculis Reip. & quoniam tranquillo mari portũ intrare properaſti, vade per fluctus, Reip. quidem unc. ſollicitus, ſed tua majeſtate ſecurus.*

Finitur, bonum, mi liberalis, habeas animum:

In manibus terra. Non hic te carmine longo, Atque per ambages & longa exorſa tenebo.

Reliquias (hæc pars) *cogit: & exhauſta materia, circumſpicio, non quid dicam, ſed quid non dixerim.*

Civilis diſcordia pactione, quæ ſuadetur, *cum ſapientia id potius extinguendum, quàm armis & ferro res in diſcrimen adducenda,*

Et victoria, quæ vix hic plena conducit, niſi conſilio valde regatur, & authores motuum tollantur, inſtrumentaq; i.e. milites removeantur, ſic *Valens militari aſtu cohortes turbidas, ac, ſi una forent, prævalidas, diſpergit.*

Salluſt. l. 2. hiſt. in fragm. p.83.m. Tac.2.A.44. Xiphil.in Marco p.279.A.

Ita *diſcordiæ & certaminis utrinq;* (inter Patres & plebem) *finis fuit ſecundum bellum Punicum.*

Suevi vacui externo metu, arma in ſe verterant.

Nec audiendum ſanguinariæ hirudines: *Cum Caſſius Imperium invaderet, M. Antonium Phil. Imperatorem, Antoninus eum ſibi in manus dari optavis, non ut interficiat, ſed ut ignoſcat: hæc enim ſola inquit, ex malis præſentibus foret utilitas, ſi poſſem, re optimè confecta, oſtendere cunctis hominibus, nos quoque bellis civilibus benè uti poſſe.* (ὅτι καὶ ἐμφυλίοις πολέμοις ἐστὶν ὀρθῶς χρήσασθαι)

Capitol. in ejus vit. c.9.

Ideò decus Regum SERVATI GRATIA CIVIS. Imp. Anton. Pius Scipionis ſententiam frequentavit, quã ille dicebat: *Malle ſe unum civem ſervare, quàm mille hoſtes occidere!*

PARS

Digitized by Google

iv.l.2.c.55. in f.

d.l.1.c.49.pr

Zonar. tom.2 f.10.2.ex Plutarchi Numa.

BIBLIOTECA NAZIONALE V. EMANUELE

Digitized by Google

ſtatum diſſolvere vellent; cæterum alii privatarum inimicitiarum cauſa, alii ob pecunias creditas à debitoribus tollebantur.

Id.p.229. b c.

Liv l.2. c.27.

Herodot. in Vran.

v.Fr.Patric.l tit.13.d.R &c v.Plut. in Sol p.89. Gallia ap.Clem. l. 6 Strom. NB.de illa Solon.diſp.in utramq; part Bod.4.d.Rep 7.p.486. in præo Po longius à f. 823.f & ſeq: Tac.2. hiſt conf. Gruter diſc.part.2. 193. totumq illum diſc. Liv.l.24 c.8 inPaneg.Ma &Conſt.c.1 Sen.ſic exc dit.7. d. Benef.1. Cic.5.Phil.1 m.467.b.8. Tac.2.hiſt..

Salluſt. 1 hiſt. in frag p.83.m. Tac.2.A.4. Xiphil.inN co p.279.

Capitol. ejus vit. c.

PARS ULTIMA
CYNOSURÆ
AUGUSTI ET AUGUSTÆ
DE
PRIMA STELLA.
MAJESTATIS.

DUplicem Arcton meam de Natura Regni, Imperii &c. & populi ſupra ſignavi, ad quam flectendi identidem oculi: jam audacter vela do, & undoſum mare ingredior præceptorum. Ea hoc ordine diſponam, ut quæ juvant, firmantq; Regnum, Rempubl. &c. præmittam; ſubjungam aut potius conjungam, quæ lædunt & perdunt.

Quatuor igitur ſunt, quibus Auguſtus vel Princeps &c. in Auguſto Throno, Imperio &c. confirmatur & infirmatur, VIS & VIRTUS; itemq; VIS & VITIUM: de quibus ſingulis nunc ſigillatim.

Vim in juvante parte I. pono, & intelligo PRÆSIDIUM, QUOD PRINCEPS &c. UTILITER ADHIBET AD SE TUENDUM AUT REGNUM &c. Id ferè duplex, Milites & Munimenta. Illi iterum duplices, CUSTODES, velut tutela propria, *parùm enim tuta Majeſtas ſine viribus.* Liv.l.2.c.55. in f.

Tarquinius Superbus, conſcius, malè quærendi regni, ab ſeipſo adverſus ſe exemplum capi poſſe, armatis corpus circumſepſit. Neq; enim ad jus regni quicquam præter vim habebat, eò accedebat, ut in caritate civium nihil ſpei reponenti, metu regnum tutandum eſſet. Id.l.1.c.49.pr.

Numa tamen *Rex cuſtodiam corporis amovit. Nec enim decere ſenſit, iis, diffidere, qui ipſi fiderent; neq; diffidentibus imperandum eſſe.* Zonar. tom.2. p.10.2.ex Plutar. hi Numa.

οὐ γὰρ δεῖν ἀπιστεῖν πιστεύουσιν ἔλεγεν, οὐδὲ βασιλεύειν ἀπιστούντων ἠξίου.

Laudandum experientiâ conſilium eſt *Panſæ atq; Hirtii*, qui ſemper prædixerant Cæſari, *ut Principatum armis quæſitum, armis teneret.*

Vellejus Paterc. l. 2. c. 57.

Ille dictitans, mori ſe, quàm timere malle, dum Clementiam, quam præſtiterat, expectat, incautus ab ingratis occupatus eſt.

Gregor. l. 9. c. 5. p. 278.

Δορυφόρους καὶ πελεκυφόρους ἔχειν εἰθίσαι τοῖς βασιλεῦσι διὰ τὸ ἐπίφθονον τῆς ἀρχῆς.]

Satellites & bipenniferos habere, mos Regibus eſt propter invidiam Imperii.

Imperator Andronicus Junior usq; adeò Deo fretus erat, & fiduciâ plenus, ut maxima ex parte ſine cuſtodia ageret, & ſine Imperatoriis ſatellitibus: ſæpè etiam eos, quos retia & laqueos, contra ſe inſtruere ſciret, in easdem ædes admitteret, & menſæ adhiberet. Dicebat enim, Vitam hominis in manu Dei eſſe poſitam: à quo ubi ejus deſtructio permittatur, tunc omnibus periculis patere fores.

Greg. ſub fin.

(Ἀνθρώπου ζωὴ τῇ χειρὶ τοῦ θεοῦ συνέχεται, καὶ ὅταν ἐκεῖθεν συγχωρηθῇ τὰ τῆς λύσεως, τότε καὶ πᾶσι κινδύνοις ἀνέῳγε θύρα.)

Mamertinus in laudatione Juliani:

Arma & Juvenes, cum gladiis atq; pilis, non cuſtodiæ corporis ſunt, ſed quidam Imperatoriæ Majeſtatis ſolennis ornatus. Quid enim iſtis opus eſt, cum ſis firmiſſimo muro civici amoris obſeptus?

Satellitum & δορυφόρημα tyrannicum, veram vocem dicuit olim Socrati, ita monenti Dionyſium:

ὑποπομποὶ, καὶ ῥαβδοῦχοι, καὶ κήρυκες, καὶ θρόνων ὑψηλοτάτων ἐπιζεύξεις, φιλοσοφίας εἰσὶν ἀχλὺς, καὶ διαιρετικώτατος πέφυκε τῶν ἀρετῶν χωρισμὸς &c.

Neq; ſibi vitam tanti, ſi armis tegenda foret, ſcribit de ſuo Principe Tacitus 6. Ann. 2.

Et Ordinarii Milites, manusq; aliqua grandior (pro viribus & modo Regni Imperii &c.) ad ſubita caſuum aut bellorum. Grande momentum in hoc præcepto: Νεῦρα τῆς ἡγεμονίας τὰ χρήματα. Nervi Imperii pecunia.

Mucianus ap. Dion. in veſp.

Quod ipſum tamen quidam, improbi quidem, ſed magni ingenii vir pernegat, & *milites potiùs nervum eſſe belli* ſtatuit.

Machiavell. lib. 2. Comment. 10.

Viam emergendi ex ancipiti hoc Sententiarum conflictu ſuppeditabit diſtinctio *inter cauſam principalem ad gerendum bellum, quæ videtur eſſe militum fortitudo: & accidentalem, quæ poteſt eſſe pecunia.*

Bernegg. Q. Miſc 208, ſub fin.

Quoad Cuſtodes add. Keck. diſp. 34. quæſt. 5. Bodin. l. 4. d. Rep. c. 1. p. 376 cum ſeq. Caſ. 3. Pol. 11. Gerar. dec. 3. quæſt. 9. Clapmar. d. arcan Imp. 3. c. 14.

At munimenta uſurpari poſſunt duplicia, Arces, & Coloniæ.

Illæ

Digitized by Google

Illæ *liberorum populorum compedes.*

Bellerm. diſſ. 84.

Hicet verò ad exiguum morum validæ; fragilis tamen ad communem & magnum.

Quantumvis in finibus & arcendis hoſtibus haud aſpernandæ:

In Mediterreis & contra cives valdè. *Quarum multitudo, quantum obſit regno demonſtrat* ſagax ille Euphormio. Barcl. in Argenide l. 3. p. 207 m. & ſeq edit. Argent.

> *Imperator Nicephorus Phocas, Conſtantinopoli Regiam muro, coronæ inſtar circumdedit, id, quod civibus imprimis moleſtum fuit, arcem & caſtellum Tyrannicum contra ſe extructum judicantes.* Zonar. tom. 3. p. 163. 10.

An autem *Urbes mœnibus firmari expediat?* diſſerit Piccartus. Dec. 13. c. 2.

Itemque, *præſtetne arces in planis, an montoſis locis collocari?* præter Al.

Præferendæ verò arcibus Coloniæ, quæ ferè conſtant externis, (quibus cum indigenis haud facilis conſpiratio) nec uſurpandæ temerè, niſi in externos, aut recens domitos: quare urbs eſt, quæ ob indigenarum inopiam novis cultoribus impletur, aut aliunde deportatis oppidanis, nova extruitur; hinc deducimus Colonias. præalleg. Beregg. 2. miſc. 196 huc refer. al. qq. tr. à Chr. Prætor. ſub cap. 2. pol. &c.

Ita de Britannis, Prudentiæ Politicæ Magiſter, *quod ipſam Coloniam invaſerint, ut ſedem ſervitutis.* Tac. in Agr. c. 16. f. 457. c.

> plura v. ap. Auth. in admir. l. 1. c. 6. f. & in conſt. l. 2. c. 23. f. conf. quoque Tholoſſan. l. 3. c. 9. l. 8. c. 11. l. 22. c. 8. Anti-Machiav. l. 3. theor. 22. 26. Caſtellan. l. 1. c. 6.

Eandemq; Florus *crudum ſervitium* vocat. Idemq; verè Magnus ille Regum de Perſis recens à ſe victis: *in novo, & (ſi verum fateri volumus) precario Imperio ad hoc jugum ejus rigida cervice ſubeuntibus Barbaris, tempore opus eſt, dum mitioribus ingeniis imbuuntur, & efferatos mollior conſuetudo permulcet. Fruges quoq; maturitatem ſtatuto tempore expectant: adeo etiam illa ſenſus omnis expertia, tamen ſua lege miteſcunt. Quid? credis tot gentes alterius imperio ac nominis aſſuetos, non ſacris, non moribus, non commercio linguæ nobiſcum cohærentes, eodem prælio domitas eſſe, quo victæ ſunt? veſtris armis continentur, non ſuis moribus: & qui præſentes metuunt, in abſentia hoſtes erunt.* l. 4. c. ult. pr. ap. Curt. l. 6. c. 3. m.

Ita Græci

> *Maſſiliæ Conditores, pericula propulſando in tantum evituerunt, ut victis hoſtibus, in captivis agris, multas Colonias conſtituerent.* Iuſtin. l. 43. c. 3. f.

Ita

> *Conditæ ab Alexandro Urbes, & Colonis repletæ, res novas cupientibus obſtant.* Curt. l. 10. c. 2.

Ita

> *Æqui Coloniam ægrè patiuntur, velut arcem ſuis finibus à Romanis impoſitam.* Liv. l. 10. c. 1.

Digitized by Google

Ita

Oppida ab Alexandro condita velut fræni domitarum gentium.

Liv.32.c.37.p. Et *compedes Græciæ* appellavit Philippus:

Ad Noxia nunc veniendum eſt: in quibus prima VIS occurrit, hoc ſenſu, ut ſit *Molitio occulta unius, pluriumvè in Regem aut Regnum* &c. *occulta* dixi, (de aperta namq; agit Prudentia Sagata) quæ propriè oppoſita, Vi noſtræ juvanti. Hanc duplicem facio, *Inſidias* & *Proditionem*: è quibus iſta munimentis adverſa, illæ cuſtodibus.

Quoad inſidias hoc argumento utitur Parmenio, [patere vel unius inſidiis Regem nihil nefas eſſe avaritiæ] Regem Alexandr. adhortans, *ut*

Curt.4.f.117.f. *pro concione recitaret interceptas Darii literas, quibus Græci milites ſollicitabantur, ut Regem interficerent aut proderent.* Negavit enim (Parmenio) eſſe talibus permiſſis imbuendas aures militum, attamen affirmans patere vel unius &c.

Id.9.f.380.p. Et Alexandri M. hæc ſunt verba: *Regum exitus ſi reputaverimus, plures à ſuos, quàm ab hoſtibus, interemptos reperiemus.*

Et addidit ibidem Exemplum Patris ſui: *Philippus in acie tutior, quàm in Theatro fuit, hoſtium manus ſæpè vitavit: ſuorum effugere non valuit.*

Sic Auguſtus,

ap Dion.L.55. p.639.d. *Inter cætera hoc difficillimum eſt in Imperio, quod non reliquorum more tantum ab hoſtibus nobis, ſed ab amicis quoq; timemus: quodq; multò plurès ab his, quàm ab alienis perniciem invenerunt. Dies enim, noctesq; adſunt, nudis etiam ac dormientibus, & cibum, potumq; miniſtrant. Contra hoſtes quidem amicos opponere licet, contra hos nullum eſt auxilium.*

Alia Exempla colligit Tholoſanus de Rep. 619. 3.

Pub.Syrus Mimographus. *Heu quàm eſt timendus, qui moriturum amat!*

Difficile igitur auxilium ſive conſilium: tamen aliquod, & id capiendum ab *Indagatione, Punitione, Innocentia, Fato.*

NB. aud. Henr. Steph. theſ. Græc. tom.2. p.850. A.& 1408.D. Ab illa I. Inquitione in ſermones ſubditorum maximè illuſtriorum.

Lamprid. in Alex. c. 23. *Alexander Severus de omnibus hominibus* quidem *per fideles homines ſuos ſemper quæſivit, & per eos, quos nemo noſſet hoc agere, quum diceret, omnes prædâ corrumpi poſſe.*

Sic C. Caſſius ap. Tac.

l.14.An.c.44. *Creditisnè ſervum interficiendi domini animum ſumſiſſe: ut non vox minax excideret? nihil per temeritatem proloqueretur?*

Apul. l.7. Heîc *Indicinæ* præmium ponendum, quod ille Afer Græcè vocat μήνυτρον.

Idq; publica lege vel edicto; Cujus ſpes omnia revelat:

Salluſt. Iug. c.86. *Omnia cum pretio honeſta videntur.*

Hoſtes

Hoſpes quidam ajebat, ſe cum Dionyſio Seniore (Siciliæ Tyranno) *velle privatim colloqui. Demonſtraturum enimquando poſſet præſcire, quinam ipſi necterent inſidias. Rex admiſit hominem, juſſitq; dicere ſemotis arbitris. At ille: Da mihi,* inquit, *talentum, ut exiſtimeris audiſſe à me inſidiatorum indicia. Dedit, at ſimulavit, ſe audiſſe. Admiratus hominis commentum.* Nam fucus ille vehementer utilis erat, ad deterrendas inſidias!

Eraſm. in Apopht. ex Plut. apopht. p. 171. f.

Sunt, qui narrent, *Maximilianum Cæſarem ſimili arte ſimulaſſe induſia, gladiosq; fortunatos genios annulis incluſos, quò facinoroſis & hoſtibus eſſet formidabilior.*

Id. ibid.

Cautè tamen credendum: Ne innoxii circumveniantur.

Imp. Michaël Balbus, Thoma quodam ob affectatum Imperium capto, ex eo de conſciis quærit, quorum ille multos nominaſſet, niſi Hexabulius Patricius Imperatoris impetum repreſſiſſet: inimicis amicos deferentibus, non habendam eſſe fidem (μὴ χρῆναι πιστεύειν κατὰ τῶν φίλων ἐχθροῖς.)

Zonar. in vita Mich p. 112. c. 26.

Sic

Zeno Eleates Tyrannicida imperfecto opere comprehenſus, & ab Hippia tortus, ut conſcios indicaret; circumſtantes amicos Tyranni nominavit, quibus quàm maxima cura ſalutem ejus eſſe ſciebat. Et cum ille ſingulos, ut nominati erant, occidi juſſiſſet, interrogavit: Et quis ſupereſſet? Tu, inquit, ſolus. Neminem enim alium, cui carus eſſes, reliqui &c.

Sen. l. 2. d. Ira. c. 23. Diogen. in Zenone. Val Max. l. 3. c 3. add Plut. Alex. 689.

Neq; locus calumniis, hoc loco, & odiis aperiendus.

Nunquam placet in Imperatore vindicta, quæ etſi juſtior fuerit, acrior videtur: Verba ſunt Imper. M. Antonini Philoſ. ap. Vulcat. Gallican. in Avid. Caſſio. c. 22. Add. Clapm. Arc. l. 5. c. 6. & Amir. l. 1. diſc. 3.

Idem in Epiſt. ad Verum * inquit? *Scis ipſe, quid Avus tuus Hadrianus dixerit, miſera conditio Impp. quibus de affectata tyrannide, niſi occiſis, non poteſt credi.*

Ejus autem Exemplum ponere, quàm Domitiani, qui hoc primus dixiſſe fertur, malui. *Tyrannorum* enim *etiam dicta non habent tantum authoritatis, quantum debent.*

*quæ eſt cap. Vulcat. Gallican. in vita Avid. Caſſii c. 2.

II. Convicti puniendi: *Injurias* ſiquidem *imminentes præcaviſſe, juſtum eſt magis, quàm expectaviſſe. Summa enim profeſſio ſtultitia eſt, non ire obviam ſceleribus cogitatis, ſed manere, oppeririq;: ut cum admiſſa & perpetrata fuerint, tum demum ubi, quæ facta ſunt, infecta fieri non poſſunt, puniantur.*

Tyro ap. A. Gell. 7. c. 3.

Nec tamen properè; *poteſt* enim *pœna dilata exigi, non poteſt exacta revocari.*

Cum inter Conjuratos Catilinarios à Lucio Tarquinio indice nominaretur, & Craſſus homo nobilis, maximis divitiis, ſummâ potentiâ: etſi verum exiſtimabatur; tamen, quia in tali tempore tanta vis hominis magis lenienda, quàm exagitanda videbatur, pleriq; Craſſo ex privatis negotiis cognita conclamant, indicem falſum eſſe. &c.

Sen. 2 d. Ira. c. 23. v. Bodin. de Rep. 4 c. 7. p 470. f. & Scip. Amir. l 1 diſc 4. Salluſt. in Catil. c. 48.

Tac.2. An.42.
Archelaus, Cappadocum Rex, à Tiberio, cui inviſus erat, vocatus in urbem properat, ignarus doli, vel ſi intelligere crederetur, vim metuens.

Id. 4 hiſt. 56. Adde Plut. Ageſil. 614.
Militibus defectionem meditantibus ſimulatum obſequium, quo incautiorem Voculam opprimerent. Nec defuére, qui Voculæ nunciarent. Sed vires ad coërcendum deerant. Inter ambiguos milites & occultos hoſtes, optimum eſt, præſentibus ratus, mutuâ diſſimulatione, & iisdem, quibus petebatur, artibus graſſari.

Iuſtin l.21.c. 4.m.
Cum homo regnum invaſurus, Senatum interficere conſtituiſſet, ea re Magiſtratibus per miniſtros proditâ, ſcelus declinatum, non vindicatum eſt; ne in viro tam potenti plus negotii faceret res cognita, quàm cogitata &c.

Neq; item ſemper; pone namque illuſtrem aliquem deprehenſum in hoc ſcelere: *Conjuratio* autem *in Principem, an & quomodo punienda?*

DISQUIRIT TRIGA HISTORICA POLITICA.

Bodin. 4. d. Rep. 7. Amir. 2. diſc. 9. Clapm. 4. c. 13. & ſeq.
Permagnum præmium belli atq; victoriæ Principi eſt homini, qui injuriam fecerit, ignoſcere: eiq;, qui amicitiam & fidem violaverit, amicum & fidelem permanere: Ita

ap. Xiphil. in Marco p. 278. Id p. 280. b.
Imper. Antoninus Philoſ. de Caſſio contra ſe inſurgente.

Idem Imp. in pleroſq; eorum, beneficia contulit, qui ipſi, Filioq; necem machinati eſſent.

Sueton. Cæſ. c. 75.
Ipſe Cæſar, *ſi qua cogitarentur gravius adverſus ſe, inhibere maluit, quàm vindicare.*

Audi etiam à muliere non muliebre conſilium, Livia ad Auguſtum:

Ego exiſtimo, plus Clementiam, quàm Sævitiam proficere.

ap. Dion. l. 55. p 640. & ſeq.
Nam miſericordes ii non tantùm, quibus delicti facta gratia eſt, charos habent, ac gratiam referre ſtudent: ſed reliqui etiam omnes reverentur ac colunt, ita ut nemo eos deinde lædere auſit. At qui irâ inexorabili utuntur, non modo eos odio habent ii, qui ſibi metuunt: ſed cæteri quoq; infenſi, inſidiis ſtructis ſuam perniciem evitare ſtatuunt.

Liv. l. 32. c. 14. f.
Incredibile eſt, quantum inſignita hæc aliqua Clementia, alios arceat à ſimili conatu, vel pœnitentia, vel pudore, Oraculum puta: *Ipsâ facilitate veniæ animos ſontium in poſteros concilianus.*

Eraſm in Adag. p. 1888.
Nam noto notius Adagium eſt:

Stultus qui Principe cæſo, liberis pepercit.

v. l. 5. C. ad L. Iul. Majeſt. Ir. Forſtn. hypom. 9.
Quod valet in illuſtribus maximè Familiis.

Iuſtin l. 21 f.
Cum Hanno Chartaginenſis ob affectatum regnum interficeretur, filii quoq;, cognatiq; omnes, etiam innoxii ſupplicio traduntur, ne quiſquam aut ad imitandum ſcelus, aut ad mortem ulciſcendam ex tam nefaria domo ſupereſſet.

Et

Zonar. t. 3. p. 17. & ſeqq.
Imperator Conſtantinus Julianum (Apoſtatam) *cujus parentes, & fratrem interfecerat, Athenis acceꝛſitum, Cæſarem appellat, Sorore Helenâ in matrimonium*

monium datâ, ſed Julianus eum poſtea Occidentis Imperio exuit, & ſe ultorem occiſorum fore profitetur.

Sic

Equites, nobiliſſimus quiq; & ii maximè, qui Parmenionem propinquâ cognatione contingebant, poſteaquam Philotam (Parmenionis F.) torqueri, fama vulgaverat, legem Macedonum veriti, quâ cautum erat, ut propinqui eorum, qui Regi inſidiati eſſent, cum ipſis necarentur, alii ſe interficiunt, alii in devios montes, vaſtasq; ſolitudines fugiunt, ingenti per tota caſtra terrore diffuſo: donec (Alexander) *tumultu cognito, legem ſe ſupplicii conjunctis ſontium remittere edixit.* Curt. l.6.c.11. m.

III. Ne tamen crebrâ aliorum læſione, cauſam Princeps ipſe &c. præbeat lædendi, nam *diſcimus experimento, fidiſſimam eſſe cuſtodiam Principis, ipſius innocentiam. Hæc arx inacceſſa, hoc inexpugnabile munimentum, munimento non egere. Fruſtra ſe terrore ſuccinxerit, qui ſeptus caritate non fuerit.* Plin. Panegyr. c. 49. m.

IV. Cætera Deo committenda: *Succeſſor, etiamſi nolis, habendus eſt.* Plin. Paneg. c. 9. pr.

Vulcatius Gallicanus habet epiſtolam Veri ad M. Antoninum Imper. quâ eum hortatur, ut *ſibi caveat ab Avidio Caſſio inſidiatore, & affectati Imperii ſuſpecto.* in Avidio Caſſio c. 1. & 2.

Ad hanc epiſtolam reſpondit Antoninus in hæc verba:

Epiſtolam tuam legi, & ſolicitam potiùs quàm Imperatoriam, & non noſtri temporis. Nam, ſi ei divinitus debetur Imperium, non poterimus interficere, etiamſi velimus. Scis enim Proavi i. e. Trajani *dictum: Succeſſorem ſuum nullus occidit. Sin minus ipſe ſponte, ſine noſtra crudelitate fatales laqueos inciderit.* v. Tholoſ. d. Rep. 21.3.4. & 5. Emblemata Altorff. p. 483. & ſeqq. Marcil. ad Sueton. Tit. c. 9 p. 14. f & ſq Ritters-Comment. ad Oppian. p. 221

Camerar. Cent. 1. cap. 30. & Cent. 2. c. 7. Piccart. Dec. 12. c. 7. poſt. med.

Imp. Titus *duos Patricii generis conjunctos in affectatione Imperii, nihil amplius, quàm ut deſiſterent, monuit, dicens, Principatum fato dari.* Suet. Tit. c. 9.

Et M. Antoninus:

Dii me tuentur, Diis mea pietas cordi eſt. Vulc. in Avid. Caſſ. c. 11. ſumt. ex Horat. l. 1. Od. 17.

Ita Anaſtaſius Dicorus Imp. *paulò ante obitum, nunciatis ſibi inſidiis multos comprehenderat: atq; inter alios Juſtinum, & Juſtinianum, qui pòſt rerum potiti ſunt; atq; in animo habebat eos occidere. Sed deterritus eſt ſomnio, cum Vir terribilis ei adſtitiſſe viſus eſſet, ac dicere: Juſtino ac Juſtiniano ne quid mali feceris: nam uterq; ſuo tempore Deo inſerviet. Illos igitur crimine læſæ Majeſtatis abſolvit.* Zonar. in Anaſtaſ. tom. 3. p. 471, 42.

Peregi de Inſidiis; PRODITIONIS NOXA ſupereſt; ad quam præcipuè proni ſunt avari: Talis olim *P. Egnatius, animo perfidioſus ac ſubdolo avaritiam ac libidinem occultans* &c. Tac. 16. Ann. c. 32.

Homines leves: *Temporia ingenia*: ut Græcorum, vel *Temporum homines; qui incertæ famæ captant auram, ut, quocunq; pendentes animos tulerit fortuna, ſequantur.* Curt. 4. c. 5. m. & 5. c. 3. pr.

Sic

Digitized by Google

.c. 22. m.

Sic pleraq; ſunt Barbarorum ingenia: *Cum fortuna fidem mutant.*

Aut quibus *ex fortuna pendet fides.*

Id. 28. c. 17. p. Iuſtin. 22. c. 7. pr.

Amicitiarum jura non fide, ſed ſucceſſu ponderantes.

Diſſimulatores & occulti; imò fidem præferentes, ut facilius fallant:

Symmach. l. 1. ep. 37.

Caſſa fide ſunt, qui jugiter blandiuntur. *Exemplo Sejani:*

v. Tac. 4. A 59

Δεῖ ψευσάμενον, πιστὸν γενέσθαι:

Thucyd. l. 3. p. 202 c.

Oportet mentientem fidelitatis opinionem ſibi comparare.

Salluſt. Iug. c 61.

Per maximam amicitiam maxuma copia fallendi eſt.

Quâ ipſa tamen notâ haud vanè eos noſcas.

Senec. 1. de Clementia 1.

Nam *nemo poteſt perſonam diu ferre. Ficta citò in naturam ſuam recidunt.*

Nimia fidem hoc ipſo detrahunt, quod non habent modum.

Quintil. 12. c. 8. ſub fin.

Prodit ſe, quantum cuſtodiatur, ſimulatio: nec unquam tanta fuerit eloquendi facultas, ut non titubet ac hæreat, quoties ab animo verba diſſentiunt.

Id. d. l. c. 1.

Exemplum v. ap. Iuſtin. 24. c. 3. m.

v. Vulcat. Gal. l'can. in Avid. Caſſio c. 9. f.

Vitandi autem viâ illa duplici maximè, quam ſupra præivi, Indagationis & Pœnæ. In illâ nihil muto: in hac aliquid, ſcil. quod puniendi celeriter: *Niſi opprimantur, oppriment* &c.

Ibid. c. 10.

Noli parcere hominibus, qui tibi non pepercerunt.

Ambroſ. lib. 1 Offic & Serm. 8 in Pſal. 118. verſ. 2.

Puniendi & ſemper: & in Exemplum. Itaq; *miſericordiam, quam quidam facinoroſis hominibus deberi putant, injuſtam vocat* Doctor ille Mellifluus, dignus, qui ſit, quod dicitur, id eſt immortalis, non ſolùm apud Chriſtum, verùm etiam apud homines.

Quippe *quæ iis impenditur, qui maleficiorum voluntatem non depoſuerunt.*

Liv. Ep 77. m.

Puniendi item graviter. Meritò. *Publ. Sulpitius cum in quadam villa lateret, judicio ſervi ſui retractus & occiſus eſt. Servus ut præmium promiſſi indicii haberet, manumiſſus eſt, & ob ſcelus proditi Domini, de ſaxo dejectus eſt.*

Vopiſc. in Aurel. c. 23.

Cum Imp. Aurelianus Thyanam obſideret, Heraclammone quodam patriam ſuam prodente, civitas capta eſt, quem poſtea ſapiens Victor occidit. Ego verò (inquit Imp. in Epiſt. ad Manlium Chilonem) *proditorem amare non potui, & libenter tuli, quod eum milites occiderunt, Neq; enim mihi fidem ſervare potuiſſet, qui patriæ non pepercit.*

Curt. l. 8. f 339 f.

Indi ſive odio Ducis, ſive gratiam Victoris Regis (Alex. M.) *inituri, Erycem* (Ducem ſuum) *fugientem adorti interemerunt, caputq; ejus atq; arma, ad Alexandrum detulerunt. Ille facti impunitatem dedit, honorem denegavit exemplo,*

Adeò hoc facinus vix gratum iis, quibus gratificantur: & rem amant non reum.

v. Timpler. Polit. p. 493 f. Camer. op. Succiſ. Cent. 1. c. 7. & Cent. 2. c. 60. & 61. Piccart. Dec. 9. c. 10. it. Plut. in Romulo p. 82. a & Zonaras tom. 2. p. 7. 14.

Id. Zonar. t. 3. p. 44. 10.

Imp. Zeno Harmatium Ducem exercitus, pro navata in prodendo Imp. Baſiliſco opera,

râ, ex pacto, Cæſarem quidem deſignat, ſed eundem non multo poſt occidit, cum diceret, qui Baſiliſco fregiſſet fidem, eum ne ſibi quidem ſervaturum eſſe.

Sic *Fluviani milites Cæcinæ Duci à Vitellianis ad ſe deficienti, perfidiam tamen* (adeò inviſa ſcelera ſunt) *objectabant.* Tac. 3. hiſt. 36.

Laſthenes à Philippo Macedonum Rege corruptus, Olynthum ei tradidit. Cum autem conqueſtus, quod nonnulli de Philippi comitatu proditorem eum appellarent; Reſp. Philippus: rudes & agreſtes homines eſſe Macedones, ac ſolere ligonem ligonis nomine afficere. Plut. in Apoph. p. 178. b

—— quamvis diſcrimine ſummo
Proditor oportet ſuſpenſâ morte ſalutem,
Nunquam gratus erit: damnamus luce receptâ
Perfidiam &c. Claud. d. bello Gildonico verſ. 262.

Vis ergo opportunè etiam ab optimo Principe &c. adhibenda; ſed magis *Virtus*, quam heîc appello cum Doctore noſtro LAUDABILEM, UTILEMQUE IMPERIO AFFECTUM DE REGE VEL REGEM &c. Nam cum duplex ejusmodi Virtus ſit AUCTORITAS & BENEVOLENTIA: naſci quidem utraq; ab Imperante & per Imperantem debet, at ſedem tamen ſuam & domicilium in animis populi habet: atque illa opinio eſt de Rege: hæc affectus in Regem &c. Itaq; AUGUSTA AUTORITAS ſive MAJESTAS *Perſonalis* eſt vel *prima*, quæ eſt vis quædam latens planè atque occulta, quâ Princeps in animis hominum admirandam venerationem ſibi conciliat: Vel IMPRESSA SUBDITIS, ſive EXTERIS OPINIO REFERENS DE REGE &c. Ejusque STATU.

Hæcq; conſtat igitur ex *Admiratione* & *Metu*, cujus utriusque temperies gignit hanc virtutem. Quam parari apud quasdam nationes pronius ajo: *de Macedonibus enim dictum, quod ingenita quibusdam Gentibus erga Reges ſuos veneratio.* Curt. 3. c. 6. f.

Et Hiſtoricorum uberrimus *tribuit* Coronæis & Haliartiis *favorem quendam inſitum in Reges*: Liv. l. 42. c. 46

Sic Sol Poëtarum:

Præterea Regem non ſi Ægyptus & ingens
Lydia, non populi Parthorum aut Medus Hydaſpes
Obſervant. Rege incolumi mens omnibus una eſt. Virg. de apib. l. 4. Georg.

Imo

MAJESTAS Imperii tutela eſt ſalutis:

Cujus rationem Cleo hanc adfert, quod *Perſæ prudenter Reges ſuos inter Deos colerent.* Curt. l. 8. f. 314 p.

Quare Imper. Auguſtus *plus magnitudine Nominis ſui fecit, quàm armis alius Imperator facere potuiſſet.* Iuſtin. l. 42. f.

Hinc Prudentiæ Politicæ Magiſter *Majeſtatem Imperantem defendere ſcribit.* Tac. A. 1. c. 40.

Bbb Idem-

Id. 6. A. 30. Idemq; *magis* tamen *famâ, quàm vi conſtare Imperia tradit.*

Vel ORTA, eſtq; poteſtas Principis procurandi negotia ſalutem publicam concernentia. Et hæc dicitur ſumma Reipubl. Poteſtas adminiſtrationis; Longè diverſa ab illâ MAJESTAS REALIS, quæ eſt poteſtas ſumma conſtituendi & conſervandi Remp. Inq; eandem ordo vel Monarchicus, vel Ariſtocraticus, vel Democraticus per Majeſtatem ſeu ſummam Poteſtatem introducendus; non ſolùm Monarchia, ſed & reliquæ Rerumpublicarum formæ Ariſtocratia, & Democratia, quatenus Imperium ſuperius non agnoſcunt, Μεγαλοπρέπειαν ſive Αὐτοκρατορίαν, ſummamq; Poteſtatem ſibi vendicant, licet non eodem ſplendoris & Eminentiæ gradu.

vid. Ariſtot. 3. Pol. 7.

Majestatis Personalis Objectum ſunt: Subditi & Res: Populus enim ſive proceres nomine populi hanc Majeſtatem, ſive ſummam Poteſtatem adminiſtrandi Remp. Lege Regia, & communicativè, non abdicativè conferunt, inſimulq; certa Majestatis Jura concedunt, quæ vocantur alio nomine REGALIA, ſummæ poteſtati, tanquam Jura propria, in ſignum ſupremæ Eminentiæ ad Reip. utilitatem tributa; Eaque ſunt Majeſtatis effecta, quæ non ratione eſſentiæ, ſed ſaltem ratione objecti, ſeu extrinſeci reſpectus, vel accidentis, dividuntur *in Majora & Minora, quorum illa circa res præcipuas; hæc verò circa res non adeò magnas occupata ſunt. Illa* viciſſim *ſubdiſtinguuntur in Eccleſiaſtica & Politica*, queîs de plura infra.

vid. præter alios complur. Reinking. de R. S. & E. l. 3. cl. 1. c. 6. & Beſold. diſp. pol. d. Iur. Majeſt. c. 2. 4. &c.

Principia verò Majeſtatis Realis immediata ſunt

Jura & Sacra Regni, Legesq; Fundamentales;

Quæ variant pro varietate Rerump. *Aliæ enim dantur in Imperio Romano-Germanico, aliæ in Regno Hiſpaniæ, aliæ in Regno Galliæ, & aliæ in cæteris.*

In illo quidem agnoſcuntur pro L. Fundam. [ceu alibi ſub Parte II. induximus] Inſtituta Majorum circa ſucceſſiones, Sanctio Aureæ Bullæ de Forma Electionis, nec non alia longè plurima in Receſſibus Imperialibus contenta. Vocantur autem LL. Fundam. Imperii Romani à certis Capitibus ab eodem compilatis, cujus Capitulationis Conditiones ſunt:

Evolv. Sleid. l. 1. Coment. d. Stat. Relig. p. m. 28.

I. Ut IMPERATOR Chriſtianam Religionem defendat.

II. Ut LL. Imperii omnes, præcipuè A. B. nec non Religionem & Publ. Pacem ratihabeat.

III. Electoribus, Statibusq; Imperii Privilegia ſua confirmet.

IV. Electoribus quotannis Conventus agere concedat.

V. Multitudinis fœdera contra Principes aboleat.

VI. De Rebus Imperii nullum fœdus vel pactum faciat, niſi VIII. Virorum conſenſu.

VII. Facultates Principum occupatas & diſtractas reſtitui curet.

VIII. Im-

VIII. Imperii bona nec diſtrahat: nec oppignoret:

IX. Ab Imperio divulſa recuperet.

X. Ipse, ſi quid detineat; interpellatus reſtituat.

XI. Cum vicinis pacem colat.

XII. Status Imperii nec tributis, nec Conventibus, abſque eorum conſenſu & voluntate oneret.

XIII. Negotiis publicis præficiat Germanos.

XIV. Conficiantur literæ ſermone Lat. & Germanico.

XV. Det operam, apud Pontificem, ne intervertantur privilegia.

XVI. Monopolia Mercatorum coërceat.

XVII. Vectigal aut portorium de novo haud imponat.

XVIII. Nec quæ ad Rhenum ſunt, diminuat.

XIX. Si quam habet actionem in aliquem ordinem, LL. experiatur, neque ei ullam vim inferat.

XX. Sine audita cauſa neminem proſcribat.

XXI. Contributiones Imperii non in privatum, ſed in bonum publicum convertat.

XXII. Imperii bona, quæ fortè vacabunt, nemini conferat, ſed ad publ. Patrimonium referat.

XXIII. Si quam alienam Provinciam, auxiliis ordinum acquirat, Imperio conjungat.

XXIV. Quod Interregni tempore Vicarii egerint, ratum habeat.

XXV. Conſilium nullum ineat, quod dignitatem Imperii ſuæ Familiæ peculiarem & hæreditariam faciat, ſed liberam & integram permittat VIII. Viris eligendi facultatem, juxta CARL. IV. Legem.

XXVI. Germaniæ Sedem retineat, juncta Clauſ. &c.

Eædem tamen LL. Fundam. vel Capitul.

Majeſtatem Cæſ. non imminuunt, nec Poteſtatem plenariam auferunt; ſed modum ejus exſerendæ determinant, & officium deſcribunt.

Contra eluſionem autem & exploſionem nonnullorum Neotericorum * illius diſtinctionis Majeſtatis tenendum, *propria eſſe incommunicabilia* ſcil. *κλήσει non χρήσει. illa ratione* etiam Majeſtatem exiſtere incommunicabilem. Innumera exinde quoque inſuper reſultantia reticebimus inconvenientia. Præterea not: *omnes formas ratione eſſentiæ ſuæ eſſe indiviſibiles, ratione tamen exiſtentiæ fieri diviſibiles*, e.gr. *Animam; imò & Majeſtatem, velut formam accidentalem, in ſe indiviſibilem, ratione autem exiſtentiæ poteſtatum & exercitorum diviſibilem.* Porrò, *ſummum non agnoſcere ſuperius, videlicet abſolutè ſummum, & in* ſuo genere vel ordine ſuperius non habere. Neque eandem diviſionem *contradictionem involvere*, quippe quod *Majeſtas non ſecundùm idem*, at *ſecundum diverſas poteſtates diſtinguatur.* Illæ autem *non adverſantur Majeſtati, quemadmodum*

Fibius ſerm. 7. qu. 3. Limn. d. VIII. ad Cap. n. 3. & Add. poſt. ad L. I. c. 12. § 19. p. 173.

* M. Hechl. in Struct. polit. c. 7. per tot. Cellar. 2. pol. 7. M Iac. Thomas. Phil. Pract. Tabell. 48. cum ſeq. & al. compl. Wendler. in Pol. ſect. 2. cap. 1. q. 1.

Beſold. d. tr. d. Majeſt. cap. 2. ſeqq. & Reinking. d. tr. l. 1. cl. 7. c. 12.

dum Immaterialitas corpori. Denique in genere heîc quoque obſ. *Majeſtatem perſonalem* dici *ſolutam legibus reſpectu ferendarum & abrogandarum LL. vel rationem principiorum communium habentium*; ita enim Conſcientia cuique homini eſt tanquam Lex legum: *non vero reſpectu actionum legibus. contrariarum.* Adeoque Principi vel Magiſtratui in ſpecie loquendo, *LL. Naturæ & Gentium*, ut homini; *LL. Divinas* ut Chriſtiano; *LL. poſitivas ſive Civiles*, partim *fundamentales*, (quæ dicuntur Capitulationes Regni) partim *Functionem IPSIUS concernentes*, ut Principi & Civi omninò eſſe ſervandas. Concludo E. in Rebuspubl. Mixtis, quales ſunt omnia Regna Europæa, Majeſtatem perſonalem non eſſe abſolutam, interim plena adminiſtrandi poteſtate ſecundùm LL. Fundamentales gaudere. IN STATU TAMEN IMPERII ROMÁNI MONARCHIAM prævalere, per ſuperius in Iſag. poſter. deducta & edocta, quæ S.S. Imp. Rom. ſubjecti, pro dignitate etiam Imperii aliis inſuper atque aliis ſuffulcire ſubſidiis & tibiciniis æquum eſt, quippe quod idipſum quoque *Monarcha infideles, Reges, populi tacitè videntur fateri, Exemplo Solimanni Imp. Turc. &c.*

vid. Reuſn. l. 10. Epiſt. Turc. & Leoncl. in ſuppl. Annal.

Quicunq; igitur ab omnibus Regibus & populis etiam infidelibus *ſalutatur & habetur Monarcha, Is talis verè etiam eſt*; Nam

l. Labeo. ff. de ſuppell. leg.

res ita eſſe præſumitur, ut omnes opinantur:

Bod. 2. de Rep. 2. & 3.

At verò IMP. AUGUSTISS. ſic ſalutatur, E. Imò, *Qui nullum ſuperiorem inter homines agnoſcit, is eſt Monarcha:*

Nov. 28. c. 4. in fin.

At IMPER. ROMANUS niſi DEUM, *Qui coronam Imperii ei impoſuit*, nullum aliàs ſuperiorem agnoſcit. E.

perplura allegat. Worms. Exercitat. 1. quæſt. 9.

Ulterius itaque ſciendum IMPERATORIAM MAJESTATEM *in Juribus Imperii cum ſtatibus non ut Parem, ſed ut præcipuum Membrum concurrere.*

Unde Multis & Maximis pollet JURIBUS PROPRIIS ejus Cognitioni ſoli *reſervatis*, ex quibus verè ſtatus Monarchicus dignoſci atque dijudicari poterit. Ut autem *Principaliora Reſervata Cæſarea* delibemus. IMP. ROM.

SOLUS *in Imperio Romano ex poteſtatis plenitudine imperat.*

A. B. tit. 3. circ. med. R. Abſch. zu Augſp. d. 1530. §. und dieweil wir nun 2c.

R. I. d. anno 1526. & 27. & 42. paſſim. die Königliche Würde in Böheimb/ Ungarn 2c.

Hinc &

SOLI *Attribuitur Majeſtas & Praeminentia*, OMNESQUE ALIOS REGES *Amplitudine & Dignitate præcedit. Illaq; Vox Majeſtatis in Germania nullibi, quam* IN AULA CÆSAR. *auditur.*

Arum. de I. Publ. diſc. 7. p. 74. in f.

IDEM

A. B. tit. 8. & 11. l. 1. §. 2 l. 3. ff. d. conſtit. Princ.

SOLUS *poſtremæ poſt Se Dignitatis Privilegia confert.*

Et SOLUS *in Imperio Jura Territorialia, Iisq; annexas Regales Dignitates concedit.*

Arg. l. 1. pr. ff. ad L. Iul. d. ambit. l. 5. C. d. diverſis Reſcr.

SO-

Similiter

SOLUS IMP. *de Feudis Regalem dignitatem annexam habentibus, in ſignum ſupremæ poteſtatis, cognoſcit & judicat.* R. I. Wormat. d. A. 1521. ſub Tit. Röm. Königl. Majeſt. Regiment. ꝛc. §. ob auch Sachen fürfielen.

IDEM IMP.

SOLUS *contra J. Commune diſpenſat, & confirmat actus de J. Civ. invalidos, utpote in confraternitatibus ac pactis ſucceſſoriis Illuſtrium perſonarum & Familiarum: Contraria ſtatuta, fœdera & pacta tollit.*

R. I. de Anno 1521. ſub Tit. Ordnung deß Landfr. §. wir ſetzen ꝛc. It. de A. 1530. §. und nach dem wir ꝛc. vid. Schönb. 2. pol. 13.

IDEMQUE

SOLUS *veniam ætatis indulget.*

l. 1. & t. t. C. d. his qui veniam ætatis impetr. Id. Schönb. 5. pol. 18.

EIDEMQUE

SOLI *poteſtas Primariarum precum ex antiqua conſuetudine & proprio Jure competit.* Cluten. concl. 19. lit. B Geil. 2. obſ. 156. citc. f.

Similiter

Creatio Regum, Electorum, Archiducum, Ducum, Principum, Marchionum, Landgraviorum, Pfaltzgraviorum, Comitum, Baronum, Equitum, Comitum Palatinorum. Aut. B cap. 7.

Itemque *Erectio univerſitatis ſive Academiarum, ut & Inſtitutio & Confirmatio Curſuum publicorum ſive Poſtarum.* Exempla vid. ap. D. Otto. de I. publ. c. 24. p. 723 & ſeqq.

R. I. de Anno 1542 §. und damit man auch ꝛc. Arniſ. de I. Majeſt. l. 3. c. 5. p. 547.

Et quæ hiſce vel ſimilia, vel Majora IMPERATORIS ſunt RESERVATA, quæ licet cum aliis ſtatibus videantur communia,, MAJESTAS tamen IMPERATORIA deliquium haud patitur:

nam ſpectatur id quod principalius eſt, & quia IMP. *principales, potioresq́, in Legiſlatione, Belli-Collectæ Generalis, & Feriarum Generalium. Indictione, atque Erectione novorum vectigalium, Revocatione rerum alienatarum Imperii, Conceſſione nundinarum, Tributione Juris Civitatis, & degradatione vel ademptione Regalium & Feudorum, partes obtinet.* Plura leg. in Reink. d. tr. l. 1. cl. 5. c. 6. n. 119. & ſeqq.

Ideò iſthæc ſingula EIDEM SOLI adſcribuntur. Primus verò, quantum nobis conſtat, Dogmata Antecedentia ſibi in Germania oppugnanda ſumſit, perſonatus quidam.

Hippolytus à lapide in periculoſiſſimo Tractatu *de Ratione ſtatûs.* Ita jure eund. app. Hörnigk. de I. poſt p. 353.

In Imperio Romano Germanico.

In quo tria hæc continentur:

Qualis ſit hodierni Imperii ſtatus?

Ecquis in Imperio eſſe debeat?

& quomodo Imperium ad ſtatum priſtinum reduci poſſit?

Heic autem, quæ velata, Dᵒ cclero noſtro lineas primas ducente, *co-* In animadverſ. ad Hippol. à Lap.

lores & ſpecies à rerum momentis diſtinguendo, ὡς ἐν διεξόδῳ detegemus; id enim ut fiat, intereſt non *ſtatuam* minus, quàm IMPERATORIS MODERNI & ANTECESSORUM AUGUSTISS.

Tenor. præf. Hippol.

Sed, ne præpoſterè agamus, ſive, quò *Equus quaſi Trojanus jugo ſolvatur*, Σκιαμαχίας HIPPOLYTI à Lap. atro *primùm* ſignandus lapillo *iſte color Præfationi* ſuæ inductus. quod *malorum publicorum cauſas inquirentibus non in poſtremis occurrere putet* JCtorum in Imperio Autorit. allegando L. Imper. Frid. III.

D. Iudic. I. Reip. Germ. §. 58. in Conſult. orat. 1. pro Germ. I. Publ. c 3. Carpz. ad L. Reg. c. 6 ſect. 6. n. 5. & 6. Limn. d. tr. 8. 3. in Prolegom. Hipp.

Verùm purum-putum contrarium ex hiſtoria Juris Juſtinianei clariſſimum eſt, audiantur inter JCtos meritò numerati *Conringius & Lanſius*, conferatur & Ille Juris Publ. Conſultorum Princeps *Limnæus*, cum *Paurmeiſteri* Epiſt. Dedicatoria, quam Ipſemet laudat Hippolytus.

Et hæc conſtitutio Frid. nec à ſtatibus Imperii approbata, neq; in Imperio recepta fuit. multò minus illis, quibus acetum in corde, probatur.

Alter color è prolegomenis conſpicuus eſt, & quidem circa *appellationis Rationis ſtatus cum originem, tum ſynonymiam*,

ſubſtituendo diverſa pro iisdem. Licet enim arcana dominationis propriè dicta, pleraq; videantur referri ad Rationem ſtatûs, non tamen quicquid per rationem ſtatus fit, eſt arcanum Dominationis. Multo minus jura Dominationis connectuntur cum ratione ſtatûs. Clapmarius fingit potius, quod ex uſu ſcriptorum accepit jura Dominationis, neq; accuratum eſt, quod dicit. Arcana Dominationis non fieri contra jus commune. Videatur mox Amirati deſcriptio:

Quæ

de fine univerſali benè loquitur, cui cum particulares cedunt, fieri aliquid, per Rationem ſtatûs ſæpè dicitur, ſed Juris Civilis conventio non exhaurit rem; neque verum eſt, quod additur.

In ſect. 3.

Nimis generaliter dicitur illud: *Ratio ſtatûs nihil aliud eſt, quàm boni publ. procurandi aut mali avertendi ratio. De finibus intermediis ſupplendum eſt, quod omittitur, ſc. in uno Reip. genere ſive forma occurrere diverſitatem reſpectu intenſionis & remiſſionis.*

In ipſa deſcriptione Hippol. *nimis laxè quædam ponuntur, ut, quod jus dominandi cum Ratione ſtatûs permutetur.*

In ſect. 6.

Continuatio potius ſit quæſtionis de Auctoritate LL. quàm nova obligatio.

Gryphiander D. Weichbild Sax. c. 54. & 57. confer. Conring. d. Iudic. d. 40. & Fecher d. Occult. Iudic. In part. 1, c. 1.

Prope finem *non rectè Carolo M. tribuitur inſtitutio Judicii Weſtphalici, Æneam Sylvium primùm tradidiſſe, ex eoq; Aventinum, qui inibi laudatur, & cæteros deſcripſiſſe, tumque ad abuſum ejus Judicii pertinent, oſtendunt AA. margini adjecti.*

Num. 5. & 6. additur, haud facilè puram & ſimplicem Rempubl. requiri: *quæ ſententia vulgariter loquitur, & veram mixturam cum temperamento confundit.*

Et

Et quæſtio de Mixtura *in genere videtur revocari ad certam ſpeciem mixturæ, ex omnibus ſcil. formis. Quæ hypotheſis de optima forma olim & hodie diſputantium fuit.*

Quanquam addit de altera ſpecie ex Ariſtocratia & Politia ex Dion. Halicarnaſſ. *illuſtri loco, & in hoc argumento in præcipuis.* lib. 7. p. 461.

Mixtum ſtatum impugnat Bodin. & Sent. de mixtura potius à modo adminiſtrandi, aliquando à forma diverſo oriri autumat. Num. 8. & 9. lib. 7. c. 1.

not. *Bodinum Herodoti auctoritate non recte uti, deq; illa mixtura ex tribus formis temperata potiſſimum loqui, eamq; merito negare, atq; adeo tria Exempla mixturæ ex Rep. Lacedæmoniorum, Romanorum, Venetorum jure repudiare, ut & ex Repub. Germanorum, Helvetiorum, Gallorum.* 3 Hiſtor 80. & ſeqq.

De auctoritate Ariſtotelis non rectè diſputare eum pag. 785.

Rationes quoq;, quibus impugnat mixturam & Judicium de diverſitate & diviſione Jurium Majeſtatis non poſſe admitti p. 787. &c.

Neq; de Romanæ Reipublicæ mixtione eum loqui accuratè, aut vitium ſatis probare p. 799. *ſicuti nec de Principatu Romano quæ affert incautè, admitti debent.* p. 300.

Num. 15. 16. 17. *Albergati obj. nec eruditæ, nec ſinceræ ſunt, non imitandæ ab aliis:* Hippolyt. *Ei reſpondet ſatis probabiliter,* ἀκρίβειαν non rigidius requiramus. N. 18. usque ad 31.

Abit à ſententia Bodini mixturam negantis Hippol. N. 31. & Mixturam etiam in Imperio noſtro dari fatetur, *quamquam infra non rectè explicavit,*

De duratione ex periculo mixti ſtatus quæ habentur N. 42. cum 2. ſeqq. *cautione quadam opus habent, neq; enim in omni mixtura par periculum, neque eæ propriæ, quæ afferuntur cauſæ.*

Ad obj. Num. 37. usque ad 41. propoſitam, *non benè reſpondetur negando vinculum concordiæ; ſummamq; poteſtatem, ut tota eſt, confundendo cum diviſa; opponendoq; quæ per accidens fiunt; ſolumq; factum attendendo, cauſam non adferendo.*

Qu. Num. 49. & 50. *Bodini ſententiam laudo, parum ſibi conſentire videtur.* v. Num. 31. *cum præſertim hoc maximè falſum & periculoſum ſit, omnem mixturam pro corruptione habere,* & mutationem ſtatus ſimplicis, ſine jure factam, neque jure coalitam cum ſtatu mixto rectè conſtituto confundere.

De Reinkingii ſententia ſuper ſtatum Imperii noſtri, *advertendum 1. eandem invenire quidem multos patronos, ſed 2. auctoritatem ejus deſtrui fontibus argumentorum non rectè aſſignatis. 3. Adverſario haud benè electo. 4. argumentorum ipſorum non bona tractatione, aut infirmitate.* In Farnſ. c. 2. vid. Arnis. Relect. pol. l. 2. c 6. ſect. 5. n. 1. & Carpz de I. R. G. c. 13. ſect. 18. n. 2. ad d. mox. c. 3 ſect. 1. n. 8.

Conſule heic quoque Limnæ. prolegom. ad Capitul. ſect. 8. n. 6. & 7. & ſect. 10. n. 5. H. I. P. 1. 10. 47. 48. & 2. 9. 107. & n. 10. 49. 50.

Num. 17. c. 4. Hippol. *mixtura* ex diverſis Ariſtocraticis formis *refutabitur infra.*

Num. 18. Paurmeiſteri opinio *perpetuo errore in illo opere malè applicatur,* de-

in cap. 3. ſect. 1 *decepit eum phraſis Ariſtotelis, cui potius attendit, quàm menti Philoſophi. Rectè quidem* Num. 6. ſtatuit Hippolyt. *ex Subjecto Majeſtatis ſive S. Poteſtatis optimum peti argumentum de Statu Imperii; ſed ſtatum tamen quæſtionis non rectè format: ſeparare enim Imperatorem ab Ordinibus, quando Imperii voce utimur, nefas eſt*, confer N. 10.

Ad Num. 8. Majeſtatem omnem abjudicare, Cæſari, contra pietatem & religionem eſſe, nequit dubitari, *an Crimen Majeſtatis ſit, non opus definire: magna certè & intoleranda injuria Cæſaris fuerit!*

Grot. de I. B. & P. l. 3. c. 7. & Lampad. p. I. Ad N. 10. Majeſtatem individuam eſſe, *ut eſt totum aliquid, verè dicitur, ſed dividi non poſſe in partes, tàm ſubjectivas, quàm potentiales ſive eſſentiales, falſum eſt.*

Majeſtatem in Cæſare & Ordinibus reſidere, *verum eſt, ſed Majeſtatem Ordinum ſine Imperatore conſideratorum propriam eſſe per omnia capita falſiſſimum eſt, etiam vacante Imperio, ubi in locum Imperatoris ſuccedunt Vicarii Imperii.*

v. Grot. d. tr. l. 3. 10. Hippol. n. 12. & 13. Titulum Majeſtatis *explicare cavillatio eſt: Perpetuusq́ Paralogismus hujus Scriptoris, Polonorum Remp. noſtræ comparari, & ad inania ſimulacra fruſtra decurritur, ubi rerum argumenta loquuntur. Quare pro meris curialibus ineptè habentur*, quæ extant N. 14. & 15.

in cap. III. ſect. 2. Imperium ſine Imperatore, *cum de ſubjecto Majeſtatis quæritur, nihil ſignificat: Quod ſi Imperium ſumere velis pro Ordinibus ſive Statibus ſolis, falſiſſimum eſt, Imperium ſuperius eſſe Imperatore, aliàs enim ſequeretur, Ordines legem univerſalem condere poſſe abſq́ Imperatore, aut invito Imperatore*; Quod à veritate & praxi in hunc diem alienum eſt.

Probaturus hanc theſin N. 9. & 10. *removet falſa argumenta; & unde pro Imperio contra Imperatorem præſumatur*, N. 11. & 12. argumenta ab Electione petit. *Sed Paurmeiſterum Aureæ Bullæ textu nitentem non refutat, ſed ei tantum contradicit. Et de LL. in Electione dictis ſive* Capitulatione *ita incedit Lampadius*, (& quidem rectè) *ut Imperatoris ſit, & eſſe præſumatur omnis poteſtas, quæ in* Capitulatione *Statibus non communis pronunciatur. Electio ipſa nudè ſpectata non arguit abſolutam & limitatam poteſtatem.*

II. Argumentum ſumit à neceſſitate rationum reddendarum Statibus, quâ Imperator teneatur

Num. 13. *At non probatur hoc per allata.* N. 14. usq; ad 24. *Voluntaria enim eſt hæc ſubmiſſio, nec præjudicat Regiæ Poteſtati, ſi Rex cauſam ſuam arbitrio aut judicio civium ſubmittat.*

Ad N. 16. & 17. referri & apponi debet, quod habet Sigebertus *Anno 1106. Henricus Imperatoris Filius contra jus naturæ & fas LLum. in parentem inſurgens, quàm indignè eum tractarit*, declarat epiſtola ex ore ipſius Parentis ſcripta ad Philippum R. Franc.

N. 20. *aliter judic. de Ottonis IV. facto; quare nec* N. 22. 23. *illatio procedit.*

Et *ordines quoq́ teneri rationem reddere Imperatori*, negari nequit.

III. Argumentum ab Exauctoratione Imperatoris acceſſit; *multa temeri-*

meritate & confuſione. N. 24. & ſqq. *vel enim facti ſunt, & quidem plerumq́, non probatæ poſitiones, unde jus non infertur*, quod ipſum agnovit penè Hippol. n. 32.

Neq; ratio N. 25. *figurata ullius eſt momenti, multa enim ſunt ab initio voluntatis, & ex poſt facto neceſſitatis.*

Multò minus auctoritas vel Electoris Mogunt. N. 25. vel Ottonis IV. N. 26. *valet: ibi enim factum improbabile, hîc ſimulacrum Ariſtocratuum, & quidem in turbis obſtat.*

Sententia itidem Reinckingii *haud plenè proponitur* N. 28. 29. Et *perperam reſpondetur* N. 31. *quaſi* Reinck. *de utilitate tantùm Imperii agat, aut qſ. ex facto licentia ſive jus colligatur ſtatim, aut quaſi factum in caſu neceſſitatis non tàm probabile, quàm excuſabile ordinarium jus conficiat.* N. 32.

Quod quoque ampliat th. N. 23.

parum conſentit cum N. 30. *& eodem vitio facti pro jure allegandi laborat, ineptiſſimæ gloſſæ, non eſt ſuſpecta auctoritas in hoc negotio*, ſed ex ſtudio partium profecta in ſubſidium vocatur N. 34.

Num 35. cum duobus ſeqq. *prodit doctrinam, cujus virum cordatum, ne dum religionis memorem pudere debet.*

Et Henr. IV. *deſtitutio iniqua fuit* v. Slut. in S. ſect. 1. 6.

Henr. V. *ne depoſitus quidem eſt.*

Adolph. Naſſovii Exemplum *potiùs eò valet, ut injuſta videatur depoſitio*, certè juſtam fuiſſe probari nequit N. 38. & ſeqq. Leg. Chron. Auſtr. a. 1298 Appendix Stezonis 1297. & Albertus Arg. 1298.

Wenceslai *depoſitio probari non poteſt, quod legaliter facta ſit*, neq; eadem apud omnes rata. Binder. l. 6. c. 38.

Num 49. cum 2. ſeqq *Inanis eſt ſubtilitas & impertinens, quod Greg. Tholoſani* ſententiam nec citat benè, neq; explicat.

Num 1. & 2. *diſtinctionem* Reinck. *repudiat in voce Imperii*, quæ optima & notoria eſt, & in perpetua praxi poſita. in part. 1 cap. 3 ſect. 3. Paurm. l. 2. c 1

Quæ de formula, **Alle und jede ꝛc:** N, 6. 7. & ſeqq. habentur, *effugium manifeſtò quærunt*, rectè enim & juxta communem ſententiam explic. Reincking.

Quod objicitur N. 11. *id* Reinck. *non tàm ad prædictam formulam, quàm ad pœnam Banni, ſive comminationem Banni retulit.*

Enumeratio quæ fit in Ordinatione Pac. Præf. 1521. *præſertim* art. 21. §. 4. & R. J. 1542. §. **Hierumb.** 124. *malè explic.* per gloſſ. N. 13. 14. 15.

Nam *R. J. tenent omnes Imperii Status, ut ſunt corpus & totum, & ſingulos, ut ſunt membra:* Luſus enim eſt in voce *Imperium*, quod

I. *cum illa formula malè confunditur.*

II. *Quando Imperator præcipit omnibus & ſingulis, propriè non dicitur Imperio præcipere: ſed* Imperii Statibus, tum universè tum ſigillatim ſpectatis.

IV. *Subditi Cæſaris & Imperii dicuntur omnes Status, quatenus* conjunctam ſum-

Digitized by Google

mam in Imperio Poteſtatem *ita* habent, *ut Cæſaris* non confuſa & permixta cum poteſtate ordinum poteſtas, ſed eminentia ſingulari, jureq; proprio diſtincta, & ſua vi nixa exaudiatur.

IV. *Si* autem Imperii vox *ad Status* refertur, *tum* omnes Status non modò ut ſinguli, ſed etiam ut in Statuum corpus collecti dicantur.

Nec obſtat illa ratio Hippolyti, Imperium & *Imperatori* & ſibimet ipſi per rationem rerum ſubditum eſſe, quod nequeat.

> *Imperium* enim *in hac form. non not.* Status ab *Imperatore* ſeorſim ſumtos, *ſed* Imperatorem & Status ſive caput ſuis membris junctum. Ubi membra parere capiti & corpori toti, nihil eſt abſurdi dicere.

V. *Neq; citra captionem dicitur*; (Num. 15.) *ubi* de membris expreſsè ſcribitur, non conjunctim, ſed diviſim, res accipienda eſt. Quod fit in illa form. R. I. 1547. §. 124.

VI. *Ex diverſo*, Imperium quatenus de præcipiendo & imperando agitur, *Status quamvis collectim ſumti*, non repræſentant. *Igitur Cæſar obligari nequit, niſi* per modum pacti, quo ſalvo & conſtituto, Imperator ea ipſa, de quibus per modum pacti convenit, ſtatibus omnibus & ſingulis præcipit, & *quidem ex Cæſareæ poteſtatis plenitudine ſua* & Imperii nomine.

Unde apparet, falſiſſimum eſſe, quod N. 21. temerè & captioſè dicitur; *Neq; Imperator ullo caſu agnoſcit Imperium univerſitatis*, *vel* pro ordinibus ſumtæ, cui præcipit, *vel* pro capite & membris accepto, *ubi* membris junctim ſumtis pactione tantùm obligatur, *ſalvo eodem actu præcipiendi jure.*

In Num 16. cum 3. ſeqq. form. ſtyli publ. nimis craſsè, vel per cavillatorias interpretiones torquetur, *cum illi textus potiùs firment Imperatoris Poteſtatem* in omnes & ſingulos Status Imperii, *ejusq;* imperii & ſubjectionis vim ac cauſam deſcribunt.

In part. 1. & 4. ſect. 1.

Num. 2. 3. & 4. *vulgaria de* Majeſtate & Juribus Majeſtatis affert, *connexa conſequentia, effectus Majeſtatis* vocans *Jura Majeſtatis.*

Unde nec N. 5. accuratè loquitur de potiſſimis Majeſtatis Juribus; *Omnia* enim *Jura Maajeſtatis verè* quidem ſic *dicta ad conſtitutam Majeſtatis eſſentiam concurrunt, non potiſſimum tamen, ut ipſe vocat.*

Eſſe autem in hypoth. *de Juribus Majeſtatis conſulendas LL. Imperii fundamentales*, verè dicitur N. 2. *ſed* illas Leges non oportet cavillari, *aſt* ex optimis interpretandi rationibus ſpectare.

Imperium interpretatur univerſos ordines, *cum debuiſſet interpretari Imperium & univerſos ordines*, quod in materia Comitiorum imprimis requiritur.

Porrò *iniquus in Imperatorem animus deprehenditur*, Electoribus concedendi non pauca, nec poſtrema *Jura Majeſtatis*, *Imperatori nulla concedendo, aut minutula quædam.*

Electoribus etiam iniquus eſt, quod arrogaſſe ſibi quædam ait &c.

Aut enim *intelligit tempora ante* A. B. & tunc nunquam probare poterit ſuam ſententiam:

Aut quæ A. B. *ſecuta*, & iniquè dicitur arrogaſſe ſibi Electores, quæ L. Publ. Ipſis conveniunt.

Aut ultra illa tempora, & hoc probatu erit difficile, præſertim, quando Comitia, in quibus Jura Collegii Electoralis ſemper floruere.

Ubi de Juribus Majeſtatis ſermo, *abſurda eſt appellare leviuſcula Imperii recta* &c.

An Jus nomotheticum, (cujus partem eximiam Cæsar habet, ſolus non modò quoad honores & privilegia, ſed & alia ratione) *& jus judiciorum ſive jurisdictionis, quod Cæſari competere aliàs demonſtratum, ſint minuta? An ullum Jus Majeſtaticum pertineat ſaltem ad aliquam externam antiquæ Majeſtatis ſpeciem, & velut umbram: nedum de reliquis Reſervatis dicam?*

An hæc Rempubl. ipſam & ejus tranquillitatem non ſpectent?

Cum videret Hipp. ſe temerè & contra jus & morem Imperii ab Ordinibus ſejunxiſſe *Cæſarem*, *analogia utitur*, quæ crimine ipſo pejor eſt; Nam N. 6. *ſejungit Imperatorem Ordinibus*, ſed ut Directorem Comitiorum, & ab Ordinibus concluſorum Executorem, & Imperii Miniſtrum.

Quæ omnia, quàm ſint à veritate aliena, Imperatoris poteſtatem Comitialem ad hunc modum detrectari, & LL. *Imperii fundamentalibus & perpetuæ praxi injuriam facere!*

Inſuper falſiſſimum eſt, *quod de ſtylo exauctorationis Wenceslai affertur, quaſi Cæſar ibi miniſter Imperii vocetur.*

Nec ab Hipp. hic aliquid ſincerè affertur aut explicatur. *Falſum* enim eſt, *quod dicitur ad* N. 22. *Impp.* in noſtris Comitiis pendere ex Comitiorum arbitrio, *quo genere loquendi eum ſuperioris, & inferioris ſignificationem intelligere, imperiiq́, & obſequii rationem attendere, ipſa comparatio oſtendit.* In part. 1. c. 4. ſect. 2.

At Imperator à Comitiis non pendet, quorum magnam partem facit, *id* vells dic. de partibus paciſcentibus cauſ. inſtitut.

Multo minùs Imp. pendet à Comitiis, *ſi* Comitiorum vocando Ordines cum Hipp. intelligas, *Ordines enim nihil præcipere aut præjudicare poſſunt Cæſari.*

Falſum igitur 2. & *iniquum* eſt, *Imperatoribus* ſolam Auctoritatem ſuadendi in Comitiis aſſignare, Ordines autem regentes conſtituere, *ex Cæſare* Conſiliarium, ex Ordinibus Principem facere. N. 23.

Sententia communis de ſumma Imperii Poteſtate in Comitiis N. 28. ſqq. *nihil habet incommodi, ſi rectè explicatur*; & Lampad. probata. p. 3. c. 8. θ. 13.

Ad N. 29. ad d. Lampad. d. loc. θ. 14.

Conf. Grund. P.2.c.9.p.177 cum ſeq.

N.32 *Sententia* Reincking. *non eſt eadem, quæ* ex literis cujusdam Principis affertur; *Caſus* autem *ſpecialis* in iisdem hic attingitur: *An in negotiis, quæ comitialiter definiri non potuêre, Cæſar poniт per Reſcriptum ſtatuere inter ea ſervandum, donec* comitialiter aliud ſtatutum fuerit.

Et ſimilis ferè eſt illi: *An in illis neg. quæ in Inſtrumento Pacis comitialiter definiri, jubentur nec tamen hactenus definita ſunt, Cæſari non liceat præſenti ore pro via ſua Imperatoria agere, quæ Impp. ſolebant agere, donec comitialiter fuerit lex condita?*

in part.1. c.4. ſect.3. Exerc. Exoter. 7. θ. 12.

Ad N. 2. & 3. Sluten. verè quidem diſſ. *Religionis negotium hoc Cæſaris, nec ullius Principis definitioni ſubjicere*, vide tamen Strauch. Item quæ ad R. I. 1545. θ.18. tx. att. *plus inſert* Hipp. *quàm promiſſum* erat: *diligenter etiam cogitandum de form.* qua diſſentientes profitentur ſe non potuiſſe intercedere Cæſareæ Majeſtati. *Similiter*, quæ ad illum R. I. 1544. à N. 5. diſp. exigi poſſunt ad normam expoſitionis à Paurmeiſt. relatæ 22. 65.

22. 66. usque ad 100.

Illud importuniſſimum eſt, quod N. 24. affertur, *ſi enim Rec. I. parùm accuratè loquuntur, jam nulla erit LLum. Imperii*, quas pleriq; fundamentales vocant, *auctoritas.* Dein, *ſi verbis magnificis contra rerum naturam* R. I. *indulgent, non Cæſar tantum* (adverſus *quem* hæc ſpicula diriguntur) *ſed omnes Ordines incuſantur.*

p.3.c.11. θ.13. usque ad 25. In diſſert. d. P. Rel. in Nucl. J.P θ 37. & Tr de P. Rel. c. 8.

Quæ autem N.26. usq; ad finem ſect. ex P. Rel. 1555. θ.18. diſp. *prolixiſſimè* ſunt *expoſita à Paurmeiſt. Brevius* à Lampadio; *vide* quoq; D. Sprenger.

Cum N. 26. *non ſatis conſent. quæ habentur* N. 27. & ſeqq.

Et vox **Heimſtellung** in N.28. *vitioſa* haud dubiè *interpretatione ad Ordines refertur.* Præterea, *toties à Proteſtantium ſententiâ ſine neceſſitate diſcedit.*

Tandem, *Cæſari arbitrium denegatum* N. 32. *reddit* N. 33. cum ſubſ.

in part.1. c 4. ſect. 4.

Hipp. de Comitiorum Jure ab initio N. 5. ſuam ex parte Bodini conformem ita *proponit, ut adnectat interpretationem omni legali & practica auctoritate deſtitutam: Nimis manifeſto injuria in Imperatorem propoſita.*

Probatio I. N. 6. cum 3. ſeq. *nullius eſt momenti.* Cavillatur enim; *non refert ſententiam* de ſemiſſe poteſtatis, *cum ea*, quando vim decernendi *Cæſarem* ab una, Ordinis conjunctim, & in ſuo corpore concluſum facere poſſunt, *non ut ſinguli ad Cæſaris ſententiam* accedere ab altera parte conſtituat. *Extra* quam comparationem & decernendi modum divagatur nimis ſophiſticè illa ponderum dimenſio Hipp.

II. *Probatio* petitur *à Regimento*, ſatis imprudenter afferendo N. 10. usq; 14. *Imperatori* enim *ſive ejus Vicario ſolam directionem etiam unicum votum competere*, quod ex textibus citatis haud probatur.

Imò clarum eſt *Regimentum* eſſe *Imperatoris & Imperii* Tit. **Von den zwaintzig** &c. ib. **Unſer und des Reichs** ꝛc. *Ab Imperatore* peculia-

riter accipere mandata & delegari d. Tit. 16. und ſonderlich: add. Tit. wie alle Sachen.

Imperatori ſingulos jurejurando obſtringi T. des Regim. Rähte Eyd &c. *Jus inſuper* majoris partis malè & corruptè alleg. Hipp. N. 12. *non enim* Tit. das Regim. mag &c. majora der Rähte tantùm ponuntur.

De abſentia item Imperatoris itidem captioſè intulit ſermonem Hipp.

Prӕterea, *Regimentum omne Comitiis ſubrogatum*; *aliud enim eſt* occaſio inſtituendi Regimentum & Comitiorum A. 1587. inq; horum locum *Deputatio ſucceſſit*.

Porrò, *Regimentum agit* ex Commiſſione, *Cӕſar & Ordines* ex via propria &c. v. T. wie alle Sachen &c. ib. daß die Händel.

v. Tit. wie der Churfürſt. ibi wann wir perſönlich. & T. wie dz Regim. ib. wir uñ d 2c. v. T. von zwölfftigen. & T dz Regim. mag. ibi oder ob es.

III. *Probatio à Camera* petitur Num. 14. cum 2. ſeqq. *Licèt autem daretur*, (quod tamen dari nequit) *Cameram repræſentare Comitia, tamen Imperatoris auctoritas* multis emineret, *vel quia* Camera à ſolo Cæſare Juriſdictionem acceperit, *ut & reſervata Juriſdictio Cӕſaris negari nequit.* Neque ſtilum obſervat Hipp. cum *Præſides Cameræ cum Judice Cameræ confundit*.

Grundv. P. 3. c. 6. p. 279 &c. Paurm. P. 2. c. 6. Lamp. p. 3. c. 16. pr & n. 8.

IV. *Probatio à Deputatione* petita N. 17. cum 3. ſeqq. *Certiſſimum, in eadem majora nihil efficere poſſe, ni* Commiſſarii Cæſ. vol. *Nec* à forma & modo tr. ad jus & poteſtatem fortiter argum. *Et* propter diverſitatem ab ipſo Paurm. explicatam, quique *nullo modo dicit, quod ei* N. 18. *affingitur*. *Multo minus* Textus allegati ſuæ ſententiæ favent. Cavillatio ergo eſt mera verborum num. 19. adeoque nil infertur Num. 20.

v. R. I. 1582. §. 63. & R. I. 1594. §. 119. & R. I. 1576. §. 98. & R. I. 1559. §. 11.

V. *Probatio à Cæſaris Comitiali poteſtate* ſub N. 21. cum ſeq. verbis falſiſſima: *Ordines poſſe decernere Cӕſare* (vel per ſe, vel per Commiſſarios) *diſſentiente & contradicente*.

Et à Regimento vel Conventu particulari *argumentari*, N. 22. cum ſeq. *quàm ſit imbecillum* d. N. 22.

Conf. Lamp. p. 3. c. 8. §. 20. Grund. P. 2. c. 9. p. 177. cum ſeq.

Cavillatoriè citat textum Ord. Reg. quem in alienum ſenſum detorquere, & de omnimoda *Cæſaris* abſentia interpretari, nimis Sophiſticum eſt. *Exemplum* Decreti Norimb. N. 24. *nihil huc facit* ſc. ſpectans cauſam religionis &c. v. R. I. zu Nürnberg §. 78.

VI. *Probatio à cauſa in Comitiis nunquam dabili*, conficto malè deſcripto per. Num. 26. cum ſeq. qui aſtus tamen non ad concludendum, ſed ad decernendum pertinet. Et Scriptor citatus votum concluſivum *non ratione numeri, ſed* ratione effectus accipit. Si autem ejus auctoritate pugnat ap. Limn. alia diſcors auctoritas ſtatim conjungitur.

VII. *Probatio ponit caſum nihil huc facientem*; *quis enim* unquam audivit illud: *Cæſar* habet dimidiam poteſtatem in Comitiis in decernendo, ita, ut vel uno vel paucis votis, ex parte ordinum adjutus, ſumam totam poteſtatem comitialem in decernendo obtineat: & in turbato rerum ſtatu in præjudicium abſent. nihil decretum.

in part. 1. c. 4. ſect. 5. vid. Carpz. de L. R. G. c. 12. ſect. 2. §. 20. cum ſeq.

Hic agitur de poteſtate Comitiali inter Cæſarem & Ordines diviſa. Hipp. dum convellere conatur ſententiam legalem & veriſſimam, quod *Conſtitutiones Imperii* fiant *per modum conventionis*;

1. *Diſſimulat* ſtilo Publ. & formalibus & Conſtitutionum verbis ita tradi. N. 2. & 3.
2. *Exemplum Poloniæ* ob plurimas cauſas alienum eſt. N. 4.
   Exempla Romana malè ex- & applicantur N. 5.
   In Plebiſcito condendo poteſtatem LLatoriam *non* præcipiebat Magiſtratus Plebejus rogans, *ſed* opera ejus tantùm miniſterialis erat, & ad formam externam, modumq; ſciſcendi pertinens.
3. Forma L. ferendi *ex cerebro, non ex* LL. & Praxi Imperii audaciſſimè adducitur N. 8.
4. *Quodammodo facilè confiteri videtur, in Comitiis fruſtra has nebulas offundi, ideò* effugium novum pet. N. 9.
   Quod tamen contrariatur ſtylo omnium Receſſuum, ubi Ordines conjunctim ab una parte, *Imperator* ab altera in paciſcendo ponuntur.

Iaſ. ad L. 1. ff. d. LL. n. pen.

Neq; probat mentio Domus Auſtr. aut provinciarum hæreditariarum, *ita* potius dicendum erat N. 10. & 11. qua enim *ex cauſa ſpeciali facta generali L. & Formulæ receptæ non poteſt præjudicare.*

Contra

hîc margini adjectam perpetuam & luce ſua radiantem praxin novas & detortas interpretationes jactare, aut ineptas ſuſpiciones jacere, temerarium utiq; eſt.

Illatio itaq; vana, Chimærica eſt, quæ adornatur N. 12. cum 4. ſeq.

Eadem imprudentia nihil opponitur validiſſimo argumento à praxi Comitiali pet. N. 17.

Sicut etiam in N. 18. 19. 20. multa falſa & abſurda cumulantur.

Ante Familiæ Auſtr. Cæſares majorem fuiſſe libertatem ordinum & poteſtatem in Comitiis, adeò falſum eſt, ut neſuſpicio quidem rei ullo colore velari poſſit.

tx. clar. Inſtr. P. art. 5. §. 19. R. I. 1500. art. 34. cum 2. ſeqq. & Ord. Regim. 1521. R. I. Spir. 1529 §. 6. ita R. I. Aug. 1530. §. 145. R. I. Ratisb. 1532. §. 5. & 15. 41. R. I. Spir. 1542. §. 145. R. I. Norimb. 1542. cū ſeq. §. 40. R. I. Spir. 1544 §. 104. R. I. Worm. 1545. §. 18. *

Neq;

* R. I. Aug. 1548. §. 105. R. I. 1551. §. 109. & 1575. §. 144. R. I. 1557. § 89. R. I. Aug. 1559. §. 87. R. Deput. 1564. R. I. Aug. 1566. R. I. Ratisb. 1567. R. I. Francof. 1569. R. I. Spir. 1570. R. Deput. 1571. R. I. Ratisb. 1541. & 1654.

Neq; de aliorum Regum Comitiis, Senatusq; Rom. veteri ſermonem ordiri. N. 21. 22. 23.

Cum nemo peritior dic. eandem eſſe Ordinum rationem, quæ fuit Senatus Rom. Tx. Impp. Arcad. & Honorii imitatur A. B. c. 24. de Electoribus loquens.

N. 1. *agitur de duobus Majeſtatis Juribus*, in quibus ejusdem eſſentia potiſſimum conſiſtit; *fruſtra ergo* afferuntur num. ſeqq. de poteſtate LL. ſoluta agentes. in part. 1. c. 5. ſect. 1. & 2.

De poteſtate Imp. LLatoria multa heîc ſæpe producuntur aliena conf. fuse Carpz. de L. Reg. c 12. & 13.

N. 6. d. *Jure contractus* parum conv. cum cap. præc. ſect. 5. θ. 3.

Quod de coërcitione dicitur N. 7. probari non poteſt. *Neq; enim hic* vel Capitulatio, vel aliæ LL. quid definiunt.

Et quæ citantur N. 8. & 9. *ad modum ſive limites poteſtatis in Capitulatione præfinitas pertinet.*

N. 10. & ſeqq. *Diverſitas Capitulationis & effectus non negatur, ſed* Cuſtodes Capit. non intelligi poſſunt cum poteſtate coërcendi; *neq; enim* Electori Pal. ratione Capitulationis quicquam tale convenit. *De eodem Judice* (licet res ſit infin. Diſpp. obnoxia!) *certiſſ. quod non* in univerſum id accipiendum ſit, *at in* certis cauſis & debito modo ab A. B. deſcripto.

N. 5. *Spec. Suev.* nulla prorſus auctoritas eſt. in part. 1. c. 3. ſect. 3.

Gerard. de Roo tx. de alternatione loquitur, & potiùs infirmat id, quod vult Hipp. N. 6.

Neq; aliquam auctoritatem habere poteſt ſcriptum N. 8. *& ad Hiſtoriam reſp. Slut.*

N. 9. *Sententiæ allata* graves Scriptores & praxis *repugnant.*

N. 10. *Hiſtoria Adolphi non poteſt Aventini auctoritate invaleſcere.* Et infirmabitur potiùs Jus Palatini per ea, quæ afferuntur.

N. 11. & 17. *admodum infirma ſunt*, quæ Hartmanni Schetelii & Georg. Alt. auctoritate nituntur.

N. 13. *Aſſertio inimicorum* nec valere, neque allegari hîc poteſt. vid. ipſum Rebdorff. ap.

N. 14. usque 19. *Curiam fruſtra de Comitiis* explicat; *tempore enim CAROLI IV. Comitia nondum* habuerunt eam auctoritatem: ſicque enervaretur Privileg. Palat. Freh. tom. 1. ſer. q. p. 412.

In fine ſection. *confundit diverſa*, *& non* probata pro probatis cumulat.

Et *Cæſ. Poteſtas* eſt Legibus *ſoluta in his Juribus*, quæ eidem ſoli competunt, *& qu. pœnam &c.*

Omittit hîc partem Juris Nomothetici, ſoli Imperatori competentem, & in alium lo- In part. 1. c. 6. ſect. 1.

locum rejicit, ut eo licentius c.16. poſſit criminari & extenuare res maximas.

Poſtulata ſua ubique ſine probatione infert. *Varia* etiam *immodica*, *vaga*, *vana miſcet*, de quibus ſingulatim *ſatis contumelioſa* ſunt, ipſique Imperii dignitati adverſa, quæ habet N.6. & 7.

In part.1.c.6. ſect. 2. — N.7. cum 2.ſeqq. *de Rec. Imp. minus accuratè* loquentibus, imò contra auctoritatem Ordinum *ſerviliter* afferuntur.

Neq; de Cæſare noſtro dici poteſt, quod nulla de re ſtatuendi abſque Ordinibus poteſtatem habeat.

v.R.I. 1555. §.7. cum 2. ſeqq. — N.28. tx. allatus nil aliud probat, quàm *ordinem deliberandi à Cæſare & Ordinibus* ab initio probatam; *utrumq;* partis conſenſu omiſſo primo capite, eatenus mutatum.

Grundv. p 3. c. 2. — Quæ N.29. cum 2.ſeqq. habentur, *contrariantur.*

A N. 32. *Fruſtra* inſtituitur longa diſſertatio *de confirmatione*; *Phraſis non eſt aliena*; & nimis Sophiſticè *Barchardi Auctoritas & contra mentem Paurm.* ad d. N.32. cum ſeq. *Polon. iterum, cum Venetorum Exemplo recuſ.*

In part.1.c.6. ſ.3. — N.1. & 2. *in Comitiis ſtylo Imperii repugnat, Si quis Cæſarem* & Ordines Imperii, tanquam unum Corpus vocando Ordinum vocet.

N. 5. De poteſtate mutandi ſtatus conſilium ſuum nudat *importuniſſimè: ſi enim* A.B. (eadem temeritate contemtim, nec ſine vitio nominata N.7.) totius Imperii conſenſu lata eſt, ut fatetur N.8.E. *non potuit* vel Ipſa, vel Electorale Collegium *abrogari, ni conſenſu Imperatoris, Electorum*, ſtatuumque reliquorum N.9.

quem Caſum dabilem eſſe, nemo ſanus credat!

ut verò Ordines cæteri poſſint *contra Impp. aliquid per modum L. ſtatuere, monſtrum eſt* in Germania, & quidem omnibus abſurditatibus deforme.

In part.1 c.7. — A principio usque ad N.8. *partitur poteſtatem inter Imperatorem & Ordines, ſed poſtea* obliviſcitur hujus ſententiæ, & omnia ferè ad ordines *ſuo more* refert.

N.9. quod Ordines *ut univerſos à Cæſare* tamen diſtinctos, *Imperatore tamen* ſuperiores facit, *Crimen eſt*, cujus ſono ſæpè obtundit aures, ſenſum nunquam expedit.

v.Hiſtoria reſignationis Car.V.conſ. Proœm. Cap. Ferd.I. p m ib auch zu dieſem Effect.&c. — Et quod univerſi Ordines collegialiter, ut unum corpus conſid. *Imperatori fidelitatem non debeant, falſum eſt.*

N.8. *Ratio* de loco recipiendi homagium *nullius momenti. Locutio, Imperator debet fidelitatem Imperio* (*ut Imperator* ſc. ut fidelitatis ratione, quæ homagio ineſt.) *inaudita* eſt in Imperio, & *falſa.*

N.12. Ea *phraſis*, quod ditionum & territoriorum fiat mentio, *cum Imperatori & Imperio juratur, non ſatis eſt accurata.*

N.15.ſeqq. *Ad extenuandum homagium, figmentum nec probatum, nec probandum*

Digitized by Google

dum ulla idonea ratione in medium profert, quaſi Imperio principaliter & directè; *Imperatori verò ſecundariò fidelitas præſtetur: cum tamen* omnis ſcriptura publ.& ſtylus ſanctionum Imperii pragmaticarum adverſetur. Deſcribit quidem aliqua ex Limnæo, ſed *ultra caſum & ſtylum ſui auctoris proceſſit.* L.P.2.p.68.

N.17. cum ſeq. quæ affert, nihil prob.

Adverſus omnia regna & Reges hæc valerent, & extenuaretur omne jusjurandum cuique Principi à ſubdito præſtitum. vid. Mand. El. Mog. A. 1500. poſt

N.19. & 20. *Formulæ* von deß Röm. Reichs wegen / und uns / und dem Reich: *non opponuntur ſibi invicem,* ſed permutantur ubique. R.I. ejus anni.

Cæſaris, ut Cæſ. conſideratio, & officii Cæſarei reſpectus non minuit hîc *Cæſ. auctoritatem* & jus, *ſed* auget. *Feuda non ab Imperatore*, ſed Imperio *teneri, excluſo Imperatore, falſum eſſe, vel* ipſius juramenti fidelitatis forma oſtend. Unde apparet. vid. Procem. Capit. Ferd I. p.m.

N.22. iterum *à praxi Imperii* & *J.Publ. aliena* afferri. Principum Diploma all.d.d.

N.23. non obſtat; hæc enim *non excluſivè* tr.Ruperti verba prob. confer 8. ſeq. & 5.

N.24. & 28. *appellatio Imperii nequaquam excludit Imperatorem.*

N.27. *de Caſu Tyrannidis* detrectandæ & declarandæ omnium graviſſimo *dilutè & negligenter* pronunciat. *Neq; ſcriptum* productum Tyrannum declarat *Cæſarem.*

Et ſi hoc fac. ---- non poſſet *hinc* regula aliqua ſtatui ex facto temporis turbidi & defenſione in caſu neceſſitatis ſuſcepta. *Defenſionem ſibi vindicare poteſt* contra injuſtam vim, & qui Tyrannum declarare nec poteſt, nec cupit.

Ad N.30. usque ad 34. *illatio nulla* eſt. *Neq;* eſt id. hoſtis & tyrannus.

Mutatur ſtatus quæſtionis & deliberationis Heilbronn.

Num.11. cum ſeqq. aliq. *In poteſtate Comitiorum* omnem in Imperio ſummam poteſtatem concipi voluit; *poteſt tamen* eidem ex ſua hypotheſi reſponderi: *nihil contra Cæſarem agi*, etſi Jus ſacrorum ſive Religionis penes eum non conſtituatur. *Amplius*: quicquid poteſtatis in hoc genere ad Comitia rejicit, id non ad Ordines tantum, ſed *ad Cæſarem quoq;* ſpectat. Hinc dicitur. In part. I. c. 8.

N.16. Die Sache neben Jhro Mayeſt. für alle Reichs-Graffen gehörig ꝛc.

N.18. Igitur *illatio nugatoria* eſt, *ni de Cæſare & ordinibus* ſimul accipiatur.

At verò id non adverſatur communi ſententiæ.

Porrò, in Cauſis ſuis pertinentibus pleraque tempore ſcripti cit. controverſa, *Inſtrumento Pacis definita* ſunt art.5.

Digitized by Google

In part. I. c. 9. ſ. 1. Hippolyti Doctrina *non repugnat communi ſententiæ, Jus belli & fœderum ſoli Cæſari tribuenti, ni per* quasdam hypotheſes & erroneas aſſertiones paſſim inſertas.

v. Lampad. p. 3 c. 19. & Inſtr. p. art. 8. N. 5. *Proportio*, quam tangit, *Chimarica* eſt, *neq;* omnia ordinibus, *ſolum nomen Cæſari* tribui poteſt.

Num. 6. cum 3. ſeqq. *admodùm incautè* ad exempla illa antiquiora provocat.

Captiosè omittit ubiq;, quæ addi debebat, ſermonem eſſe de bellis & fœderibus Imperii nomine ſuſcipiendis.

N. 12. *Præprimis* N. 15. & ſeq. *injuriosè Cæſarem* ſingulis Ordinibus *comparat*, extra terminos quæſtionis.

N. 19. *Comparatio claudicat.*

N. 20. cum 3. ſeqq. Caſus *non eſt hujus loci, nihilq; controverſia* de fœderibus talibus Ordinum.

N. 27. &c. *Aliena* etiam *Exempla* ſunt.

N. 63. *Periculoſa* & *inſufficiens* eſt *applicatio. Nec*

N. 67. 69. *Auctoritas* allegata poteſt *admitti:*

Neque facta extra ordinem turbat Reip. debetæ in exemplum trahi.

N. 56. & 73. *Iniquus, præter meritum*, eſt Electori Saxoniæ.

N. 75. &c. *Capitulatio malè* explicatur.

Heîc & S. Reink. deligi adverſarium, *præter rem* eſt, *nec* communis ſententia cum eod. facit.

In part. I. c. 5. ſect. 2. N. 11. *Non excuſandam animi impotentiam* prodit.

N. 14. quod dic. eſt *incaut.* & ambabus *tamen* manibus amplectendum.

N. 20. cum ſeq. quæ habentur: *plena felle* & *vanitate* ſunt.

In part. I. c. 10. ſect. 1. Hipp. errare par. Cum *hæc quaſi ex Jure veteri dijudicanda* eſſe, neſcio quibus attribuit, ſatis enim apparet, non diſputare cum contra communem ſententiam. N. 2.

N. 3. *Neq; hodie* negari poteſt, quod ibi dicitur. *Quod*

N. 4. *de conſenſu omnium dicitur*, utiliter etiam accipi poteſt. Dehinc 3. quæſtiones ſubnectit.

N. 1. Neque plures hac de re diſp. ex Jur. Civ. Vet. ſed Noviſſ. Conſtit. Actisq; ſumuntur, ut *non opus* ſit forte *iis, quæ afferuntur.*

N. 2. usq; ad N. 8. ſed N. 9. *Jura Majeſtatis ab Imperatore* ad Imperii ordines tranſiiſſe *non accuratè* dicitur.

vid. Limn. ad A. B. c. 11. obſ. ult. & Frid. Conſtit. 1236. l. c. 24. tot. N. 10. *Juriſdictionem Imperatori ademptam non audacter* modò, ſed *falsò* aſſeveratur. Ut & quæ

N. 11. & 12. narrantur: Neq; ſincera eſt allegatio A. B. & Pauim.

N. 14. & 15. quodque N. 17. dicitur, falſum eſt.

Et ex Ruperti Conſtitutione contra Hipp. eſt N. 13.

Hoc tantum requiritur de Fürſten-Recht/ *quod Aſſeſſores habuerit Imperator* in cauſis Principum: *Ilicet illud* F. R. olim fuerit in uſu, *quæſtio eſt tamen adhuc* de neceſſitate aut voluntate. Duravit non niſi ad tempora Maxim. Conring. d. jud. ſ. 50. & 65.

N. 5. & ſeqq. Exempla all. (Conring. antiquiora aff.) *probat morem & voluntatem Imperatoris.* in part. 1. c. 10 lect. 3.

Licet Imperatores hoc privilegio donaſſent Principes, *ut* eorum cauſæ aſſidentibus Principibus tractarentur, *hoc tamen non tollit Juriſdictionem Imperatoris. Non enim* probari poteſt, Principes plusquam Aſſeſſores fuiſſe:

Neq; Phraſis Judicii aliquid fac. hîc. *Neq;* probatum *neq;* probari poteſt, Principibus eandem poteſtatem comitialem, *unde* eam rationem comitiorum fuiſſe, quæ hodie eſt.

N. 20. & 25. *Callidè Comitia ſubſtituit, cum* Electores tantum in conſilium adhibiti, *& ſi quid* hic Electoribus accedit, id eorum Collegio eſſe particulare apertum eſt ex A. B. poſt Decreta.

N. 21. ſeq. Quomodo intelligi debeant, quæ *de Sigismundo Imp.* afferuntur, oſtendit ex formul. à Beſoldo prod.

N. 27. Quæ ad Comitia propriè rejiciuntur, *non probat*, das F. R. Th pr. voc. F. R.

N. 32. ex. *diſertè contra* Hippol. militat.

N. 33. ſeqq. Quædam *ex turbato Reip. Statu* & flagrantibus diſcordiis ſumuntur.

N. 38. cum ſeq. Non eſt probatio in terminis quæſtion. ſed *nova & alia quæſtio: An* Pares Curiæ ſint tantum Electores: Atque hoc non firmat, ſed deſtruit das F. R.

Hic non de modo, ſed de Jure *hujus judicii ſermo* eſt.

N. 42. cum 2. ſeqq. *nihil ad rem facit. Nam* N. V. C. non alii, quàm Principes poſſunt eſſe Aſſeſſores hujus judicii, *Ergò Cæſaris non eſt juriſdictio in hoc judicio.*

N. 49. & 50. *Carol. V.* Diplom. laud. potiùs repugnat Hippol. vid. Beſold. Th. pr. voc. F. R.

N. 55. & 56. *quod Cæſaris auctoritas ita extenuatur, malè* convenit cum Hip. *& perpetua conſuetudine* Hipp. qui paſſim unius Principis verba pro probationibus & oraculis adducit.

N. 57. quoad diſtinctionem illam ſemper *principium petitur*, & de jure nunquam demonſtrato præſupponitur.

N. 60. Tale F. R. ut deſcribitur, *non modò L. non* introductum, *ſed nec* conſuetudine.

Semper in exemplis aliud ſubſtituitur, quàm quod in quæſtione eſt.

N. 62. *Conſtitutio Baſil.* nunquam in uſu recepta.

Digitized by Google

Injuria mera eſt, quod aſſentationis ſuſpecti redduntur, *qui Cæſari* jus ſuum aſſerunt, ſicut & quid de propoſito eorum libertati Germaniæ infeſto confingitur.

N. 67. *Cauſa Trevirenſis non eſt* hujus loci, ſed ad Conventionem partium & Auſtregas pertinet.

In part. I. c. 10 ſect. 4. N. 1. *Nihil ſincerè*, antiquis temporibus dicere, *Cæſarem habuiſſe mandatam juriſdictionem* ab Imperio, nî omnem hiſtoriam & ſtylum invertere velis.

Eod. & N. 2. *confunduntur tempora*, & de rebus judicia, quod patet iis, qui legerunt *Conring. d. Judic. Germ.*

Hiſtoria inſtituta Cameræ prorſus vitiantur, dum

N. 3. omnia Ordinibus tribuuntur & *Optimus Imperator* Maxim. merita laude per meram & ineptam ſuſpicionem oneratus. N. 4.

N. 7. Inſtitutione Cameræ *Imperatori ademtam juriſdictionem per miram petitionem principii* aſſeritur, iterumq; *Imperator ſuſpicione gravatur.*

N. 10. usq; ad 16. *Vanus* eſt *conatus illationis* ex præmiſſis non ſecuturæ, & reſponſionis prorſus impertinentis, *juncta* infirmitate exempli diſconvenientis.

N. 17. *impudentiſſimè* fingitur, *Imperatores* olim ignobiliorem partem juriſdictionis habuiſſe, quod *nec ex jure ipſo Principum* (etſi conceſſum eſſet aut concedi poſſet) *ſequitur*. Quæ

N. 20. usque ad N. 24. *de Aſſeſſoribus* aff. ad Theſin. pertinent, cum hypotheſis probanda: Principes olim fuiſſe tales Aſſeſſores, quales ipſe facit.

Subeſt & *confuſio temporum* & *Status* in Jure Statuum Comitiali, & *antiqua Aſſeſſura* probatur ex N. 32.

N. 26. ex nomine *argumentum* peti *fragile*, ſtyli & temporum periti norunt, confer ſect. 5. n. 31.

N. 27. cum ſeq. *Exempla* ſunt *aliena*, *nec* probant peculiariter das F. R. ſed conveniunt Judicibus delegatis.

In part. I. c. 10 ſect. 5. N. 1. *Falſa* de Jure & Facto *narrata* deſcribit, *nec* deinceps probat, quod promittit.

N. 2. & ſeqq. Sententiam nondum finitam ſtatim in eam partem, *quæ ipſi placet, arripit.*

Strauch. Exerc. Exot. 13. §. 4. *Nam à Cæſare* & ab Ordinibus ſimul Camera poteſtatem accepit.

Sed illius diſputatio vertitur ad appellationem ordinatiæ & mandatæ Juriſdictionis, *utrum Cameræ conveniat? Contrariam ſententiam latè* exequitur:

Paurmeiſt. l. 2 c. 6. §. 10. ſeq. Hûc quoque *Lampad.* vertit p. 3. c. 16. θ. 1. ſeq. *diſtinctione* pugnam temperaturus. Unde

N. 3. cum 2. ſeqq. facilè eſt textûs allegatos explicare.

N. 6.

N. 6. cum ſeq. *Exemplum Poloniæ callidè* iterum obtruſum.

A. N. 8. 18. *Quicquid de conſtitutione Cameræ affirmat: non probat* quod in quæſtione. Sunt etiam *contraria* ipſis verbis ordinationis Cameræ.

N. 9. *Nugalia quadam, quaſi Imperator* nihil eſſet, quàm Director Judicii Cameralis.

N. 13. & 14. facile eſt de nomine Cancellarii Imperii refut. ex hiſtoria hujus officii. ap. Malling. Root. de Archi-Cancell. & Prænotario relecto; confer Ord. Cam. 1507. tit. 26. fin.

N. 18. *Conſequentia* non eſt ſimpliciter *attendenda*.

Nec rectè Reformatio cum Inſpectione confunditur. *Et in applicatione Cæſar nunquam excludi poteſt, etiam ubi* in communionem negotii Ordines per contractum admiſit.

N. 21. cum ſeq. *Regimenti exemplum non eſt adæquatum*. Regimentum *enim* non pertinebat ad Juriſdictionem ſpecialiter ſic dictam, ſed ad omnia ſummæ poteſtatis. vid. tr. R. I. 1524. §. It. Als etwan ꝛc.

N. 25. cum 2. ſeqq. Ita *executionis Ordo & jus malè deſcribuntur, diſſimulando, quid Cæſar faciat in committenda aliis executione*, Ordinibus ſolis vindicando, *in quo longè plus habet Cæſar*: particulares & conventos caſus contra jus univerſum allegando.

N. 28. C*onſequentia* itidem *vacillat*.

N. 33. *Frivolum eſt*, ad verba honoris referre, ubi Juris certiſſimi ſignificatio ſubeſt.

Fraude ſolita Ducis Veneti *exemplum alieniſſimum* citat.

N. 37. *Cæſar* conſtit. Judicem & duos Præſides præter duos Aſſeſſores, unde Inſtrum. Pacis.

N. 38. quæ de formula judicii conventa afferuntur, *otioſa* ſunt penitus, ut & illa quæ de Rege Galliarum habentur.

N. 44. cum ſeqq. *Plus eſt in concluſione*, quàm fuit in præmiſſis.

Ex Judicio Rothvvilenſi contra ſupremam Cæſaris Juriſdictionem, nulla argumenta repeti poſſunt propter naturam privilegii MAX. I. quod loco datum teſte memoria publica. *Hicq; nulla ratio obſtare intelligitur*, quo minus potuerit tantùm in id juriſdictionis conferre, quantùm poſtea contulit in Cameram Spirenſem. N. 3. & 4. fortiſſimum contra Hippolytum petitur argumentum *ex Judicio Rothvvilenſi*: *Si enim Imperator* potuit ſolo edicto ſuo & privilegio Rothvvilæ Dicaſterium conſtituere, quod in IV. Imperii Circulis agnoſceretur, *habuerit neceſſe eſt Juriſdictionem, à qua ſola, tanquam cauſa adæquata prodiret hic effectus*. N. 7. in part. I. c. 10. ſect. 6.

N. 2. Theſis *nugatoria* eſt per crambem ſæpius recoctum. in part. I. c. 10. ſect. 7

N. 4. ex quæſtione nectit argumentum *parùm philoſophicè*. v. A. Grundv. p. 3. c. 1. ſeqq. & c. 5. §. 1.

N. 6. & 7. Imperium ſuperius Camera eſſe ex hypotheſi Hippol. *nihil aliud*

aliud eſt, quàm dicere Imperium Imperatore ſuperius eſſe, quia Camera quaſi juriſdictione repræſentat Imperium. *Aliud* eſt Conſultatio de judiciis & juſtitia adminiſtranda, conſtitutioq;, *aliud* ipſa Judicia.

N. 10. de obſervantia tanquam recente *fruſtra argumentatur*; *Antiquior enim obſervantia* longè magis contra Hippol. fac.

N. 13. *Vanum* quoque eſt de facto *effugium*. *Neq;* ſolvitur nodus

N. 14. per frivolam executionem conſenſus vitioſi: *Imò* magna fuit

N. 15. & 16. Principibus & eorum Conſiliariis *injuria*.

N. 18. cum aliq. ſeqq. *hiſtoria vitiatur*, neque manetur in terminis actionis. *Reſcriptum* à Paurmeiſt. (qui videndus quem arte tr. Hippol.) allatum, *pro contraria ſententia ſtat via ſua*, neque convelletur cavillatoriis gloſſis.

N. 31. cum ſeqq. *Caſus extra quaeſtionem eſt*, *neq; audax aſſertio* ſine ratione inferri poteſt, aut *ex particulari* univerſale concludi.

N. 33. cum aliq. ſeqq. *Hortled. concluſio nequaquam infringitur*, per gloſſas, quibus & ipſe Hippol. diffidit. *Unde* ſuam opinionem exercitii cauſa prolatam dicit, & confeſſionem ſolitis aculeis veſtitam addit. Et gloriatio ſua vanitate & criminandi impotentia corruit. N. 39.

In part. 1. c. 11. ſect. 1. Wehner. voc. Acht. & Grundv. p. 3. c. 5. *Diſtinctione* opus videtur eorum, quæ hactenus obtinuerunt & de Jure impoſterum conſtituendo (conjectura de eventu.)

Longa diſſertatio de Notoriis N. 3. usque ad 20. locum non habet in iis notoriis, quæ Leg. deſcripta, & nominatim expreſſa ſunt; ubi non opus eſſe declaratoria, communis ſententia. Dein, *etſi* In part. 1. c. 11. ſect. 2. *concedatur, Imperatorem propter gravitatem rei in conſilium adhibere debere* viros prudentes ex ipſis Ordinibus Imperii, *contra Jus Caſaris nihil concluſum eſt*. Pertinent enim hæc ad modum rei.

N. 1. *Nimis generaliter* aſſeri ipſæ Leges Imperii oſtendunt.

N. 3. *Suſpicio* in titulum injuriæ adornandum trahitur.

N. 4. usq; ad 48. *Antiquitate ſive auctoritate exemplorum antiquorum non conſicitur*, quod vult Hippol. Dein *à quaeſtione juris & neceſſitatis* non eſt adeò Dion. Lib. 52. deſiliendum *ad quaeſtionem conſilii*: cujus conſilii ratio varia eſſe poteſt, & Monarchicis quoq; inſtitutis minimè adverſa. Et *ex ſtylo Hiſtoriarum hic cit. nullum validum argumentum* peti poteſt: illæ enim non ſolent, niſi populariter de his rebus loqui. *Argumentum illud ex capite L. inauguralis ſ. ctiuum non infert, quod* præcedens argumentũ intendebat, ſicut fateri cogitur N. 49. Et *verba generalia* ſunt, *nec* in terminis quæſtionem tangunt, facileque locum relinquunt illi interpretationi, quæ affertur N. 50. *Et* Electorum interpretatio hic validius auditur, quia non eſt collegialis v. N. 56.

N. 57.

N.57. ſeqq. *Textus Capitulationis* de bello ſuſtinendo agit diſertè & nominatim, non de Juriſdictione metu belli inde orituri ſuſpendenda.

N.60. & 63. *Conſequentia haud* admitt.

N. 64. *Exemplum è Gallia falſum : & ex Polonia* alienum N.65. cum 2. ſeqq.

quæ inferuntur *paſſim præter rem* & veritatem, ſunt notata.

Quoad Collectas, *tempora non confundenda :* Menſura judicii in hoc negocio ferendi *ex Capitulatione Imp.* petenda. in part. 1. c. 12. ſect. 1.

N.6. *Dicta importunius* & præter rem emollienda v.c. privilegio R.Pol. Ejusque comparatione.

N. 8. *Deſcriptio Imperatoris falſa, & nomine, officioq; Cæſareo indigna. Interpretatioq;* Cominæi parùm bona.

N.1. *Aſſertio falſa,* quod *nihil aut parum Juris habeat Imperator in tributis indicendis* (quod ex ratiocinatione poteſtatis Comitialis facile refellitur.) nec plus in diſpenſandis. Exempla enim potiſſima dependentia non probantur : in part. 1. c. 12. ſect. 2.

N.2. & ſeqq. ſuntque *particularia*, cum in alteram partem non minus ſuppetant. in part 1. c. 13. ſect. 1.

Et Imperatorem excluſum eſſe à re tributaria, *de remiſſione nimis generali loquitur.* v. Brovver, Ann. Trevir. 17. p 1000. & p. 1007.

N.2. Ex textu Modeſtini *nimis ſophiſticè* infertur.

N. 3. & ſeq. *Impp. antiquiores* pro lubitu Vicarios dederunt, & adhuc *tempore Caroli IV. Imperatoris : Ergo Origo Vicariatus Imperii à voluntate Cæſarum* eſt, etiam quoad privilegia certis Electoribus attributa. *Nec ſatis ergo gratè agunt, qui non meminerint, hæc omnia Jura ab Imperatoria voluntate, tanquam fonte unico profluxiſſe.*

Quod & Elector Saxoniæ agnovit & propugnavit. ap. Lundorp. Tom. 1. L. 1. c. 9. p. 6 & c. 7.

N. 17. *Conſilium Aulicum fruſtra impugnatur.* Iterum hìc Elector. Saxon. l. d. Not. hic Wehner. voc. R. Regim.

N. 18. cum ſeq. *Facere aliquem ſtatum Imperii,* non eſt *facere Magiſtratum*, accuratè loquendo.

Hujusq; Juris, quo aliquis ſit ſtatus, *origo omnis à Cæſaris voluntate.*

Neque ſtatus alii intercedunt, niſi, ne illis ullum creetur præjudicium. De Cæſarum Decretis v. Speidel. voc. Fürſt.

N.22. *Importuniſſima* eſt *illatio*, temerariis ſuſpicionibus nixa, *locusq; impertinens.*

N.24. *Neq; crudè accipiendum,* quod dicitur : vota in Comitiis non ponderari, ſed numerari, *præſertim* in caſibus ſuſpectis. *Inq; Exemplo* diverſiſſimi *generis* caſus quæſtioni *impertinenter* accommodatur. leg. ipsū Dipl. Creationis in Opuſc. à Maibom. Nep. ed. & dipl. ap. Goldaſt.

N.1. *Non impugnanda quidem* eſt in ſuis terminis hæc ſententia, *ne tamen,* quod

Digitized by Google

in part.1. c.13 ſect.2. quod Hippol. facit, *Cæſaris in conſtituendo Duce poteſtas* cum ſtatibus, neque confuſa cum his, ſed æquo pondere vigens excludatur.

quod ipſum ex citatis txx. & Comitiali agendi ratione conſtat.

Num. *9. Suſpicio non habet fundamentum*: Neque perpetuum eſt, adque Hipp. ſcopum validum quod dicitur N.10.11.

N.14. & 15. *quæ habentur, partim ab ipſa Cæſarum* voluntate proficiſcuntur, *qui* Circulos & Circulorum ordinationes inſtituerunt, *partim* confeſſione notabili temperantur.

Num.16.17. *haud quicquam allatum eſt, quo probaretur, Cæſari non competere poteſtatis tantum, quantum* in Comitiis debet competere. *Unde apparet*, vitioſis gloſſis & adhibita mutilatione allatos textus & ordinata Exempla non poſſe ſuppeditare medium ad inferendam hanc concluſionem.

in part.1.c 14. ſect. 1. v.R.I.1542.§. 25.conf.Hortled.c.5 & 6 & Speid voc. Münß. Quod *perpetuo dolo ſtatibus attribuit, quicquid* in Comitiis decernitur, *nulla Cæſaris mentione facta*, cujus poteſtas æquiponderat. tantum v.14. cum 2. ſeqq.

Num. 4. cum ſeqq. *Ingratitudo & temeritas*, negare Principes & ſtatus *non* habere *hoc Jus à Cæſare per privilegia, & quidem à ſolo Cæſare: cum tamen* antiquam conceſſionem fateri cogatur.

in part.1.c.14. ſect 2. N.1. *Nulla Auctoritas* præ Ordinibus Imperii *relinquitur Imperatori*, quod nullo non ſeculo in hunc diem *falſum* eſt.

N.2. & 3. *Non probatur*, quod probari debet: confer N.9.

N.4. *Haud crudè* accipi debet; *miſſi* enim ſunt *ſæpe Legati à ſolo* Cæſare in negocio totum Imperium ſpectante: conf. N.7.

N.5. Imperii voce & Ordinum *perpetuo ſophiſmate* abutitur, *excludendo Cæſarem.*

N.7. Gloſſæ infirmitatem prodit voce *forſan.*

N.8. & 9. *Exemplum non probat univerſalitatem* aſſertionis.

N.12. cum ſeqq. eſſe *falſiſſimum* vel A. der Grundv. oſtenſum it. P.2. c.9. p.177.

in part.1. c.15. ſect.1. N.2. *Electio quomodo contra Imperatorem allegari poſſit, non apparet.* In Imperio quod electione defertur, nemo ſolus ſeipſum eligere poſſe dicendum eſt, ſed neceſſariò eligentes eſſe debent.

vid. Londorp. Act. P. Tom.2 2.p.615.& 616 N. 5. & 6. *Conſequentia*, quæ hic de ſumma Imperii additur, *violenta eſt.*

N.13. *Bſ. ſententia mirè* hîc allegatur.

in part.1. c.15. ſect.2. N.1. Utiliter acceptari poteſt ab Electoribus, illa alternativa, vel commiſta ſunt: ut appareat, Hippolytum *non* habere *certum* ſuæ *criminationis fundamentum*, vel conrra Electores, vel contra reliquos Ordines.

N. 2. 6. 9. 11. Notetur *artificium*, quod *potiſſimum* Capitulationem *Ferd. II. Glorioſ. mem.* adducit, quaſi de introducta novitate: cum *pro Electoribus poſſint nominari Exempla omnium antegreſſarum capitulationum* à Carolo *V.*

N.9.

Digitized by Google

N.9. *Confuſione temporum ſolita utitur.*

N.11. cum ſeqq. *explicatio adverſatur* A.B. longè aliter explicanti, *& praxi, ac* participationi in *caſu concurrentium cum Cæſare Electorum*, veræ hiſtoriæ.

N.18. ſeqq. *De indictione* Comitiorum notat, quod non ſit propriè jus Majeſtatis.

N.20. *Extraordinarii ab Ipſo Cæſare* & ordinibus ſtatui Juris allegatio *non* perimit Jus ordinarium.

N.21. *Textus ex Ordine Regim. nec* de Comitiis agit, & *impertinenter* citatur.

N.31. cum 2. ſeqq. *Falſa Gloſſa. Nec* Hippolyti ſententia privata ſub

N. 34. eſt tanti, ut experimentis Imperii repugnare poſſit.

N.35. & 36. *alieniſſima Explicatio* txx. ſolitis fallaciis conſtans.

N.1.&c. *Plenitudinem poteſtatis fruſtra Legiſtis imputat.*

N.4. *Tranſitio* non vacat ſolitis fallaciis. ſub

N.5. ſeqq. *ead. ſophiſtica* laborat Explicatio vocis *Reſervatorum*, Hiſtoria contrarium docet, *Feudorum Imperial. Collatio* (notabili confeſſione formata N.8.) *non extenuatur per declarationem voluntatis Cæſareæ in* Capitulatione, ut N.10. dicitur. *Falſa, ſubeſt hypotheſis, quaſi Capitulationes per* modum præcepti *Cæſaribus præſcriberentur*, cum ſint contractûs clara & authentica verba ubique obvia.

Ad N.14. Legenda ſunt Acta totius diſputationis apud *Londorpium* prolixè conſignata & A.ac Ann.Bav.T.III.

N.17. *De prim prec.* inſpiciatur Caroli IV. Reſcript.

N.18. *Jus Privileg. concedendorum* pars eſt Nomoth. non extenuandi per naturales, & vel exprimi, vel tacitè ſubintelligi cautiones. N.19. confer N.20. ſeqq. vid. Beſold. Th. pr. voc. prim. prec.

N.22. In Exemplo concurrit *actus Judicialis, cum Legislatorio.*

N.23. De Conſuetudine *Electorum, conſenſum impetrandi*, not. *cauſas ſpeciales nihil præjudicare univerſali Juri Imperatorio*: Inſpicienda etiam promulgatio: N.24. & 25.

N.26. *Illatio ſatis violenta: ut &* Interpretatio Capitulationis.

N.28. ſeq. *Extenuatio nimis ſophiſtica* eſt, *nam* parva etiam exigui momenti dicere, quæ partem Juris Legislatorii conſtituunt, *non eſt politicum: & Ordinibus hæc* ita competere, *ſicut* competunt *Cæſari*, *falſum* eſt.

Num. 13. *ſolita fallacia* comitialiter acta ſolis ordinibus vindicat.

N.34. *Quando Imperator vice ſua* alium jubet agere *ſive* alii permittit facultatem conferendi honores *vice Cæſareá*, res ipſa aliundè & ex ſe nimirum æſtimanda, non amittit pretium & dignitatem ſuam, *exemplo omnis ævi. Neq; minuitur honor*, etiamſi is, qui vice ſacra ägit, non ſit ex optimis. Quis enim in terris, potuit ſemper hunc caſum vitare?

Eee N.36.

N.36. Principum Creatio *ſcurriliter* traducitur.

N.39. cum ſeqq. de Regibus creatis *falſa hypotheſis* eſt, quod ſolum nomen habuerint: quodque Rex eſſe non poſſit, qui eſt vaſallus alterius Imperii. Et allegata 3. *Exempla alieniſſima*:

vid Conring. d. Finibus. op.c 14. & 18. Limn Tom. 5. addit. ad l. 9. 27.

N.53. 54. 55. Mera eſt *ſophiſticatio*; *neq; enim* illa quæſtio huc pertinet, *ſed malè* cum Jure civitatis confunditur. Præterea, nuda aſſertione hic *poteſtas Imperatori* abjudicatur: *nam ratio*, quæ additur, *vaga* eſt.

In part. I. c. 17.

Num. 2. cum ſeqq. *Quæſtio non eſt hujus loci.* Et ſententia *de mixtura Monarchiæ & Ariſtocratiæ* (de qua potiſſimum Limnæus vid.) *corruptè* refertur & explicatur vel *ignorantia inexcuſabili, vel dolo.*

N. 6. *Nova Politica* confingitur, & *vocabulorum abuſus* totum ſophiſticandi artificium conſummat. *Adminiſtratio eſſentialis & accidentalis nihil eſt*: Sed forma Reipub. ita dividitur, à qua adminiſtratio differt.

N. 9. & 13. cum ſeqq. committitur *inſufficiens enumeratio partium*: nullæq; ſunt probationes & interpretationes abſ.

N. 20. *Falſum quoq;* eſt, quod *Imperatoris poteſtas*, ab Ordinibus ſuſpendatur, qui *ab Imperatore habent, quicquid* habent, ut & Electores.

Num. 21. cum ſeqq. aliq. *Imperatorem* tantùm Comitiis præſidere, *vanè* dicitur, unde & *illatio nulla* eſt. *Et mixtio* ex formis ſimplicibus unius ſpeciei v. g. pluribus Ariſtocratiis, *ſpuria & monſtroſa* eſt.

In part. I c. 18.

De Monarchia Romana *accuratius rex expediri poteſt*, quàm ipſe facit usque ad N. 17.

Importunius dicta ſemper repetit, ut Num. 27. 38. 43. 44. 55. 56. 59. 60.

In part. 2. c. I.

N. 1. Si *Bodini ſententiam* ſequitur, *deſtruit* ipſe, quod ſupra de mixtione ex pluribus Ariſtocratiis jecerat.

N. 18. *Incuſatio Domûs Auſtriacæ non ſine cautione* legenda. Et *ſpeciale* eſt, quod ad reſtitutionem bonorum Eccleſiaſticorum pertinet.

In part. 2. c. 2. ſ. I.

N. 10. & 11. Electores *malè* incuſantur & *iniq;*, ob principatum in una familia non diu continuandum.

N. 12. *Exemplum alienum* eſt, & *malè applicatum*.

N. 15. cum ſeqq. in Electores torquetur, quod omnibus Ordinibus *nociturum* eſſet.

In part. 2. c. 2. ſect. 2.

Invectiva hæc eſt *in Auſtriacos*, ſtudio partium, non veritati data.

N. 2. *Hypotheſis non* eſt *perpetua* Imperii ſucceſſivi; poteſt etiam perſæpè in Elect. Regnis locum habere.

N. 4. De Ariſtocratia ſolennia declamitat *ſine fundamento*.

N. 5. & 6. *Exempla* iterum ſunt *maximè aliena*. De

vid. omnino Goldaſti opus de hoc

N. 7. Tanquam inter motus & conſpirationes *idem ſentiendum* eſt; *ſicut* tota illa quæſtio de ſucceſſione Bohemica.

N. 8.

Digitized by Google

N.8. uſque ad 15. *vagè* tractatur: *diſſidit*ꝗ Hippol. ipſe *ſuis rationibus* in fine.

argum. & Londorp. Act P. Tom. I. lib. 2. c. 8. &c.

N.15. ſeq. quæ de Electione adferuntur *ſapiunt Ideas Platonicas*, q. unquam ullis in terris aut ſeculis, Imperia Electiva ita tractata ſunt, ut nemo ſuam operam eligentibus offerret, aut eligentibus commendaret. *Exempla* hæc *non rei magis, quàm temporum* ſunt: *neq*, alia quæſtio, quàm illa, *an malè conſultum fuerit Imperio, ejusmodi ſucceſſores vivo Imperatore eligere.*

N.18. *Interpretatio* Saxon cæ oppoſitionis *violenta* eſt, & *vel ignorantiam, vel iniquitatem* ſcriptoris ſignificat. *Quæſtio* illa *tanti momenti* habita, *ut nec* tractatu pacis definita ſit, ſed illud tantum conſtitutum artic. 8. de Electione R.Rom. in poſterum facienda, in Comitiis diſquiritur.

N.22. cum 3. ſeqq. *invidiam* clare produnt gloſſemata.

N.29. *ſuſpicione* & *conjectura* nituntur.

N.1. Alias *ſæpius ita ſolet agere* Hippolyt. tanquam de conſtituenda Reſpub. ſit agendum, non de conſtituta. Et hoc perpetuum ejus conſilium prodit, reformare tamen ſtatum Imperii ad ingenium & arbitrium ſuum.

vid. iterum Londorp A.P. Tom. 2. l. 3. c. 4. p. 640. In part. 2. c. 3. ſ. 1.

N.3. ſeqq. vitiata hiſtoria *Cæſari culpa impingitur falsò*, quæ 1449. habuit Imper. *Frider. III.* cum *Maxim. I.* Rege Rom. Francof. *Comitia ſpacio 5. dierum feliciter finita ſunt.*

N.5. cum 4 ſeqq. *Inania* ſunt, & ex Hottomanni Franco-Gallia deſcripta quæ huc afferuntur.

N.11. non probatur, quod vult probare. *Cæſar ſingulari Conſilio id ipſe egit:*

unde non ſequitur, quod inferre vult. N.12.

N.14. *Falſa* eſt *hypotheſis*, q. unquam *indictio Comitiorum* cuique Collegio competierit.

N.16. cum ſeq. *violentiſſima*, nec *illatio*, ſed *convitiatio* eſt.

N.17. cum ſeq. Cauſa Bohemica nec quicquam immiſcetur: & *principium* in his ſemper *petitur*. Mera hic *Criminatio Cæſarum* contra fidem publicè actorum continetur.

In part. 2. c. 3. ſ. 2.

N.1. & 2. *Falſum* eſt *aſſertum*, confer mox N.5. *Inde* coram appar. *falsò Cæſarem inſimulari* gravaminum cumulatorum. n.3.4.

N.8. Quod de mediatione dicitur, *haud Jure Comitiali convenit.*

N.10. Quod confingitur, *falſum*, & n.3. ſeqq. malè explicatis textibus fulcitur, ſimul notanda *contradictio clariſſima. De cauſis non* expeditorum gravaminum longè aliter judicium eſſe, periti temporum, rerumq; vident.

Nec ſufficit ſoli Cæſari iterum *hoc crimen impingere*, non confitente Actorum ſerie.

Ad criminationem *de ſubſidiis Turc.* ſic reſp. ſub

In part. 2. c. 3. ſ. 3.

N.3.6.14.17. cum 2. ſeqq. *Non ſequi* hoc per conſequentiam: *ſpectat ad* Im-

Imperium, ergo non eſt prævertendum cæteris. *Dein* conſequentia hæc tam fuit præſens, & propinqua, ut periculum ſua magnitudine omnia commoda interna vinceret. *Exemplum* nuperi B.T. & metus ordinum non injuſtus poteſt loco reſponſionis eſſe. Sub

N.3.4.7.18. *Si* gravamina Ordinum *non poſſunt à Cæſare*, ſed ab ipſis Ordinibus decidi, *cur Cæſari culpa impingitur*? *Dein* gravamina expedire omnia, nec fuit unquam, nec erit facile. Sciunt rerum Imperii periti, quædam ne poſſe quidem unquam expediri propter impedimenta immobilia ſub

N.11.12. mera *ſuſpicio*. ſub

N.20. cum ſeq. qui Acta ſuperiorum temporum norunt, ſciunt *nec magnum eſſe pecuniæ modum*, quæ adverſus Turcam contributa eſt; & *pleraq; ſumtibus Domus Auſtriacæ geſta*. ſub

N.13. *Pacem cum Turca* fieri *non* poſſe tutò, *quotiescunq; deſideratur*. *Dein* probandum erat, eo tempore potuiſſe tutò fieri. ſub

N. 22. cum ſeqq. *Non* eſſe *tam facile ulli principum uniones* iſtiusmodi *facere*. Dein quærendum eſſe, *an hoc utile futurum* fuerit *Imperio*, *rationes* enim *dubitandi* non ſunt *nullæ*.

Auctoritates ex Scriptis contentionis, flagrante diſſidio, hoſtiliter ſparſis, aut hoſtiliter præludentibus, quanti eſſe debeant facile app. cum præſertim non minus *apologemata* & reſponſiones in medio ſint.

In part.2. c.3. ſect.4. N. 1. In Electores invectiva, præter *convitia absq; probatione* nihil affert, non enim ſequitur, quod vult inferre, cum *præſertim* res ipſa falſa ſit de Comitiis intermiſſis extra bellum.

N.2. Electores *iniquiſſimè* ob crebros conventus ſugillantur: *cum nunquam* tam crebros egerunt, ſicut A. B. Ipſis permittit annuos.

N.3. *Calumnia atrociſſima* eſt, tyrannidi decemvirali Electorum confictum, nec probatum conſilium aſſimilare. Denique afferuntur *cauſæ fictæ*, reticentur veræ.

In part.2.c.4. ſect.1. *Torquet & cavillatur verba* Conſtitutionis Regimenti ſive Ordinationis.

N.1. *Regimentum* Comitiis ſubrogatum eſſe *eo ſenſu, quo* vult Hippolyt. & ſæpè alias *falſum eſt.*

N.2. *Criminatio* mera eſt *in Maxim.* & *fictio falſæ cauſæ*. *Querela* illa particularis fuit de bellis extraneis absque Ordinum conſilio ſuſceptis, & proptereà absque Ordinum ſumtu gerendis.

N.3. & 4. de Præſidiatu *imperitè & corruptè* pronunciat.

Neq; enim Cæſar, aut ejus Legatus tantùm ut præſes, *ſed ut qui* alteram partem poteſtatis, & *quidem majorem* teneret, *neq;* Elector *eodem modo*, *quo Cæſar, aut* ejus Legatus præſediſſe dici poteſt.

In part.2.c.4. ſ.1. N.3. & 4. *Ratio* (contra ſententiam N.1.2. non rectè relatum) poſi-

ta

ta *falſa* eſt. Ad Comitia extraordinaria res voc. interdum, quia eorundem usque inſtituto Regimento manſit. ſub

N. 5. & 6. inſpiciantur verba textus *non ſatis ſincerè* allata. Et *ratio* Comitiorum ac poteſtatis Comitialis *diverſa* eſt.

N. 7. *Ratio non concludit. Præſidis vocab.* more ſolito *ludit.* Et convincitur iſta *fraus*, per ipſa verba prolata.

N. 8. & 9. *Gloſſa* addita *cavillatoria* eſt, & Receſſibus Imperii per totum *contraria.*

N. 10. & 11. *Infirmitas rationis* intelligi poteſt, ex more & praxi Imperii, ubi ſæpe Principes ſuos miniſtros ſolverunt jurejurando, ineptiſſime *tamen* aliquis indecorum poteſtati quicquam detractum iret. v. Regim. Ordn. Tit. deß Regim. Re Epd.

N. 12. & 13. *Ratio falſiſſima* eſt, ex quo *malitiosè* corruptis verbis textûs nequicquam dicitur. conf. Tit. **wie der Churf. für Außgang ꝛc.** & Tit. **wie das Regiment ꝛc.**

Hic A. *Phraſeologia* ubique utitur *ſophiſtica*, & de adjunctione verior ſententia. in part. 2. c. 4. ſect. 3.

N. 3. & 10. ſemper in oculis hab. *Cæſar ſibi adjunxit Ipſe.*

N. 1. cum ſeqq. quæ *de poteſtate Regimenti* affert, nihil attinet impugnare, *modus tamen conſiderandus eandem* habendi, qui ex verbis Ordinationis Regim. Tit. **wie alle Sach bey dem König ꝛc.** elucet; E. differentia aliqua eſt inter Comitia & Regimentum. in part. 2. c. 4. ſect. 4.

N. 9. cum 2. ſeqq. N. v. c. *Cameram Regimento ſubeſſe*, *ſi* ita indeterminatè loquimur, *ſicut nec* ſimpliciter & crudè aliquis dicit, *Cameram Comitiis ſubeſſe.* In quibus locutionibus facile *fieret confuſio rerum non confundendarum*, *aut* à particulari aliqua conſideratione ad univerſalia *vitiosè* inferretur. in part. 2. c. 5. ſect. 1.

Quo ſenſu *Conſilium Aulicum* ab Ordinibus *Cæſari adjunctum* dici poſſit, *ſcilicet* ex cauſis in R. I. de Anno 1512. expreſſis; *unde* vox illa hariolantis nullum habet locum. *Iſtudq; Conſilium* nihilominus in vigore manſit & 8. *illi Conſiliarii Aſſeſſoribus Regimenti* ſucceſſerunt.

Inſectatio autem illius Conſilii *caret fundamento*; *neq;* enim *novum aliquid* eſt, *aut tam malè conſtitutum.*

N. 1. & 2. *Caroli V. Reformatio Regimenti an poſſit deformatio dici, & oſcitantiæ, & conniventiæ Ordinum tribui*, conſiderent, qui meminerunt, in frequentiſſimis Comitiis, præſentibus tot Principibus, Comitialiter omnia geſta eſſe; quod repugnat Hippol. rationibus & argumentationibus: Ergo, *vel ſolus Cæſar*, *vel* Ordines fecerunt. *Unde* app aret, quàm conſtans ſit ejus philoſophia.

Si ſcilicet res *ad invidiam Cæſaris* trahi poteſt, *ſolus Cæſar* fecit; *ſi Cæſareæ poteſtatis* ratio habetur, *nihil illi Cæſar* fecit. Ad reliqua à l. 2. c. 9. n. 69. ſeqq & 193. ſeqq.

Digitized by Google

N 3. evolv. *Paurmeiſt.* ab Hipp. quidem iterum allegatum, ſed eidem *adverſantem.*

N. 4. cum 2. ſeqq. *Falſum eſt*, *Cæſarem* à Regimento priori vocari potuiſſe, in quem vellent locum; *contrarium* ex verbis inſtitutionis elucеſcit.

N. 15. 16. 21. & 22. *curioſius* agitur, quàm verius.

N. 23. ſeqq. *ſuſpiciones* loco probationum affert, & *convitia* ſolita repetit.

In part. 2. c.5. ſect.3. A. **der Grundveſt.** part.3.c.6.p.25. *Regimentum* ſtatuit, *non utile* fuiſſe Imperio, ſed cauſam & occaſionem multarum novationum. Quod ad *Deputationes* attinet, nota ſunt, quæ ex R.I. & Scriptoribus Juris Publ. ſuper hac materia conſtituta & acta ſunt. *Quod*

In part.2. c.5. ſ.4. N.7. *de omiſſione eorum dicitur, non eſt, ſi* rebus omnibus ad diſſidia ſpectantibus non actum eſt, more & jure ordinario.

N. 7. *Abſurdum* eſt accuſare Electores, *ob frequentiam hodie conventuum*, qui tot conventus nunquam habuerunt, *quot per* Leg. A.B. & Commentatores habere licet. *concidit* E.

N.3. per ſe *criminatio*. *Imò crimen* Electoribus ſub

N.5. & ſeqq. impactum non probatur. *Conventusq́ʒ, de quibus*

N.7. uſque ad finem, *non* fuerunt *Collegiales*. *Tum diſtinctum in* Conſultationes Electorales de Rep. *utpote* Legales & definitiones, quas ſibi in cauſis Imperii totius eo, quo vult modo Hippol. arrogant.

N.1. Abl. *Potentiæ Auſtr.* gradus à noviſſimis temporibus conſtituere, & *Caroli V.* facta *iniqʒ* ſucceſſoribus ejus indiſcriminatim tribuit. *Hiſtoriamq́ʒ ubiqʒ corrumpit.* Prioribus *enim* ſeculis longè alia rerum facies ad N.2.

N.8.9. ſeqq. *Incuſatio Maximiliani I. falſiſſima*, *nec Cæſaris* hîc ulla culpa, ſicut hiſtoria monſtrat. *In Conſilio Imperali Aulico & altero Secretiori nihil, præter nomen, novum* eſt.

N.18. *Partim pugnantia, partim iniqua FERD.II.* culpam imping. quæ ad plures pertinent. Et *abſurdè* hic perturbata Reip. tempora, ubi nemo Jura aut mores curabat, allegari oportet. *Unde plus* infertur N.19. *quàm* ex præmiſſis ſequi poteſt.

N. 20. & 21. occurrunt *aſſertiones importunæ* & abſ. ſi quis ſecula ſeculis comparare velit.

Hîc ſermocinatur rurſus *de Republ.* ad formam, quam animo concepit, *inſtituenda, non* de Rep. *inſtituta: unde* alieno & intolerabili diſputandi genere.

In part. 2. c.6. ſ.1. N. 1. uſque ad finem. *Inanis* eſt ex eodem fundamento & *otioſa* illa *Philoſophia de* ſimulacris Imperii; unde enim probatur, Jure & LL. ſalvis *Imperatori adimi* potuiſſe vim ac Jus Imperii, *ſolo vultu & imagine relicta.*

N. 4.

Digitized by Google

N.4. uſque ad 16. de nominibus Principum & vocabulis Principatuum denuò *otioſè* diſſeritur. Nam In part. 2 c.6. ſ.2.

N.2. & 16.th. *quod vox Majeſtatis nihil Majeſtaticum hic* ſignificet, *non* eſt *probata.*

N.17. & 18. *Dicta* Sylvii & Eraſmi populariter *de facto*, non de Jure agunt.

Forma illa de plenitudine poteſtatis pro diverſitate temporum (eſt non ſatis antiqua) *non eodem modo explicatur. Simulacrum* eſſe *dicitur*, *non* probatur ad In part. 2. c.6. ſ.3.

N.1. & 2. nam argumentum præcipuum, quod adornatur, *nullius* eſt *momenti*, ſcil.

N.3. ſeqq. ex Txx. enim hujusmodi nihil tale ſequitur. Interpretatio unica hæc eſt: *Quando Rex Romanus vivo Imperatore nomine & vice Imperatoris agit, Cæſaream & ſuam poteſtatem allegat, non* ut duas, *ſed* ut unam, *non* ut alius Cæſaris Commiſſarius, *ſed* ut Rex Romanorum *futurus Ipſe Imperator. Nec* Num. Plural. 2. diſtincta capita, *id eſt* diſtinctam poteſtatem habentia, *ſive* 2. perſonas, *quarum altera* ut Caput Imperii Ordinum; *altera ut* hujus Capitis non modò vices gerens, ſed ſucceſſor futurus.

N.8. *Neq; accuratè vel nulla* dicitur hæc poteſtas, *vel precaria: non illud*, quis enim id, quod certis & à L. definitis caſibus in actum ſecundum deducitur, nullum diceret; *Non hoc*, quia character hujus dignitatis (Regis R.) aliquid irrevocabile & à mera voluntate Imperatoris non pendens confert?

N.10. ſeqq. fit *inſufficiens enumeratio partium.* Sic

N.20. cum ſq. *importuniſſimum* eſt, ſtylum Receſſuum Imperii non taxare modò, ſed ita rejicere, ut ad argumentandum inutilis ſit, *ſi hinc non licet argumentari, quid* ſupereſt, *unde* de ſtatu Imperii argumentari liceat?

N.2. *Fallacia* in Exemplo protrita ſæpius refertur. *Nec* In part. 2. c. 6. ſect. 4.

N.3. *Verba, ſed res* ſubſiſtunt in formulis. Et

N.10. videtur *ſcurriliter* addi: *Imperatorum Auſtriacorum potentiam nunc demum accuſare*, *cum* ſuperioribus ſec. *Impp. Auſtr.* longè majorem & Monarchicam potentiam ſine controverſia tenuerint, *intempeſtivum* videtur.

Commentatio hîc *iterum* inſtituitur tanquam *de Republ. formanda*, *non formata.* Et fuit hoc in propoſitis Hipp. ſed *quid ille verbis conficeret*, *quod ne arma quidem effecerunt? Stylus* ab initio ſtatim hoſtilis, imò pluſquam hoſtilis! *Neq; enim* vel de hoſtibus Principibus ita loqui mos tenet. *Quatenus Imperator* Legibus *ſe* per modum contractûs adſtrinxerit, *non eſt vagè & per generalia* diſſertandum. *Cauſa Donavvertica* in utramque partem eſt ventilata. *An Exceptio Cæſaris non habuerit locum*, judicari debet animis à ſtudio partium vacuis, *neq;* auctoritate unius tantum partis, *aut* ſcripti: In part. 2. c.7. ſect. 1.

N.3.

Digitized by Google

N. 3.4. *Si Relatio Donavvertica* aliquid immodicum dixiſſe videtur, *non ſtatim in Cæſaris invidiam torquendum.*

N. 5. *Excuſatio nihil abſ.* habet, neq; enim reſtitutio illa tam facilis momenti.

N. 6. cum ſeqq. *De Pragenſi tr.* nihil attinet diſputare. Illud tamen meminiſſe debemus, inter arma & medios motus geſta alterius eſſe generis, *quàm ea*, quæ in pace contra LL. & mores obtentu legum moiumque geruntur.

N. 17. *Nova* & *fragilis* eſt *conjectura.* Et in

N. 18. cum 2. ſeqq. *Principium petitur. vide* omnes, qui ad A.B. aliquid ſcripſerunt. Et demonſtratur *vel unicum Exemplum Cæſaris ad Palatinum Judicem vocati, niſi* Ipſe obtuliſſet hanc conditionem.

In part. 2. c.7. ſect. 2. N. 4. & ſeqq. Poteſtatem Legiſlatoriam *in ſolidum ſibi Cæſarem vindicaſſe, minimè* probatur.

N. 8. De *Transactione Paſſav.* longè aliter judicant ſcriptores J. Publ.

De Edicto Anno 1629. multa controverſia.

Noviſſimè tueri inſtituunt illud

In part. 2. c. 7. ſect. 3. *Annales Baronii* Tom. 3. fuſè. quamquam nihil *hîc extenuare*, cui excuſare conſultum ſit.

in part. 2. c. 7. ſect. 4 N. 2. *Liberalius* loquitur, quàm vel Ipſe uspiam probavit, vel probare poteſt.

N. 7. *An propter Relig. fas ſit arma ſumere contra Imperatorem, apud ipſos Evangelicos dubitandum* eſſe, monſtrant ſcripta ab initio Operis *Hortlederiani* Tom. II.

Num. 10. *locus* hiſtoriæ *ſatis alienus* à re præſenti.

Num. 16. cum 3. ſeqq. *an delectus militum agere ſemper ita ſit in poteſtate Ordinum, ut Cæſare inconſulto id liceat facere?* N. Hippol. ſub

N. 21. & ſeqq. aſt *acerbiore ſtylo* quædam ponuntur. Verum de cætero eſt, *amneſtiam*, ſi ſolidæ paci fundamentum quæritur, *univerſalem* eſſe debere.

in part. 2 c 7. ſect. 5. N. 1. quod *de Familia Habspurgenſi* dicit, propterea *incautius* dictum, *quia Imperatores præcedentes* longè magis hanc poteſtatem exercuere. *Exemplum*

N. 2. *parum* facit pro Hippolyto! Antiqua illa obſervantia

N. 3. *quid non incommodi* ſecum affert?

N. 5. intelligi nequit, & quocunq; ſenſu accipiatur, *facilè refellitur.*

N. 10. cum ſeqq. contra Hipp. fac. & v. *Reinking.* hîc quoq; ad

N. 17. 18. & 19. *ſententiam* Hipp. *propugnantem contrariam.*

in Exerc. Exot. N. 21. cum ſeqq. *non eo pertingit, quò deſtinatur.*

ap. Lehm. in I. P. de Pac Rel. c.37. l.1. p.147 N. 30. & 33. v. *Joh. Strauch.* & Ferd. I. Ordin. des Käyſerl. Reichs-Hof-Rahts ꝛc.

N. 51.

N. 55. *Conſilium Imperiale Aulicum* authoritate apud Ordines Imperii ſponte agnoſcentes, *non demum* FERD. II. *ſed* FERD. I. piiſſ. record. v. *Limn.* utroq; Addit. vol. ad lib. 9. c. 4. & *Lehm.* d. loc. c. 36 p. 145. & Inſtr. P. art. 5. §. 54. & 55.

N. 56. *An per Jus Auſtregarum Commiſſiones ſublatæ?* v. remedium ex Inſtr. Pacis. *Conringi Judicium* conſulatur in diſſertatione de Jud. Germ. §. 65. *ubi:* nec tamen ab Ordinibus Regni querelas temerè audias fuſas &c. *Confer* Inſtr. P. art. 8. §. 13. in part. 2. c. 7. ſect. 6.

N. 1. & ſeqq. *Remedium* deſtinatum ſive potiùs conſtitutum eſt Inſtrum. P. art. 8. In part. 2. c. 7. ſ. 7.

N. 4. cum ſeqq. *culpa* hujus difficultatis quomodo *ſoli Cæſari* imponi poſſit, *non* apparet.

N. 20. cum 2. ſeqq. *pro Imperatore* fortiter facit, in Comitiis enim id decretum eſt.

N. 1. *Magiſtratuum voce* iterum abutitur. *Gravamen verò* in part. 2. c. 7. ſect. 8.

N. 34. Inſtrumento Pacis ſanatum. *Catalogus* citatus

N. 6. nullius autoritatis eſt, & *fruſtra ac impertinenter ad invidiam Cæſari* faciendam accipitur.

N. 10. 11. valdè *pro Cæſare* pugnant, ſaltem contra Hipp.

N. 12. & 13. *Exemplum* ad perturbata Reipubl. tempora pertinet.

Manet quæſtio: *Annon Imperatori cuivis ipſo Jure competat Ducatus militiæ?* quod veriſſimum eſt. Et txx. qui aliò trahuntur, loquuntur tantum de *Ducibus ſub Imperatore.* Quæ in part. 2. c. 8. ſect. 1.

N. 8. usque ad fin. habentur, *non minus poſſunt objectari Ordinibus Imperii* ſingulis.

N. 1. & ſeqq. *Ratihabitionis* vocabulum non *adeò* aptum eſt huic argumento, in Comitiis, quæ conſenſu decernuntur; latius tamen accepta vox tolerari poteſt. in part. 2. c. 8. ſect. 2.

N. 3. ex verbis Hipp. apparet, *cæterorum Electorum* (*exceptis* Saxoniæ & Brandenb.) conſenſum præceſſiſſe. *Magnum poſtulatum eſt*,

N. 5. & 6. quod ponitur, non probatur. *Exemplum & praxis* omnis ævi apud omnes Reſpubl. in contrarium eſt.

N. 7. usque ad 14. *nec ſola* hæc cauſa eſt; & remedia facile eſt verbo expedire, queîs de tamen hîc altum ſilentium.

N. 4. *Exempla* ex turbis ſumuntur; & præſupponitur, *proſcriptionem* illam fuiſſe *iniquam*, quod in quæſtione eſt. *Modus* enim *potiùs incuſabatur*, quàm res ipſæ.

N. 5. cum ſeqq. *Proteſtationes receptæ ab Electoribus* cum ſine ratione, & aliæ oppoſitæ: ne id ſine ratione; contra quas tamen *fundamentum* ſententiæ Hippol. *infirmum* eſt; *poteſt enim fieri, ut proteſta-*

Digitized by Google

tio aliundè vitium habeat: ſed cum ex probabili ratione, actio proceſſit, *declaratio animi & propoſiti à dolo excuſat.*

in part. 2. c.8. ſect.4. N. 1. cum ſeqq. *Importunitate non caret accuſatio Ordinum*, quod non intellexerint, quod & quantum concederent:

Potiùs illa *præſumptio inde* naſcitur, *Cæſaris Auctoritatem & Poteſtatem* ſemper Ordinibus viſam *maximam*. Imò viſum eſſe expedire Imperio, ut in ſubitis & neceſſariis *à ſolo Cæſare* res conficerentur.

Haud tamen negari poteſt, *neceſſitatem* eſſe *interdum veram*, & allegabilem, *interdum fictam* & prætextui aptam.

In illa non poſſunt objici, quæ habentur N. 20. *Exemplum*

N. 27. & 28. Hipp. *non juvat*, ſed illi *contrarium* potiùs eſt.

in part 2, c.8. ſect. 5. N. 3. cum ſeqq. *Locos* illos *communes otioſè* ſatis ingeri & *falsò*. *Ante Carol.V. tempus, inviſam Imperatoribus poteſtatem, &* plenam Ariſtocratiam fuiſſe dicitur, non probatur.

N. 14. *Prob[illegible]ncula loco* perleve eſt, quod affert, & *pro libello famoſo* haberi debet.

N. 16. *Dan. Eremita invectiva* illa, quem *abſurdè & immeritò* pro celebri A. noſtri Seculi prædicat.

in part. 2. c.9. N. 1. ſeqq. *Neq.* h. l. *in terminis quæſtionis* manſit. *Petendo* ſemper *principium*, præſupponendo ſemper Ariſtocratiam nondum probatam.

N. cum 3. ſeqq. *Exempla vaga & aliena* ſunt.

N. 18. *Vanum* eſt, quod de imitatione dicitur. Neque attinet

N. 19. 20. 21. & 29. de illis diſputare, quæ Pace deciſa ſunt.

N. 30. *Conſilium* quod datur in præteritis Germaniæ Principibus, *ut factu facile* fuit *per* obſtaculum Juris & facti.

N. 41, *Illatio* pro more *amplior* eſt, quàm ex præmiſſis ſequi poteſt: & *injuria in Auſtriacæ Domus Nobilitatem* inſolens.

in part.2.c.10. N. 1. ſeqq. *Qualem formam Regiminis* debeant inſtituere Ordines antiquitus, ipſis haud fuiſſe integrum: aliâs de

vid. Conſtit. Adolfi Imp. an. 1293. ap. Goldaſt, tom. 1.conſt.mor. Arcibus *vagè & propter hiſtoriam* comminiſcitur. *Ex eo tempore, quo* Ordinum auctoritas & poteſtas crevit, *arcium extructarum invidiam in Imperatores* hiſtoriæ & ratio parum probant.

Probatio itidem mera *ex Guiccia. dino.*

N. 13. & ſeqq. *Adimere vult Imperatori*, quod minus eſt: ne pot. adim. quod majus eſt, ſcil. *Imperatorem eſſe & manere, militiæ ſupremum in Imperio Ducem*, cui æquari nemo poteſt, quantacunq; auctoritate inſtruatur.

N. 15. usq; ad finem. *Exempla* ſunt *ex mediis turbis*.

N. 1.

Digitized by Google

N. 1. & 2. *Invectiva ſolita* contra Ordines & Electores præcipuè, tanquam ſordens crambe reponitur. in part. 3. c. 1.

N. 6. & ſeqq. *de Amneſtia* ut ad bellum componendum pertinente non eſt diſput. ſi factum.

N. 12. quod dicitur mirum non eſt. Sed

N. 11. & 13. non probatur per *hoſtile teſtimonium*, multo minus.

N. 14. & 15. ad *Cam.* præcipui incentoris Germanicarum turbarum.

N. 16. *Saxoniæ Elector* nunquam evadit convitia hujus calumniatoris.

N. 1. *Conſilium* eſt *hoſtile & intolerandum*, ſola calumniarum atrocitate nixum. A in part. 3. c. 2. ſect. 1.

N. 4. incipit famoſus ferè libellus *in Auguſt. Domum Auſtriacam*, collectis undiq; inimicorum ſannis ſæpè ſcurrilibus. H. S. demonſtraſſe ſe ait, quod vel maximè incertum eſt.

N. 6. *nihil ad rem* facit & inſtantiis fortiſſimis retunditur.

N. 7. & 9. *Ponti Heideri* librum longè aliter reperies.

N. 9. Mera *ſuſpicio*, adeoque *calumnia* eſt, n. 9. *diverſa* eſt *ratio* in exemplo.

N. 12. & 13. *controverſam* habet *explicationem* & *nihil ad rem* facit.

N. 14. producta *facilè refelluntur*, ſi conſideratur Status Imperii, qualis fuit, cum RUDOLPH. I. Imperium ſuſciperet. *Crimina* in opere de Finib. c. 20. p. 40. & 23. p. 494. & ſeqq.

N. 18. cum 2. ſeqq. *objecta* ſatis *purgavit* Conring. Cum his quæ

N. 21. cum 2. ſeqq. habentur, conferendi ſunt alii Hiſtorici, & apparebit diſſenſus. vid. præſertim Cuſpin. in Adolfo Cæſ. L. Lud. à Nic. Burgund. hiſt. deſcript. p. 8. 9

Frideric. qui *contra Ludovicum Bavarum* electus erat, res non eſt tàm facilis, & de plano pronunciata.

N. 28. cum 5. ſeqq. *concordata Nationis German.* non poſſunt laudari: ſed à dolo *Fridericum* excuſat perturbatio temporum ac animorum, circa diſſidia *Concilii Baſil.* Ad

N. 34. usque ad 37. *Criminis rationem* vix habere poteſt. Nec magna auctoritas *Guicciard.*

N. 38. teſtimonio ineſſe poteſt; is enim *inimicus Maximiliani* fuit. Ad

N. 40. & ſeq. *Conring.* vid. qui in opere de Finibus longè ſecundiora *de Carolo V.* habet. v. c. 20. 23. 24. 25 cum ſeqq. Add. ap. Hortled. not. marg.

N. 46. ſeqq. In exemplo jus & mos belli intervenit, *in turbis Ulricianis.*

N. 56 *t falſiſſimum eſt* & putidum commentum, licet ſciverit probari non poſſe.

N. 1. cum ſeqq. *Manifeſta* eſt *calumnia* Hipp. *ſive* ſpectes ignobile propoſitum, *ſive* quæſitos fruſtra malitioſè ineruditos colores, oſtenſum hîc exemplis loci *Tac. Bod. Liv. Curt. Polybii.* in part. 3. c. 2. ſect. 2.

N. 8. cum ſeqq. Ineptum etiam prorſus eſt, *Oſtracismos* hûc afferre.

Digitized by Google

N. 15. Mera & atrox *calumnia*, & *peſſimi exempli.*

in part. 3. c. 2. ſ. 3. N. 1. cum ſeqq. *Vana* eſſe, quæ de facultate hîc tradit, *eventus docet*, *neq; per* hujusmodi generalia probari hypoth. cum præſertim *malus* ſit *Conſiliarius*, qui difficultatem majore difficultate ſummovere inſtituit.

N. 20. *Confeſſio* in terminis utilibus accipienda, & interpretanda ex re & eventu, & triſti experientia.

in part. 3. c. 3. ſ. 1. N. 1. *Status Reip. & forma* nunquam, nedum Patrum ſuorum memoria talis fuit, uti deſcribitur.

N. 3. quomodo conveniat cum Sententia Electoris Mogunt. de Virtute bellica *apud Sleidanum* l. disquir.

N. 1. *Abſurdum conſilium, dum* triumphus canitur ante victoriam.

N. 2. & 3. *Exempla* prioris non quadrant.

N. 4. *Crimen Majeſtatis tribuere Impp. Auſtr.* ſine exemplo inſolens, enorme eſt.

N. 6. ſqq. *Iniquiſſimum* alterum Conſilium, *contra* omnes Imperii Receſſus & Conſtitutiones, *neq;* detrahitur aut minuitur iniquitas inani prætextu.

in part. 3. c. 3. ſect. 2. N. 1. *Conſilium* non facile, imò *impoſſibile.*

N. 3. *Exemplum*, præter ſupra explicatas rationes, *Germaniæ ruinam minitaretur*, *ſi* quis imitari cuperet.

in part. 3. c. 4. ſect. 1. N. 1. 2. 3. Fruſtra in theſi *bona concordiæ* laudantur, *cum præſertim* Conſilia præcedentia ſpem Concordiæ unquam inſtaurandæ tollant. Conf. cum

N. 5. quod ſupra dixit, ut *gravamina* ſilentio obliterarentur.

N. 6. *ex Rep. Platonis* otiosè diſſeritur.

in part. 3. c. 4. ſect. 2. Hoc *exemplo diſcitur*, qualia Conſilia ſuggerat Hipp. quaſi tàm facilè hæc fierent, quàm dicerentur.

v. Inſtr. P. art. 5. §. 49. Prudentibus quidem *diſcordia in Religione* pridem deſperata eſt. *Pax Religionis*, de qua

N. 7. & ſeqq. non extinguit omnem *diffidentiam* : de quâ hîc quæſtio.

in part. 3. c. 4. ſect. 3. Locus ille communis *de divitiis Eccleſiæ noxiis* non multum probat, & retorqueri ſtatim poteſt. Non enim id verum eſt de divitiis, ſed de eorundem abuſu ; & per accidens ſit. Conf. Hippol. n. 11.

N. 16. & ſeqq. *In theſi* vera ſunt, quæ habentur ; *in hypotheſi* utinam factum eſſet, quod

N. 23. & ſeqq. jactatur, & non potiùs *ad profanos uſus* converſa multa monaſteria, ob quam rem ad proritandam Dei iram valuiſſe *multi graves Theologi conqueſti ſunt.*

N. 30.

Digitized by Google

N. 30. usq; ad fin. *non inutiliter quædam* adſperguntur, tanquam rationes ſuaſoriæ, *velut etiam*

In Sect. ſubſeq. ejusmodi recurrunt, impedimentis pacis oppoſitæ. in part. 3. c. 4. ſ. 4.

Superſtruitur hoc *Conſilium* præcedentibus effectis. Ad in part. 3. c. 5.

N. 1. *Confeſſio de Comitiis crebrioribus* parum convenit cum illis laudibus annuorum Comitiorum ſive cumulatis. *Reſtitutio Regimenti* pleriſq; omnibus Ordin. diſplicuit, facileq; apparet, *Deputationem Imperii* cum Regimento parum ſtare: & illam potiùs, quàm hoc omitti, non conſultum eſſe; neq; per ea, quæ conſignantur

N. 10. cum ſeq. ſolvitur difficultas, ſed augetur!

Salutare eſt hîc ſuppeditatum conſilium, quod ſuaſit itidem *Barcl.* Argen. l. 4. ſed facilior fingitur illa res ſect. ſec. quàm eſt. in part. 3. c. 6. ſ. 1. & 2.

Conſul. tamen *Paurmeiſt.* 2. de Juriſd. 3. n. 40. & *Vindiciæ Pacis* p. 81. n. 125. cum aliq. ſeq.

Succedat *Animadverſio Bœcleriana* in concluſionem Hippolyti ſuccincta, utpote quæ ſolum ſcommatibus ſolitis impletur, & ejusdem veram notitiam ſimulata jactantia ſubtrahere conatur. Perſonati Hippol. concluſ. periculoſ. oper.

Is ipſe Anonymus multo minus nomen, (procul dubio) animum, voluntatem, conſilium mutaſſet, ſi eidem augurium quoddam MAJESTATIS etiam, hodierno vel loquendi more,

reſpectu Dignitatis Auguſtæ ROMANÆ IMPERATRICIS *attribuendæ*,

in mente hæſiſſet, cum tamen, quemadmodum IMPERATOR MAJESTATICO dignitatis ſplendore *omnes anteit Reges ac Principes*; Ita Sereniſſima ac venerabilis AUGUSTA *omnium Regum ac Principum Uxores Honoris & Dignitatis lumine meritò ſuperat*. §. fin. I. de uſuc. l. 2. c. ub. Sen. v. clariſſ.

Hinc *in Literis Gratulatoriis* DE MATRIMONIO ſacratiſſimi IMPERATORIS LEOPOLDI, *Cæſareæ Majeſtati* oblatis AUGUSTAM SPONSAM honoratam leg.

Titulo: Der allerhöchſten Princeſſin auff Erden. D. Ahasver. Fritſch Diatr. de Auguſta c. 4. n. 4.

Inde eſt, quod IMPERATRIX, ad Exemplum Auguſti Cæſaris AUGUSTA, h. e. *Veneranda* fuerit cognominata. Eademque, juxta firmiſſimam Imperii Petram, velut A. B. c. 26. §. 5.

Regina Romanorum ſuis Auguſtalibus amicta inſigniis, poſt REGEM vel IMPERATOREM *immediatè procedat, competentis ſpatii intervallo, ſuis adſociata Proceribus, ſuiſq; comitata Virginibus*.

Ex quo textu quoque eruitur IMPERATRICEM ſua quoq; habere inſignia, *ad exemplum* IMP. MARITI: & per quæ rectè, nonnemo è J. Publici Scriptoribus, inter alia intelligere videtur, Limn. in comment. ad hunc loc. obſ. 1.

Fff 3 *Augu-*

Digitized by Google

RADIUS PRIMUS

FORMA IMPERII.

HEîc præfloranimis loco illius Viri perſonati *ſimili* uti liceat, rerum Imperii aliâs pergnari cenſoris: Sever. de Monzamb tr d. ſt. Imp. G. c. 6. pr.

> *Quemadmodum corporalium juxta, atq; artificialium ſanitas, & habilitas ex apta partium inter ſe harmonia, & connexione reſultat; ita quoq; corpora moralia, ſive ſocietates firmæ, aut invalidæ judicantur, prout earundem partes inter ſe bene, aut ſecus invicem innexæ deprehenduntur.*

Satis autem ex ſuperioribus apparuit, S. IMPERAPORI & IMPERIO inhærere Majeſtatem, ut eſſentialem formam: ſed quamnam aſſignabimus, accidentalem? *Neceſſe eſt, ſi & perſonarum & negotiorum diviſionem facias, omnem Rempublicam aut ab uno ſolo, aut à pluribus, aut ab omnibus, & in omnibus, gubernari: aut quædam unus, quædam plures, quædam omnes, tripartitâ vel ſaltem bipartitâ ratione, (quod Mixturam communiter vocant) poterunt ac efficient: aut neq; unus, neq; plures, neq; omnes, vel ſimpliciter, vel quaſi miſtim, aliqua poterunt. Quæ diſtinctio, ni fallor, totam rem exhaurit, & irregulares quoq; formas (nam & mixtæ & corruptæ dici poterunt irregulares, reſpectu cæterarum) complectitur: extra quas dari alias abs nemine demonſtratum eſt.* id. d. G. Imp. forma ad Lxl. Fratr.

Verùm enimverò, quò nunc evadimus, aut quam tandem Imperii formam excogitamus?

> *Cum nulla ſimplicium ad palatum faciat. Quare mirum, ni recipiendæ ſunt, cum plerisq; Hiſtoricis & Philoſophis aliis, quoquo modo formæ mixtæ, quicquid ſit de mixturæ vocabulo, ſuffragante Inſtr. P. art. 5. & 8. Receſſuq; inſuper Imperii, & Capitulatione* LEOPOLDINA *corroborante, ſtatuendum, ſi ſuum cuiq; velimus reddere. Imperium eſſe compoſitum ex Monarchia, (reſpectu eorum, quæ* SOLUS IMPERATOR *habet) & ex Ariſtocratia, quæ* Ipſum CÆSAREM, *reſpectu illorum, quæ cum reliquis Ordinibus decernit, complectitur:* Ita tamen

ut illa præponderet. cum CÆSAR pleraque Summæ Majeſtatis Jura SIBI SOLI reſervaverit, qualis eſt Id. d. Litt. Secretioribus.

> *extrema Appellatio, Inveſtitura Principalis, Regale ſolium,* Corona, *Pallium, Sceptrum, Pomum, quod orbis figuram repræſentat, & reliqua.*

v. præter alios Dithmarſ. Syſt. Pol. p. 305. Kubach. p. 37. J. M. diſp. d. Imper. *th.* 1. p. 3. & *th.* 6. p. 39. Beſold. diſc. pol. d. St. Mixt. c. 2. n. 2. Schönb. 1. polit. 16. 5. pol. 4. & 24.

Ut adeò

Digitized by Google

Forſtn ad l. 3. Annal. Tac. c. 54.

Reipubl. navis non amplius in alio civilis belli ventis & fluctibus ludibrium hodie debeat, ſed dudum per Pacem Monaſterienſem in tranquillo portu naviget.

v. Sleid. l. 8. comm. p. 317.

Quamtumvis optima & omnibus numeris abſoluta Reſp. magis in hoc mundo ſublunari optari, quàm exoptari queat

Burgold. N. R. 1. part. 2. diſc. 5. p. 47.

Vigeat ergo, & *floreat in noſtro Imperio certa illa forma, Heſpero lucidiſſimo nobilior:*

Maneat IMPERATOR *Regum Rex, & nobiliſſimi corporis Imperii ſupremum* Caput!

Et hæc, quoad totum Germaniæ corpus; quæ autem forma Reipubl. ſit aſſignanda ſingulis ejusdem partibus ſive Ordinibus Imperii? Accedo eorum quoq; opinioni, qui

Schönborn. d. l. 1. c. 16. Keckerm. 2. pol. 5. aliiq; quamplur.

Regna mixta omnium in mundo pulcerrima cenſent, qualia ſunt pleraq; moderna; nec dubium eſt, quin liberæ Civitates & Reſp. in Imperio Romano mixta ſint, ex ſtatu Ariſtocratico & Democratico.

Inſtar omnium, exemplo ſit Biga Civitatum Imperialium, PATRIA, & ARGENTORATENSIS: Illa florente, candidior eſt penna, quæ ſilet, quàm quæ verba adulationis ſuſpecta pingit:

v. Knipſch. d. d. Iur. & Priv. Civ. Imp. l. 3. c. 54. n. 27. ex Cruſ. Annal. Suev. conf. quoq; Felic. Fabr. in Hiſt. Suev. & Zeiler. in Itin. G. c. 3 p. 88. ejusque deſcript. Suev. p. 83. cum ſeqq.

Una tamen *ex numero Deputatarum, & ex Quadriga illarum, quæ alias convocare ſolent: Privilegiata* inſuper *contra extranea Judicia:* Adſervansq; cuſtodiâ *Archivum* Civitatum *Imperialium* Suevici Circuli: *Prudentia* quoque *Vigilantiaq; Magiſtratus* inclyti macta: ex *Nobilibus* & *Patriciis* partim, partim etiam ex *reliquo civium ordine*; nam *Gubernationis Politiæ* Incolæ *forma temperata* utuntur, ita tamen, ut *Ariſtocratia prævaleat*, agnoſcendo ſummum Magiſtratum Principem cum Subdelegatis ſuis, & juxta hos ordinem Senatorium ac Conſules, qui in & extra urbem res adminiſtrant univerſas, ſingulisq; ſua certa munera attributa ſunt, velut 1. ſunt Dnn. *Duumviri.* 2. *Tresviri* Conſulares. 3. *Quinqviri.* 4. Duo *Provinciales.* 5. Tres *Quæſtores.* 6. Duo *Negotiorum militarium Conſiliarii* atq; Legati. 7. *Curatores* duo *Hoſpitales.* 8. Tres *rerum pupillarum Curatores.* 9. Tres *Ædiles ſacri.* 10. Duo *Ædiles ædificiorum publicorum.* 11. Tres *opificibus Præfecti.* 12. Duo *rei armamentariæ Præfecti.* 13. Duo *Annonæ Præfecti.* 14. Duo *Ædiles ædificiorum privatorum.* 15. Duo *rei lignariæ Præfecti.* 16. Duo *Cenſores* &c. Adde *Dicaſterium ordinarium*, *Conſiſtorium*, Conſilium vel *Collegium Scholaſticum* &c.

Hanc partem Alſatiæ, valde celebr. Marcellin. lib. 15. 16 & 17. Strabo lib. 4 p 1:6 Zeil. Itin G. c. 7. & 8. paſſim

In iſthâc verò Urbe ampliſſima, & Capite Alſatiæ, Statum eſſe mixtum, ſed pro- vel ſupereminere Democraticum, variantibus Politicis, vel exinde cuivis perſpicuum evadit, quod ſit compoſitus *ex Nobilibus* partim Civibus; (*Equeſtribus*) partim *ex honeſtioribus antiquis Familiis*; partim *ex plebejis artificibus*: ita tamen ut cives ignobiles & plebeji in omnibus Ordinibus ſemper duplo exſuperent Nobiles. Magiſtratus habet certos ſuos & *diſtinctos Ordines.*

Sum-

Digitized by Google

Summus Ordo eſt Dnn. *XIIIvirorum*: hic conſtat ex 4. Prætoribus nobilibus, 4. ex Conſulibus, & 4. honeſtioribus Civibus, XIII. perſonam ſupplet Dn. Conſul, qui quoquo eſt in regimine. (ſicut *Conſulatus* eſt annuus; ita *Prætura* eſt *trimeſtris*.) His XIII. Viris demandata ſunt, munitio urbis, armentarium, cura ſtabuli, utpote emtio equorum, & quicquid ad militem ſpectat; ſunt etiam hi delegati *Judices Camerales* (ſpeciali Privilegio Cæſar.) ad quos usque ad certam ſummam à partibus à Senatus ſententia damnatis devolvunt appellationes. *Secundus* Ordo *eſt Dnn. XV. Virorum*: hic conſtat ex 5. Nobilibus (inter quos plerumq; unus eſt *Prætor*) & 10. honeſtioribus Civibus. Hi ſunt *Cenſores morum*, & Inſpectores, ut omnes Ordines & qui funguntur muneribus publicis, rectè faciant officium: veluti ſi quis Coſſ. aut Senatorum vel minorum Judicum, ut & *Præfectus oppidi vel arcis*, quæ huic parent Metropoli, *Præfectum Vigilum*, aut ipſimet vigiles: *item* ſi *Præfectus ſacris reditibus* aut fabricæ Templorum, & *Monaſteriorum, Xenodochiorum, Orphanorum, Leproſorum, Pauperum, Advenarum* & ſimilium: *Triumvir ærarii Stabuli, Quæſtor*, (receptor pecuniæ publ.) *Magiſter mercenariorum*, qui Reip. locat operas, *Æditum domus mercaturæ*, item vectigalium publ. vel denique *opifex* aut mechanicus quidam (qui in 23. ſunt diſtributi) aliquid committant, contra præſcriptas LL. & Ordines (ſicut ſpecialiter tutela legum huic Magiſtratui eſt demandata) licet Dnn. XV Viris delinquentem civiliter ſaltem coërcere, atque etiam pro qualitate delicti incarcerare & mulctam pecuniæ imponere: ſed *criminales actiones omninò pertinent ad Senatum*, qui ſolus jus habet gladii, ut poſtea dicetur. Præterea Dnn. XV Viris eſt *commiſſa Oeconomia civitatis*; utpote *Cura, Adminiſtratio* ærarii, monetæ, cambii, annonæ publicæ, cellæ vinariæ, lignariorum, ſtabuli, quantum contributiones civium attinet, vectigalium: item monopolia, ſalis, ſevi & ſimilium rerum neceſſariarum. Ex his etiam conſtituuntur *perpetui Ædiles*, quorum duo Nobiles & ſingulares Præfecti incendiis & ſuperioribus negotiis publicis: itaque latè patet eorum Jurisdictio.

& Nov. Alſat. Deſcr. Meriã. p. 36. Diverſas v. Sent. v. apud Limn. de Iur. Publ. Tom. 4. l. 7. c. 3. p. 149. & ſeq. it. Knipſch. d. tr. l. 3. c. 51. n. 47. cum ſeqq.

Tertius Ordo eſt *Senatus viginti unum Virûm*, conſtat 5. Perſonis, uno Prætore nobili, altero ex Conſule, aut etiam duobus aut tribus honeſtioribus civibus: Hi interdum adhibentur *ad ſecretiora XIII. & XV. Virorum* conjuncta *Conſilia*, quæ ad Senatum non deferuntur: & ſuperiores quidem 3. Ordines ſunt perpetui, nec mutantur, ut Senatores, ſed tamdiu in iis manet perſona, donec aliquis vel morte interimatur, vel ad Conſulatum aut alia munia ſublimiora evehatur. Jam ſubſequitur *Major Senatus*, qui conſtat 30. Perſonis, 10. Nobilib⁹, & 20. civibus plebejis: Senatui præſidet Conſul, qui ſingulis annis novus eligitur. XX. Senatores plebeji colliguntur ex 20. tribubus, ſingulis annis 10. novi, reliqui 10. qui jam conſederunt, manentes adhuc per alterum annum ſequentem, ita ut ex qualibet tribu alternatim unus ex numero Scabi-

 norum

norum biennio præter propter elapſo novus Senator fiat. Nobiles ex Ordine XIII Virali & XV Virali usq; ad certũ numerum quaſi ex aliis, qui adhuc ſunt extra hos Ordines, ſingulis annis novi cooptantur in Senatũ, inter hos 6. ſunt Prætores, reliqui nobiles Aſſeſſores. *Senatus* tractat diebus *Martis* & *Jovis forenſia* vel Juridica ſec. proceſſum Judiciarium aſſidentibus Dnn. Advocatis Civitatis: *Die Veneris de maleficiis* maximè cognoſcit, ideoq; habet jus gladii & coërcitionem criminalium actionum. *Diebus Lunæ, Mercurii & Sabbathi* ſuperiores Ordines XIII. XV. Viginti unum Virûm congregantur, Senatus tractat conjunctim graviora negotia civitatis. Jam *Minor Senatus* tractat *res hæreditarias & cauſas pecuniarias*, conſtat 28. perſonis, 6. nobilibus & 12. plebejis: Huic Senatui præſidet Conſul, qui prætetito anno Conſulatu defunctus eſt; Atque hi omnes Magiſtratus *in ſuperiori Palatio* Juriſdictionem ſuam in ſeparatis Conclavibus exercent. Porrò duo adhuc ſunt *inferiora Judicia* extra Palatium, tum vulgò Stadt-Gericht vocatur, ubi inventiones bonorum fiunt, præſidente perpetuo Judice, qui Stadt-Richter appellatur. Alterum VII Virorum eſt, quod vulgò Sieben-Züchter vocatur, ubi injuriæ & leviores cauſæ tractantur & expediuntur. Hæc poſtrema Judicia quamvis ſint plebejorum, tamen omnes aſſidentes etiam Scabini (Scheffel) ſunt, & mutantur ſingulis annis; Deniq; cum omnes Cives tam honeſtiores, quàm mechanici (exceptis nobilibus, qui duas ſeparatas tribus habent) in 20. tribus ſunt diſtributi, quælibet harum tribuum habet 15. Scabinos, in quo etiam numero comprehenduntur XV Viri & Senatores ignobiles, item Tribuni Plebis &c. ita ut in univerſum ſint 300. Scabini. Singulis tribubus præeſt capitis loco aliquis vel XIII. vel XV. vel viginti unum Virorum ignobilium. Præter hæc ſingulæ Tribus habent ſua *privata Judicia*, quibus dirimuntur *controverſiæ tribulium*, quas non opus eſt deferre ad Senatum: ubi eorum ſententia ſe aliquis gravatum putat, provocat ad XV Viros, penes quos eſt Judiciariorum ſententias confirmare vel reſcindere. *Ex Scabinis*, ut antea dictum eſt, eliguntur *Adſeſſores* in Majorem & Minorem Senatum, nec non ad inferiora Judicia &c.]

Verùm quoniam non nulli Civitatum cenſores & oſores in dubium vocare non verentur.

Jura liberarum in Imperio Romano-Germanico Civitatum;

In animum induxi, hoc loco *de iisdem* aliquem quoque *in genere* ingenũ conceptum parturire. De Origine autem Civitatum Imperialium certò non conſtat;

ap Goldaſt. tom. I. Conſt. Impp. fol. 172.

à Chriſtianitate eas ſuam habere originem, aſſerit Imperator Sigism.

ex Plin. ref. Crus A Suev. part. lib. 4. c. 5.

Equidem *Germani libertatis perquàm cupidi ſæpiſſimè ejectis præſidibus Provinciis ſtatum immutarunt*.

At poſtquam à Francis ad Saxones translatum fuit Imperium, *Civitates* *Im-*

Imperiales liberas his potiſſimum Saxonum Imperii temporibus, quibus Ducatus, Marchionatus, Principatus, & ſimiles dignitates hæreditariæ factæ, adeoq; Juriſdictio Territor. & Imperii autocratici fundamenta poſita, ſuam Originem accepiſſe, communi Hiſtoricorum, & Politicorum traditione exiſtimatur. Beſold. Diſſ. de I. C. v. Impp. n. 2.

Nec improbabiliter putat D. Conringius, *ſeculo demum XII. præter propter, poſt tot in Imperio hinc inde, tempore Henrici IV. excitatos motus, eas in majorem multò libertatem, initio tamen à paucis facto, exſurgere cœpiſſe.* Schüz. Col. leg. I. P. diſp. 8. cond. 2. c.

in Diſp. d: V. Germ. th. 57. & 119. cum ſeqq.

Quicquid ſit, *creviſſe eaſdem apparuit, non a.creſcere.* v. Bodin. 2. Rep 6.

Hac ratione etiam fere infinita alia in Imperio Romano conſpiciuntur, quorum certa origo abſolutè inveſtigari vix poteſt. leg. Draco. tr. d. Orig. & I. Patric. l. 3. c. 3. n. 11. ſeqq.

Aſt Civitates Impp. Liberæ vocantur, *quod nulli alii Imperii ſtatui mediatè, ſed immediatè ſoli Cæſari & Imperio pareant*; *In Actis & Receſſibus Impp. Honoratarum nomine appellantur.*

Confer. Liv. lib 3. Dec. 3.

Quas ideò rectè deſcribit Paurmeiſt. *Communitates (Imperatori &) Imperio directò parentes, jus ſeſſuræ & ſuffragiorum in Comitiis obtinentes.* 2. d. Idiot. c. ult. n. 13.

Olim cum Reſpubl. Romana adhuc floreret, non una, eademque erat Civitatum conditio: nam l. 6. §. 2. d. Excus. tut.

dividebantur in liberas & ſubditas, Hæq; diſtinguebantur rurſus in maximas, majores & minores. A. Gell. 16. N. A. 3.

Ex Jure hodierno dividuntur *in Provinciales ſive mediatas, Imperiales ſive immediatas, & mixtas.* Gail. 2. obſ. 54. n. 10.

Communiter ferè diſtribuuntur *in ſimpliciter Imperiales & Imperiales liberas.* Mynſ. Reſp. 13. n. 10. dec. 2. Knipſch. d. Civ. Imp. l. 1. c. 3. per tot.

Quæ tamen diſtinctio, cum verè & realiter non differant, nulla eſt; licet enim ratione privilegiorum aliæ ampliora ſplendidiora, vetuſtiora, & plura cæteris habeant: attamen, quia differentiæ talis nec in Imperii Conſtitutionibus, vel Matricula ulla veſtigia reperire licet, & in Receſſ.

voces **Freye Reichs-Stadt und Reichs-Stadt.**

promiſcuè uſurpantur, & qu. immediatam ſubjectionem nihil intereſſe, ſive omnes æquali jure cenſeri communiter atteſt. Dd. Wehn. obſ. pr. verb. Fr. Reichs-Stätt. Cluten. Syll. rer. quot. concl. 27. C. Lehm. Chr. ſp. l. 2. c. 4. Th. Spreng. in Juriſp. P. p. 317.

Spectat huc & illa vetus *diviſio per quaterniones*, quæ omni deſtituitur fundamento, & *hodie* nullum ferè uſum habet.

Münſter in Coſmograph. Panvinius d. Comit. Imp. l. ult. Limnæ. de I. P. l. 1. c. 7.

Diſtinguuntur porro à quibuſdam *in Civitates principaliores, & minùs principales.* Steph. d. Idiot. l. 2. p 2. c. 7.

Ex liberis Imperii Civitatibus aliquæ ſunt *Conſcribentes.* Reink de R. S. l. 1. cl. 4. c. 20. n. 35. 36.

v. R. in Norib. conv. Civ. an. 1523. & R. I. de anno 1566. §. 36.

Eſt & aliud Civitatum genus, quod vocatur *Solutionis.*

d. diviſione Civitatum in *duo ſcamna*, & *X. Circulos*, ſupra dictum.

v. Clapm. d. Arg R. l.1.c.1. in f. confer quoque Staml d. Reſerv. Imp. &c.

Cauſa Civitatum Principalis fuerunt *Imperatores Romani, Jura ſtatibus non abdicativè, ſed communicativè concedentes.*

Cauſa minus principalis eſt vel impulſiva, eaque aut *reſpectu Impp. quarundam benè merita, & tranquillitas publ.*

A. Reſp. Fridb. p.1. c. 2. n.3. ſeqq.

Aut *reſpectu ipſarum Civitatum, dulce libertatis nomen, ejuſq; poſſeſſio.*

Irenicus l. 9. c.18 Zeil. in Itin. Germ. c.11. f. 248. Crus. Ann Su. p.3. l 4. c.15. Bruſch. d Monaſt. f 25. A. Rhen. 2. R.G. Tit Germ. p.99.

Cauſa verò Inſtrumentalis varia: quædam enim Civitates Imperiales factæ *Imperatoris extructione, libertate, pecuniæ interventu, ignavia Dominorum ſuorum, ſpontaneo motu & ſubjectione, Interregnorum auxilio, cooptatione in numerum Statuum Imperii.*

Cauſa Materialis Civitatum liberarum communis eſt cum cæteris, ſcil. *Cives in civitate degentes; quorum tres conſtituuntur Ordines, quidamq; dicuntur Patricii & Senatores, quidam Mercatores, & quidam opifices.*

vid. Reform. Pol Aug de anno 1530. Tit. von Burg. und Inwohn der St. conf. Kiffing d. Ganerb. Caſtr diſc.3.n.95 ſeqq.

Reink. d R.S. L1 cl.4. c 1.n. 49 Limnæ. tom.1. l.1.c.7. add. R.I. de anno 1548. §. 10. Knipſch. l. 1.c.3. ſ 12. n. 34 c 5. ſ.11. n.28. ſeqq.

Forma eſt vel *Eſſentialis*, & conſiſtit in requiſitis Civit. Impp. communibus cum illis, quæ requiruntur ad Imperii ſtatum: Civitatem enim liberam oportet eſſe Statum Imperii; quæcunque igitur non eſt Imperii Status, ea nec libera, nec Imperialis. Ut ergo civitas aliqua Imper. audiat, 4. requiruntur, *ſecundùm ſup. deſcriptionem.*

Forma vel eſt *accidentalis* Impp. Civitatum, & conſiſtit in modo Regiminis, qui non in omnibus unus idemque eſt. * *Pura puta autem* Ariſtocratia vel Democratia nullibi facile invenietur, neque ullibi æqualis mixtio fermè datur indeque à potiori ſolet denominatio fieri.

* d Rep Helv. lib 2. Schvv Chr. l.6.c 14.

Sed *quomodo olim longè aliter, atq; hodie Civitates Imperiales gubernabantur?* leg. Simler. & Stumpff.

Beſ. diſp d. Iur & Imp C. n.3 & in Th. pr. v. Rſt. Paur. d. tr. l. 2.c ult. n.14. & 17.

At vetus illud jus valdè imminutum, & hodie pleraq; Civitates liberæ, poſtquam omnimoda Jurisdictio & reliqua omnis conceſſa ipſis eſt poteſtas, ex autocratico jure ſibi ipſis ex civibus ſuis Magiſtratus conſtituunt, atq; per eoſdem juriſdictionem ſuam explicant.

Cauſa Finalis Civitatum Imperialium eſt vel communis cum cæteris ſocietatibus, ſc. *ſecuritas, ſocietatis humanæ conſervatio, vita humanæ commoditas, ſalus & felicitas publica.*

v. Guicciard. l.7. Hiſt.

vel *ſingularis, aurea* nimirum *libertas.*

Numerus Civitatum Imperialium, uti olim crevit, ſic poſterioribus his calamitoſis ſeculis ita decrevit, ut nobis ad numerum priſcum earum reſpicientibus, hodiernus perquàm exiguus appareat.

Evolvantur latè de membris à S. R. Imperio avulſis differentes Limn. * & Knipſch. *

* tom. 1 l.1.c. 9. per tot.
* l.4.c.1 & 2. per tot.

Quan-

Quantus *verò determinatè hodie* Civit. Imperialium ſit Numerus, non aliundè, *meliusve* inveſtigari poteſt, quàm ſi ſequ. Receſſu Noviſſ. de anno 1654. *Inq;* quo Imperii Circ. una quævis Civitatum ſita ſit.

Onera itid. Civitatum Imperialium ſunt vel *communia* cum cæteris Statibus, uti illa ſunt præcipua, *contributiones ſive Collectæ Imperiales.*

Communiſſima eſt *Turcica collecta*, quam J.Feud & Juſtin. vocant *extraordinariam collationem.*

Ad eadem Onera pertinet *contributio ad ſuſtentationem Cameræ Imperialis hodie perpetuam.*

v.Ord.Cam. p.1. tit.42. ſeqq. & R.I. de anno 1566. §. damit auch dieſe ꝛc.

Dantur & aliæ *contributiones*, & in ſpecie *Imperiales* conſul.

R.I. Ratisb. de anno 1576. §. wir haben auch zum 6. ꝛc. *& R.I. de anno* 1598. §. dieweil aber ꝛc. *it. R.I. de anno* 1512. §. Nach dem Churf. *conf. d. Myler in Rümel ad A.B. p.2. diſſ.3. th.11. Knipsch. l.1. c.17 n.25.*

Onera ſequuntur *Munera*, qualia, quod dicantur

1. *Sanctæ & inviolabiles.* 2. *fulcra & columnæ Imperii.* 3. *Nobilia Imperii membra:* itemque 4. *competit plerumq; præcipuorum & ſolennniorum Imperialium actuum in Civitatibus expeditio & peractio.* 5. *ampliſſimorum territoriorum poſſeſſio;* 6. *proprii cinguli militaris uſurpatio:* & denique 7. *Jurium atq; immunitatum, quæ & aliis Imperii Statibus, ut Statibus, adſcribuntur, uſus & exercitium.*

Horum v. Privilegiorum I. eſſe debet, & tanquam fundamentum omnium reliquorum.

Jus ſtatus & Seſſionis in Comitiis, cum voto conſultativo & deciſivo.

Peue 5. Chr f.498. Caſp. Ens. Theſ. P. l.1. Apotel.6. & Pacif. Osnabr anno 48 art.8.

Competunt inſuper Civitatibus Imperialibus *Jura Territorialia ſive ſuperioritas territorialis. Jura* item *Regalia tam Maj. quam Min.* Reſervatis ſolummodo exceptis:

Merum, mixtumq; Imperium, adeoque *omnimoda juriſdictio.*

Knichen de I Territor. c.1. n. 259.

Jura Epiſcopalia ſive Juriſdictio Eccleſiaſtica.

Carpz I Pr. Conſiſt. l.2. tit 1. def.1. per tot.

Nomine quoque Regalium venit etiam *Jus belligerandi*, ſi loquamur d. Bello defenſivo: vigore ejusdem Juris belligerandi poſſunt itidem Civitates *delectum agere & militem exerc: parare tormenta bellica: jus armamentariorum extruendi fortalitia, jus* ſimiliter *ſequelæ, fœdera pangendi*, (a) *protectionis:* (b)

(a) A.B. Tit.13. Mutius rer. G. l.24. (b) Watem. ab Ehrenberg. de fœd. l.1. c ult. n.13. & l.2. c.1 n.42.

Marginal notes:

Atl Minor in deſc. X Impp. Circ p 35. ſeqq.

Tit 56. quæ ſint Regal. 2. Feud l.2. C.d. quibusd. mun. &c. conf. R.I. 1495. & 1500. & 1576. & 1594 & 1598. & 1603.

I Sigism. in ſua Reform. P. anno 1436. ap Gold. T.1. Conſt Impp. Schüz in Colleg. 1. P. tom. 7. diſp.10. concl. 5. D. Kranz. 3. Sax. 12. & 18 confer A.B Tit. a. §. invenimus. Klock. d. Contrib. c.5. n.12.

Sixtin. d. Regal. l.1. c.1. n.14 Th. Mich. de Iuriſd concluſ. 46 A.

R I Spir. 1256. paſſim. Rec. de anno 1555. 1564. 1566. 1570 Rec. deput. 1564 §. demnach ꝛc. conf. Beſol. & Speid. verb. folg ꝛc.

Speidel. in Not. voc. Huldig.

Itemque *jus creandi Magiſtratus*, *& exigendi homagium.*

Viarum publicarum & fluminum tuitio & conſervatio.

Gail. 2. obſ. 64. A.B. c. 1. §. ſi quis autem.

Becht. d ſec. & 5. cond. th. 24. Roſenthal. d. feud. c. 5. concl. 22. Boc. d. Reg. c. 2. n. 157. Arniſ. de I. Maj. c. 5.

Salvi conductus:

& exigendi vectigalia ſive telonia:

Diatas atq; conventus inſtituendi:

Limn. T. 4. de I. Publ. l. 7. c. 1. n. 55.

Jus Archivi: & collectandi jus.

Dapp. d. G. Civ. p. 1. c. 7. n. 70. Lehm. Chr. Sp l. ult. c. ult. A. Act. Lind. f. 78. c. med.

Inſuper habent *jus famæ reſtituendi:*

R. I. de anno 1526. §. und wiewol ꝛc.

Ref. P. O. 1548. T. von verderb. Kauff.

Inducias Moratorias debitoribus concedendi:

Spuriis & ſine herede decedentibus ſucced:

Borch. in c. un. quæ ſint Reg.

Sixtin. d. Regal. paſſ.

Bona vacantia &c. vindicandi:

Habent quoque *Jurisdictionem Foreſtalem?*

Wehn. & Speid. in V. Forſtiſt.

Arum. ad AB. diſc. 5. part. 5.

Fruuntur *decimis, metalli-auri-argenti. fodin. & ſalin.*

concedendi *Nundinas minores:*

Græven. Pr. concl. 60. conſid. 1.

A.B l. 9. P. O. 1577. von Juden.

Judæos quoque *recipiendi & defendendi. Et privilegium de non alienando & oppignorando.*

Victor. d C. Exempt. Imp. concl. 13.

Huc quoque quadr.

v. diſc. Acad. ſing. d. Dan. Koch. n 49. & ſparſim.

Subditorum ad conventus Prov. convocatio:

Collegiorum approbatorum conſtitutio & confirmatio:

Chorearum conceſſio. Tabernarum erectio, indeque *Gabellarum exactio*: & quæ ſunt alia infinita ferè ejusmodi.

Jura, quæ maximam partem, tanquam rivuli ex magno ſuperioritatis territorial. fonte propullulant.

Præter illa verò *communia*, ſuperſunt *propria* Jura, privilegia & immunitates, quas ſibi ſucceſſu temporis ſpeciali conceſſione ab Imperatoribus impetrarunt; ex plurimis aliis *exemplum* ſiſtat, dulciſſima mea patria, Libera Imperialis ULMA, de quibus in ſpecie exactè & fuſiſſimè loquuntur STATUTA ULMENSIA ſub fin.

Carina deproperat ad portum, & ad ſuprema jam devenio, ſc. Civitatum Imperalium *Forum competens: Hodie*, cum civitates Imperiales & alii Status Jurisdictionem non tantum nomine adminiſtrationis, ſive jure proprio, perpetuo & ad hæredes transmiſſibili exerceant Statuum Imperii ſubditi.

Reink. d R.S. &c. l. 1. cl. 5. c. 7. n. 35.

in 1. Inſtantia coràm IMPERATORE Auguſtiſſimo *non conveniuntur, exceptis paucis caſibus, quibus etiam illis id contingit* V.G. *Si juſtitia denegata ſi per-*

Digitized by Google

perſona & cauſa ſit talis, quæ in 1. inſtantia ad Imperatoris Juriſdictionem ſpectat &c.

Majeſtas vero Imperatoria exercet hanc ſuam Juriſdictionem per *Senatum Aulicum*: de quo Tribunali ſummo ſupra, & alibi ex profeſſo egimus. A.B.T.5 Ord. Cam p.1.tit.1. ſ. nembl. R.I. anno 1555. ſ. und ſollen zc. & ſ. und im Fall zc.

Dein conveniuntur quoque Civitates Imperiales coram REGE ROMANO, utp. perpetuo Imperii Vicario.

Quin & Forum ſortiuntur aliquando liberæ Imperiales coram *Vicariis Imperii, qui Imperatore vel Rege Romano deficiente aut abſente,* Vicariatûs ſui tempore Juriſdictionem in eaſdem, ut & in reliquos Imperii Status, paucis exceptis, in Imperio exercent.

Forum etiam competens Civitatum Imperialium eſt *Camera Imperialis*:

nec non *Rothwilenſe Judicium* in earundem, haud tamen omnium, negociis judicat. R.I de anno 1654. ſ. beneb ens zc. Limn. de I.P. l.7. & Knipsch. l.3. & l.32. c.33. n 2,0.

Jam Imperium Romano-Germanicum, *inſtar unius hominis*, hîc opportunè conſiderabimus, *non quidem totam ejus ætatem*, ut cœperit, utque adoleverit, ut quaſi ad quendam juventæ florem pervenerit, utque poſtea velut conſenuerit, cum Hiſtoriographis, variisque ſcriptoribus politicis percenſendo: aſt ejusdem perſonam repræſentando, (velut *Civitatem olim Plutarch.*) quod ſit *corpus quoddam myſticum ad corporis vivi, veriq; modum.* in lib. d. doctrin Princ. ad Traj.

I. Caput eſt Temporale ſc. Populi Chriſtiani Imperator Auguſtiſſimus, Cui tanquam Parti principali à reliquis membris defertur Titulus Majeſtatis, uti aliâs à potiori & digniori ſolent denominationes deſumi. Burgold. in I. Not R. &c. part.1. diſc.10. pag.265.

Et ut *Imperium Cæſareum immediatè eſt à Deo profectum*; ita quoque *Imperatorum leges cenſentur procedere ab Ipſo Deo, ratione eâ, quod Imperator* dicatur Divina Gratia conſtitutus, *ut ſit Imperator in terris, ſicut Deus in* cœlis, & habere Divinum Numen

* Deut.17, 1. 1 Sam.8. Luc.2 & Ioh.19. l.1. in f.C.d. SS.Trin. & ſ.1. Auth. Inſtr.Caut. & ſ. ſiv. Auth defuncti ſeni fun. cap Imper diſt.96. & cap. quæſitum 45.23. quæſt.4. Mich. Vlcurrus d. Regim. mund. quæſt.2. principal. per tot. Marant in Diſp.1.QQ.leg.n.35.

Qui ideo meliori Jure quadruplici β. gloriari poteſt, & eſſe

βασιλεὺς, βασιλέων, βασιλεύων, βασιλεῦσι

Bodin. d. Imp. Turc. c.9. lib.1.146.

Ideoque *Imperatori debetur tanquam Orbis Chriſtiani capiti, ſuper alios Reges præeminentia, & nulli Principum tanta debetur Majeſtas, quanta Imperatori.* A B. tit.2. c.4. & purpurat. in l. quicunque n 116. d. offic. ejus. &c.

Quia *omnia Regna ſuperat antiquitate.*

Arniſ. l.1. d Majeſt.4 n.1. p.78.

Sua itaque AUCTORITAS, etiam adverſus exteros, conſtet IMPERATORI, ceu inſuper *Comitiorum univerſalium, & quidem Recentiorum*;

v. A. Gell. l.15. c.27. conf Liv. l. .c.52. & 56. & alibi paſſ. Tac. c 11. d. Moribus G. Briſſon. de formul. p.238. Poſſard. d. Mag. Rom. p.567.

[de

[de Vetuſtioribus enim, nimirum Curiatis, Centuriatis & Tributis jam dicere non vacat.]

AUCTORI; *diſtinguunt tamen LL. fundamentales inter Comitiorum promulgationem, & promulgandorum poteſtatem; Itemq́, quod* IMPERATORE ROMANO *abſente, Rex Rom. Comitia indicere; idemq́, poſſint Electo. Palat. & Sax. conjunctim ſumti, tanquam Vicarii Imperii.*

v. Receſſ. Ferd. I. Aug anno 1559. & Reformat. Frid. III. de anno 1442. Capit. Ferd. IV. artic. 14. & 17. confer Receſſ. Imper. de anno 1555. §. und im Fall ꝛc. *& Tit. 5. A.B.*

Burgold. d. loc.

DIRECTORI, *& extra Comitia Imperii* ADMINISTRATORI, *atq́,* CURATORI, *ſeu ut alii loquuntur,* TUTORI, *Titulusq́,* MAJESTATIS IPSI, *tanquam* CAPITI, *primo atq́, præcipuo in Imperio* PRINCIPI *ſervetur illaſa!*

II. OCULI & AURES Iſtius Corporis Myſtici, quibus ſive propriis, ſive alienis, convocatis Comitiis, ea, quæ ad ſalutem & tranquillitatem Reipubl. Germ. ſunt neceſſaria, videmus & audimus, ſunt

MEMBRA S. ROM. IMPERII,

R.I. Colon. a. 1512. in fin. pr. R.I. Auguſt. anno 1517. & a. ſeq. It. R.I. Worm. anno 1527. & Al. inprimis Inſtr. P. Artic. 8 §. Gaudeant.

aut Statûs & proceres (qui non nuda convocatione ad Comitia, nec præſentia ſolum accedunt, ſed qui ſuffragia in iis ferunt.) vel per ſe, vel per ſuos Legatos convenientes, non quidem

velut Conſiliarii tantùm propriè ſic dicti, aſt inſimul quoq́, Archontes.

ſumma autem Imperii poteſtas tunc in duas diſtribuitur ſemiſſes, quarum unam CÆSAR Sereniſſimus, reliquam Ordines univerſi habent.

Ordines diſtinguuntur in III. Claſſes: I. eſt ELECTORUM, qui æquiparantur Præfectis prætorio, atque ſic Regibus, imò IPSI IMPERATORI; *ex quo tamen nec quicquam decedit Majeſtati ſupremæ,*

Evolv. Barboſ. in Theſ. Iuriſpr. c. 6. l. 5.

ſi, ſalvâ ipſius ſuperioritate Majeſtatica, velut radii à Sole, cui ne minimum quidem lucis inde ſubtrahitur; etiamſi Luna lumen conferat, etiamſi radios undiq́, diffundat, ac totum illuſtret terræ corpus, lumen accipiunt, unde ſicut prima lucis integritas memorati numinis detrimenta ſentit nulla, ita tantò magis Imperiale attollitur ſceptrum, quantò Tribunal Ipſius, ut REGIS *Regum dignioris in circuitu circumſpicit Paraſtatas, & ſacris addictos, & ſacris ſolutos.*

II. claſſis eſt Principum, Comitum, Baronum, Prælatorum.

III. Liberarum Imperii Civitatum. Separatæ ſingulis ſedes. Civitates verò unum conſtituentes Corpus, in duo latera diſtinguuntur, in Rhenanum, & Suevicum. Et pertinent ad triplicem iſtum ordinem etiam

Arum. c. 4. d. comit.

Holſati, Ratzevvilius in Lithuania, nec non Transſylvanus Princeps: ad eund. quoq́, Mediolanenſis Dux, & Sabaudus,

Re-

referuntur. Iidem tamen ordines poſſunt in duo membra dividi, ut

Alii ſint ordines Politici; Alii Eccleſiaſtici. Politici ſunt IMPERATOR, *Principes, Comites, & Barones Liberi, Civitates: Excluduntur Duces Sileſiæ mediatè ſubjecti, & Nobiles immediatè, Helvetii, Civitates Hanſeaticæ.*

Grundſ. deß H. Röm. Reichs p. 1. c. 5.

III. Os & LINGUA, quâ loquimur, quæ loquela ſive articulatus hominis ſermo *quidam quaſi portitor animi noſtri eſt, cujus communicatione civiles conventus indicuntur, artes coluntur, ſapientia neceſſitudines homini cum hominibus intercedunt.*

Scalig. 1. poet. 1. pr.

Inſtituuntur autem in Conventibus illis Imperii generalibus, de graviſſimis ad publicam Imperii tutelam pertinentibus cauſis deliberationes: Potiſſimum *de ſarcienda Pace publica, & communi Patriæ bono ſtabiliendo, augendoq;:*

De Curſu ſummi Tribunalis Imperii: de Collectis, Contributionibus ſive Tributis: die Türcken-Steur / *hac de cauſa ita dicta, ut à ſubditis contributio poſcatur, eò melius contra Turcam bellum ut geri poſſit. Sunt autem duo ſolvendæ contributionis modi:* der gemeine Pfenning / und der Römerzug: *quæ tamen pro ratione unius cujusq; fortunæ exiguntur. Tractatur quoq; de aliis rebus in Comitiis, utpote, de moderatione indictarum penſionum: de ineundis fœderibus: de re monetaria: de redintegrandis Rom. Imperii viribus, & avulſis membris recuperandis: Itemq; de Matricula Imperii; nam* ſi dubium quoddam variationis & dubitationis ortum fuerit, Matricula in Archivo Imperii repoſita, omnis dubitatio tollitur. Placet vero nonnullis duo Imperii Archiva tradere, unum, quô Matricula Imperii, Acta publica, aliaque, quæ in Comitiis peraguntur, continentur: Alterum dicitur Camera Imperialis. *Si e. Matricula hæc priſtinum ſtatum nondum recuperavit, redintegratio neceſſariò ſequi debet.*

v. D. Oelhafen Templum P. orat. 4. & 5. paſſ. Item R. Imp. de anno 1512. §. wir Maxim. verſ. deßgleichen ob jemand &c.

confer quoq; Receſſ. d. anno 1570.

R. I. d. anno 1613. §. nach dem die Reichs-Matricul &c.

Verùm *mos Religionis in Comitiis habendæ ceſſavit.*

Similiter quoque ibidem agi ſolitum fuit, ſed more vetuſto, qui nunc temporis non amplius obſervatur, *de inveſtituris.*

R. Imp. de anno 1555. §. damit auch obberührte ꝛc.

Olim quidem celebrata ſunt Comitia diverſis in locis:

Vel ſub dio, tempore Car. M. & ſucceſſorum; vel in villis Rheins/Lohenſtein *& FF. vel in Civitatibus, quod adhuc hodie moris eſt.*

evolv. Onuphr. Pamphin. c. 7. § 2. p. 117.

Præcipuè verò pro ratione Aur. B. primus Conventus Noribergæ celebrandus, niſi impedimenta ſontica locum ſibi vendicent.

De tempore hoc conſtat, *olim moris fuiſſe, ſingulis annis, generalem inſtituere conventum, qui per menſem duraret.*

Id quod hodie non amplius in uſu eſt, ſed tantùm indicuntur, quoties id publica neceſſitas aut utilitas poſtulet, addita tamen hac conditio-

Ordin. Pac. anno 1495. §. daß ein Reichs-Tag nicht über 1. Monat ꝛc.

Digitized by Google

Grundv. deß H. R. Reichs p.2.p.61.ſeqq. ne, *ut ſingulis annis aliquis, præter neceſſarios inſtituatur, atq; Comitia ad ſummum, intra 3. menſium ſpatium abſolvantur, niſi negocia Imperii diuturnius exigant tempus.*

IV. Collum, quô Capiti corpus cohæret, eſt forma Comitiorum, quæ variis illis actibus, qui durantibus Comitiis aguntur, abſolvitur.

Fiunt autem *vel immediatè, vel mediatè.*

Initio quidem ab Ipſo SACRATISSIMO IMPERATORE propoſitio fuit peracta, ita, ut per Illum etiam Ordines neceſſitate quadam fuerint convocati; poſtea autem S. CÆS. MAJESTATI placuit, illam mediantibus aliis proponere, ad hoc verò idoneus habitus eſt Mareſchallus, cujus A.B. in 27.c. t. 6. munus *celebre, & graviſſimum, nec non vetuſtiſſimum fuit.*

In proponenda propoſitione hoc officii genus Ipſi demandatur, ut ſtatus omnes & ſingulos certo & deſtinato tempore convocet, idque per literas auctoritate & nomine IMPERATORIS ſingulatim unicuique Electorum transmiſſas, ut eò frequentiores ſua Ipſorum præſentia adſint, nec ullam oblivionis cauſam prætexere poſſint.

v. Tac. d. Mor. G. c. 11. & Hincmar. Ep. 8. c. 34. p 39. *Improbandus* namque *fuit hic eorum mos, quod vel non advenerint, vel ex aſſe non reſponderint propoſitioni, ſed eam coarctare, limitare, nonnunquam planè detrectare ſoliti fuerint.*

Fuit autem hæc convocatio tam potens & valida, ut ſi non lubenter adeſſe velint, literis hoc tenore conſcriptis cogi atque compelli poſſint; interim tamen nec quicquam libertatis Statibus adimitur, ſi non ſolum citantur, ſed & accedere jubentur. Verùm

Conf. Sleidan. l. 2. comment. d. ſt. Relig & Reip. p 50. it. R. Imp. d. anno 1582. p. 702. *Sacra, ante omnia maximopere initio ſunt obſervanda, ita, ut ab illis initium rei fiat. Aſt Electio* CÆSARIS *res quoq; non minimi momenti, nec ſine* ALTISSIMI *directione probè peragi poteſt*, de qua tamen ſupra.

Præſente nunc NOVO CÆSARE, vel ſaltem ejus Commiſſario, (ſi morbo vel alia aliqua de cauſa detineretur) proponi ſolet propoſitio, quâ recitatâ CÆSAR, Status & Electores diligenter hortatur, ut puncta in medium allata diligenter examinare, de examinatis probè deliberare velint, poſtquam hoc feciſſent, in præſentia Ipſius CÆSARIS Moguntino Electori, Archicancellario, reſponſionem reddere incumbebat, unà cum debita gratiarum actione pro CÆSARIS cura paterna, qua & Imperium afficit, & ipſos præſentes complectitur; ſe vero nomine præſentium CÆSAREAM MAJESTATEM rogare, ut eam ſibi deſcribendam dati jubeat, quo magis ipſos de propoſitione conſulere liceat:

v. R. Imper. de anno 1598. Ratisb. *Si vero* CÆSAR *Ipſe non adſit, non per ArchiCancellarium, ſed per Cancellarium ſolum reſponſio habebatur.*

Dictata propoſitione Archi-Mareſchallo hoc officium erat demandatum; ut omnium ordinum Status ad diem & horam ad deliberationem punctorum propoſitione conventorum convocet, I. autem Sereniſſimo

Ele-

Electori Saxoniæ, ſi præſens adeſſet, ſchedula tranſmittebatur, qua Ipſi & dies, & hora, ad deliberandum indicebatur, ſimulque inſcripta erat materia in ea, de qua deliberandi propoſitum eſſet, quæ deliberatio quidem diverſis temporibus diverſa fuit, alia tempore Car. M. & alia tempore Frid. M.

De priſcorum Impp. temporibus docet Hincmarus Archiep. Rhemenſis. Ep. 3. c. 35. opp. p. 49.

Verùm *ſint in deliberatione lenti, ac rem probè conſiderent, adhibeant induſtriæ celeritatem, & diligentiæ tarditatem: ne vel in dicendo peccent, vel ſententiam mutaſſe videantur.* Gell. 10. N Attic. c. 11.

Ordinem ſedendi hunc habent:

à dextris, ſed aliquando inferiùs Moguntinus, ut Collegii Decanus, juxta Bavar. & Brandenburgici Legatos, à ſiniſtris Palatinus, prope hunc Colonienſis & Saxonici Legati, è regione verò S. CÆS. MAJESTATIS *ſolus Trevirenſis locum tenet.* Grundſ. H. R. R. p. 2. c. 2. p. 79.

Peracta ſeſſione, Moguntinus per Cancellarium Coëlectores, itemque abſentium nuntios interrogari curat de modo in deliberatione punctorum obſervando, ne autem confuſio in ſententia referenda fiat, in conſultando ordinem propoſitionis ſequi oportebat, ut eò facilius unuscujusque ſententia à Cancellario concipi poſſet, quæ deinde in Senatu Electorum à Moguntino proponebatur, & quò major pars ſuffragia tuliſſet, id pro concluſo habebatur; addita tamen hac conditione,

ut vota non incerta, non ambigua, nec conditionata, ſed clara & pura fient, ne periculoſæ exinde oriantur diſputationes, ita, ut ſi quis (cui competit jus dandi votum) perſiſtat in aliqua ejusmodi reſponſione, confeſtim jus voti amiſerit, atq; ſine ulla exceptione ad reliquos Electores reciderit. Lehm. l. 5. Chron. Spirenſ. c. 107.

Vota Eorum in conventu publicè perquirebantur, utpote, quod Vice-Mareſchallo competit, qui primò ab Eccleſiaſticis, dein à ſecularibus ſuffragia fert, & quidem lingua vernacula.

Quamquam aliâs in ſecretiori fieri receptum ſit loco, ſcriptis in Schedula nominibus, inter quæ unum, quod Votatori placuerit, ſimplici puncto notet, ſacco injiciat, ac Sacerdos ſingulatim ſchedulas eximat, cui deinde major numerus fuerit attributus, IMPERATOR erit, atque hac ratione libertas in Electoribus, pax inter omnes conſervatur, multæque fraudes haud efficiuntur.

Collectis nunc ſuffragiis, *relatio & correlatio inter Electores & Status fieri ſolet, inter Civitates verò olim haud quaquam, ſiquidem harum votum non pro ſuffragio, ſed pro conſilio tantùm habebatur, quicquid enim Electoribus, cæteriùq; Principibus placet, id Civitatibus ſine ulla contradictione pro more veteri aſſumendum eſſe.* Grundſ. H. R. R. p. 2. c. 6. p. 148.

Nunc verò hæ lites inter Status & Civitates pace Oſnabrugenſi ſublatæ ſunt.

Digitized by Google

Grundſ. p.2. c 8 p.172 &c. 10. p.177.178. conſ. Pauermeiſt 2. de Iuriſd. 2. n.23.

Si itaq; diſſenſu inter Electores & Principum Status extiterit, tamdiu ſuffragia feruntur, donec alter in alterius deſcendat ſententiam, atq; ita ad pluralitatem votorum perventum fuerit. Si autem nullo modo convenire poſſunt, conſulere IMPERATOREM *neceſſe eſt, cujus rationes & argumenta probè conſiderari oportet: ſin interpoſitiones & argumenta* CÆSAREÆ MAJESTATIS *ex hac parte, Status ex illa conſtanter permaneant, arbitrantur nonnulli, cauſam usq; ad alium conventum differendam etiam; ne quicquam affirmaretur, quod & Receſſibus Imperii & Auctoritati* CÆSAREÆ MAJESTATIS *contrariaretur.*

Burgold. I. N. R. p.1. d.10. pag 265.

I.P. artic.1.

V. Cor eſt amor haud fucatus IMPERATORIS & Imperii, ſive Regis & Regni, ex quo conſtat concors Germaniæ ſtatus: *quemadmodum* enim *Capite cum reliquo trunco unito corpus maximè vivit & floret; contra, Capite ablato, truncus reliquus inutilis: ita etiam in rebus Germanicis obſervare eſt, quoties caput & membra fuere invicem unita, toties Majeſtatem Imperii vividam ac floridam; diſrupto verò civili illo vinculo, pallidam ac penè intermortuam fuiſſe. Sua itaq; auctoritas conſtet* IMPERATORI; *Statibus verò Jura & libertates, æqualitas, reſiduaq; eorundem gravamina ſine ulla violentia in Comitiis terminentur, & pacificatio Weſtphalica, quæ diſſiduis inter Caput & membra Amneſtiam induxit, unanimiter & conſtanter ſervetur, illaſa ac ſemper inviolabilis.*

D Oelhaf. Orat. 2. p 69. conf. Laſſen. epiſt 19 § was ſonſten ꝛc.

Hujus autem Pacis univerſalis conſervandæ remedium 1. *frequens malorum & calamitatum, quibus bello nuper profligato, per triginta annorum ſpatium, defuncti ſumus, recordatio, earundemq; cum ex adverſo poſitis* PACIS *bonis & commodis, facta collatio.*

Id. Oelh. d. orat p 89. cum ſeq & Orat 3. p.110.

Ut 2. *ex utraq; parte, omni odio, contentione, pertinacia ſive vincendi ardore, aliisq;* (ex quibus nihil aliud, quam æmulatio, factiones &c. oriri ſolent,) *depoſitis, nos, tanquam Chriſtiani Baptiſmi Sacramento in unum conjuncti, diverſis nonnullis circa religionem ſententiis & opinionibus nullatenus obſtantibus, in publici boni conſervationem, Imperiiq; tranquillitatem conſentiamus, ad eumq; finem unicum obtinendum, de communi ſententia, omnia conſilia, rationes, ſtudiaq; unanimiter conferamus.*

Id. or.3. p.112.

Omnium 3. *& ſingulorum articulorum, qui inter tranſactionis conſortes publicâ conventione procurati ſunt, ex præſcripta verborum formula, ſincera, ſeria & omnimoda obſervatio, executioq;.*

d. or.3. p.130.

Et, quia 4. *concordia ſine Juſtitia, nullo pacto eſſe poteſt, neceſſe eſt, ut ante omnia Juſtitia, non in priſtinum tantùm, ſed & meliorem dignitatis, integritatu & æqualitatis ſtatum revocetur & corroboretur.*

Id. or. 4. p.151. & or.5. p 189. & 197. cum mult. ſeq.

Conſiſtit 5. *publicarum Imperii Callectarum ſive Indictionum, convenienti remiſſione, ac mitigatione, præcipuè verò in earundem æquabili & analogâ inſtitutione & diſtributione, pro cujusq; Status præſenti reliquarum facultatum modulo: ubi quoq; de r.format. Matriculæ; ubiq; maximè defendit idem*

Au-

Digitized by Google

Auctor aquabilem collectationis modum ſecundùm communem denarium, den Anſchlag nach dem gemeinen Pfenning.

Quoties hæc harmonia obſervata, toties Imperii orbis fuit tranquillus, aſt ſusq; deq; habita, toties ſine Rectore & remigibus fluctuavit Reip. noſtræ navis. Habet E. ſe Imperium quoq; hodiernum inſtar pyramidis; Nam

> *ſicut in pyramide baſis eſt latior, quæ dum aſſurgit, ſemper coarctatur, donec in uno faſtigio terminetur; ita in Imperio noſtro baſis & fundamentum ſunt Ordines ſimul ſumpti, & in Comitiis collecti. Hi poſtea faſtigiantur in Electoribus; tandemq; Pyramis in noſtro* IMPERATORE, *quaſi cacumine terminatur.*

Burgold. d. n. p. 2. d. 5. p. 44.

VI. Denique Manus, Brachia & Pedes, qui omnia ſuſtinent, ſunt Comitiorum celebratorum effectûs, quorum pacta, conventa, inter CÆSAREM & Status Legis vigorem habent, adeoque tandem in Decretum abeunt comitiale, ad cujus obſervantiam tàm CÆSAR, quàm Proceres omnes Imperii ſe obligant, dicitur aliàs Recessus, qui ſcripto comprehenduntur, & publicantur, partimq; in Archivis Moguntinis, partim etiam penes CÆSAREM reponuntur, quibus ſubſcribere ſolent Status, ſi profeſſi ſint ea, licet poſtea adverſus eos proteſtati fuerint. Ne autem ſubſcriptioni huic nimium fidei attribuant, aut moleſtiam quandam de illa capiant, ideò

> *ſingularis quædam concluſio de non præjudicando R. J. conjungitur, ac his finitis præleguntur Receſſus à Cancellario Moguntinenſi, ut & ſingulis Statuum exemplar communicatur. Succedit & obſignatio ſigilli, quandoquidem aliquando* Solum IMPERATOREM, *ſigillum ſuum appoſuiſſe conſtet, tamen de novo conſtitutum, ut & Deputati & Electores, alternatim ſubſcribant, quum obligatione illa omnes Electores & Principes Statusq; ſeſe* IMP. MAJESTATI *ad conſervationem & executionem contra violatores datæ Ordinationis devinxerunt.*

Limn. l. 9. c. 1. §. 212. 213. l. P. Grundv. H. R. R. p 2. c. 10 p. 182. conf. quoque Tob. Paurmeiſt. d. Iurisd l. 2 c. 2. n 163 & pr. 365 agit etiã d. Comitiis partic conventuq; Circ

Atque ſic finiuntur Comitia, attamen Statibus priusquam diſcedere haud licitum, niſi prius reverentia debita à S. CÆSAR. MAJESTATE veniam impetraverint.

Extra Comitia in omni Regimine *Forma* etiam obſervetur *ſevera*, *conſtans*, *adſtricta*, ut omnia ſint à Principe & apud Principem.

Severa, inquam, *Gubernatio*, quæ ex uſu Principis vel Reip & ſubditorum; . in hac colluvione morum & hominum,

> *habendus metus, aut faciendus eſt.*

Amplius, quia *vulgus terret, niſi paveat.*

Nam vulgus metu coërcendum:

> *Qui non vetat peccare jubet.*

Salluſt. L. 1 hiſt p. 84. f. Tac 1. Ann. 29 Senec. in Troad. & l 50. de R. l. adde Plutarch. apophth. 298. d.

οἱ μὴ κολάζοντες τοὺς κακοὺς, βούλονται κακεῖσθαι τοὺς ἀγαθοὺς:
ap. Stobæum Serm. 152. In fin. P. Faber. Semeſt. l. 3. c. 16. p. 229.

Juxta Pythagoræum dictum.

Salvianus l. 7. d. Gubernatione Dei p. 249. vid. Rittersh. p. 323. & ſeq.

Igitur

Poteſtas magna & potentiſſima, quæ inhibere ſcelus maximum poteſt, quaſi probat debere fieri, ſi ſciens patitur perpetrari. In cujus enim manu eſt, ut prohibeat, jubet agi, ſi non prohibet admitti.

Quintil. l. 12. Inſt. Orat. c. 7.

Nam,

ſi pœnas ſcelerum expetere fas non eſt, prope eſt, ut ſcelera ipſa permiſſa ſint: & licentiam malis dans, certè contra bonos eſt.

Hinc inſignis iſto ævo Poëta Mediolan. IMPERATORIS FRIDERICI ſeveritatem commendans:

in Ligurino Güntherus l. 1. v. 478.

—— —— —— Plus ſæpe nocet patientia Regis,
Quàm rigor. Ille nocet paucis, hæc incitat omnes,
Dum ſe ferre ſuos ſperant impunè reatus.

ap. Salluſt. B. Iugurt. c. 31. in f.

Sic Memmius:

Ignoſcendo malis, bonos perditum imus:

ap. eund. in Catil. cap. 52.

Et Cato:

Qui ſceleratis parcunt, bonos perditum eunt.

Ita Cleobulus Lindius:

ap. Auſon. in Sententiis VII. Sapient.

Parcit quiſq; (id eſt quicunque) *malis, perdere vult bonos.*

Et Seneca ex Mimis P. Syri:

—— bonis nocet, quiſquis pepercerit malis.

Unde ille poſt tempora Ciceronis ab eodem Secundus:

Lactantius Firmianus d. Ira Dei. c. 17.

Bonorum ſalutem cuſtodit, qui malos punit; Ipſe autem eſt nocens, qui nocenti parcit, ut pluribus noceat.

Huc adſcribo quoque locum Symmachi:

L. 10. ep. 44.

Moribus ſævis familiare atq; conatum eſt, armare ſpiritus impunitatis exemplo: Cur enim ſecundum deſperet effugium, qui laqueos criminis prioris evaſit?

Nam

Id. l. 5. ep. 39.

inconſultos facit alios, impunitas magna peccantium.

Imò

Liv. l. 39. c. 55. f.

verendum, ne magna indulgentia plures ad talia audendum impellantur.

Hæc igitur adhibenda in tempore, & noxia recidenda, ſed per intervalla.

Quin interdum optimum miſericordiæ genus eſt, occidere.

v. Sen. l. de Ira c. 16. Add. Clapm. l. 4. c. 13. & l. 6. c. 12. & 13. Cic. pro Cluent. c. 46. f.

Statuerunt ita majores noſtri, ut, ſi à multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animadverteretur, ut metus ad omnes, pœna ad paucos perveniat.

Sic

Sic Caſſius: Tac. 14 Ann. c. 44. adde

Ex fuſo exercitu cum decimus quiſq; fuſte feritur, etiam ſtrenui ſortiuntur. Amis l. 1. d.

Ut fulmina paucorum periculo cadunt, omnes metu: Sic animadverſiones R.p. c. 3. ſect. 4. n. 16.

magnarum poteſtatum terrent potiùs, quàm nocent. Sen. l. Clem. 8 m.

Nî mala herba nimium ſuccreverit; falce enim tunc recidenda eſt: Tacit. 3. Ann. f. 94. B.

Specta exemplum Tiberii ad Senatum:

Clementia ſiquidem omninò temperanda ſeveritate, ut Sol nube. *Demoſthenes* dixit, *quod cum ſæpè ad exitium malis imprecandum incitaretur, timeret interim, ne planè deſolandam hac imprecatione civitatem efficeret.*

[ὅς ἐπιὸν αὐτῷ πολλάκις εὔξασθαι τοὺς πονηροὺς ἀπολέσαι, φοβεῖτο, μὴ ἔρημον ἄρδην ἐᾷ τῆς εὐχῆς ποιήσῃ τὴν πόλιν.] Stob. Serm. 2. p. 30, 50.

Crudelitas namque *pœnis aut acerbis judiciis civitas vaſtatur magis, quàm corrigitur.* Salluſt. Orat. 1 ad Cæſ. p. 121. f

Idq; ob aſſiduas & innumeras culpas:

ἦμεν τέκνα φύσει τῆς ὀργῆς. Epheſ. 2, 3. Geneſ. 8, 21.

Adhuc autem *nemo extitit, cujus virtutes nullo vitiorum confinio læderentur.* Plin. in Paneg. fol. 4. m. C. 4. f

Σύμφυτον τὸ ἁμαρτάνειν ἀνθρώποις. Sopater ap. Stob. Ser. 44.

Τὸ ἁμαρτάνειν ἀνθρώπους ὄντας, οὐδὲν θαυμαστόν. Xen. Cyrop. p. 108. 33.

Πάντες πλείω πεφύκαμεν ἐξαμαρτάνειν, ἢ κατορθοῦν. Iſocr. Orat. 6. ad Phil.

Et, ſecundum Apulejum:

Neminem Proconſulem Provincia Africa magis reverita eſt, minus verita: nullo, niſi tuo anno, ad coërcenda peccata, plus pudor valuit, quàm timor: nemo te alius pari poteſtate, ſæpius profuit, rarius terruit.

Quæ diſſimulandæ: aut omnes & omnia perdenda.

Tibi beneficiis potius & remediis ingenia noſtra experiri placet. Et alioquin neſcio, an plus moribus conferat, Princeps, qui bonos eſſe patitur, quàm qui cogit. Plin. in Paneg. c. 45. m. de Traiano.

Omnibus, quos bonos facis, hanc aſtruis laudem, ne coëgiſſe videaris. Id. c. 46. f. de eod. conf. Amir. l. 1. diſc. 4

Conſtituit bonos mores civitati Princeps, & vitia ejus facilius compeſcit, ſi patiens eorum eſt. Sen. d. Clem. 1 cap. 22. Add. ibi Lipſ. not. 235.

Crebra verò punitio vileſcit; imò irritat peccata, rebellionesque excitat: quoniam,

ut cibus non eſt medicamentum, propter continuum uſum: ita & caſtigatio aſſidua. Ariſtot. 1. Oecon. 5. *Hoc non exiſtimo faciendum magno viro,* (ſc. ut promiſcuè obvios quosque corrigat) *diluitur enim ejus auctoritas, nec habet apud eos ſatis ponderis, quos poſſet, minus obſolefacta, corrigere.* Senec. ep. 29. à pr.

Nec timor coërcet; Infame hoc etiam Principi: melior E. via altera: & juſtitia omninò temperanda in leviter errante, aut ſeriò pœnitente.

Omnia ſcire, non omnia exequi; (hîc valet punire, ulciſci) *parvis peccatis veniam* Tac. c. 19. Agric. p. 458. d.

Digitized by Google

Add. ibi Vieдung.

veniam; magnis ſeveritatem commodare: nec pœnâ ſemper, ſed ſæpiùs pœnitentiâ contentus eſſe. De Agricola dictum, ita ſuos milites tractante.

Cic. ep. 1. ad Q. fr. f. 291. B.

Neq; mihi ſanè placet, cum ii mores tantùm jam ad nimiam levitatem & ambitionem incubuerint, ſcrutari te omnes ſordeis, excutere unumquemq; eorum &c.

Imp. Conſtantinus M. humanus fuit erga eos, qui à malitia diſcederent, dicere ſolitus: Membrum ægrum ac putridum reſecandum, ne ſana etiam inficeret: non autem id, quod vel in integrum eſſet reſtitutum, vel certè conſaneſceret.

Zonar. tom. 3. p. 101. 40. in Conſt. M.

[Τὸ νοσοῦν μέλος καὶ σηπτὸν ἀποκοπτέον, ἵνα μὴ καὶ τοῖς ὑγιαίνουσι λυμανεῖται. οὐ μέντοι τὸ ὑγιείας ἢ δὴ τυχὸν, ἢ καὶ ὑγιαζόμενον.]

Non reſolvit Imperium benignitas: Imò efficacius jubet quædam & patrat!

Antiphon. ap. Stob. Serm. 44.

εἰ δέοι τι ἁμαρτεῖν. Τὸ ἀδίκως ἀπολῦσαι ὁσιώτερον, ἢ τὸ ἀδίκως ἀπολέσαι. Τὸ μὲν γὰρ ἁμάρτημά ἐστι; τὸ δ' ἀδίκως ἀποκτεῖναι ἀσέβημα.

Si peccandum ſit, injuſtè reum abſolvere, quàm injuſtè perdere, melius fuit. Illud enim quidem peccatum eſt, hoc verò impietas.

Sall. Catil. c. 51. pr.

Omnes homines, qui de rebus dubiis conſultant, ab odio, amicitiâ, irâ atq; miſericordiâ vacuos eſſe decet,

Sic

Plin. Paneg. c. 80.

mitis ſeveritas, nec diſſoluta clementia in Trajano.

Et

Tac. 12. A. c. 49.

Helvidius Priſcus plura moderatione; quàm vi compoſuit.

Plin. in Paneg. c. 49. m.

Fruſtra ſe terrore ſuccinxerit, qui ſeptus caritate non fuerit. Armis enim arma irritantur.

Criſpi gemmâ hæc conſigno:

Qui benignitate & clementia Imperium temperavére, his læta & candida omnia viſa: & hoſtes æquiores, quàm aliis cives.

Salluſt. ad Cæſar. d. Rep. Ord. fol. 120. m. Or. 1. conf. quoque verba antec. Eraſm. p. 1283. Adag.

CONSTANTIA, inquam, auctoritati facit: obſervatioque LL. & morum,

Evolv. Arniſ. l. 2. Polit. p. 116. & ſeq. conf. Bodin. l. 4. d. Rep. c. 4. p. 441. & Ariſtot. 2. Pol. 86. & c. 2.

Nam

Auguſt. ep. 118 tom. 2. p. 559 a

mutatio conſuetudinis etiam adjuvat utilitate, novitate perturbat.

Et

Hippocr. l. 2. aphor. 50.

conſueta longo tempore, etiamſi deteriora, inſuetis minus moleſta eſſe ſolent.

Quare Tiberius ad Patres:

Tac. 3. A. c. 69.

Ne verterent ſapienter recepta, & ſemper placita.

Illud-

Digitized by Google

Illudque Danieliticum:

Decreta Regum Medorum ideò mutari non poterant. Dan. 6. v. 8. 12. 15.

Hocque Ulpiani:

Regulariter in rebus novis conſtituendis evidens utilitas eſſe debet, ut recedatur ab eo, quod diu æquum viſum eſt. L. 2. ff. de Conſt. Pr.

Ideò

Charondas Thuriorum Legislator non diſcedendum juſſit à ſcripto Legis, licet omninò malè ſcripta eſſet, ſanxitq́ꝫ, ſi quem cujuspiam legis abrogandæ libido ſeu neceſſitas adduxiſſet, u collo laqueum primùm circumdaret: tum in concionem ad poſtulandum à populo legis emendationem prodiret, ibiq́ꝫ expectaret, donec à populo, de Legis mutatione quid ſentiret, decerneretur. Ubi Comitia mutandam probaſſent, tum ille novæ legis auctor ſolveretur: ſin hanc legis correctionem concio repudiaſſet, tum mox ibidem novo rogatori, laqueo quo vinctus acceſſerat, guttur perſtringeretur. Hac ratione factum, ut multis annis tres tantùm LL. abrogatæ fuerint. Diodor. Sicul. l. 12. p. 298.

Contemnuntur verò LL. latæ, relatæ; & unà earum Lator.

Unam tollendo Legem, cæteras infirmamus. Liv. l. 34. c. 3. pr.

Spernendi E. novatores: Veteres, & vetera, optimi, juxta

Caſſii Senatoris Romani dictum.

v. Tac. 15. A. 43. Huc referatur inſig. locus Plat. l. 7. de LL. p. 797. & ſeq.

Interdum tamen innovandum, ſi vel ſumma utilitas expreſſerit, vel ſumma neceſſitas. Conſule Liv. l. 4. c. 4. à pr. & l. 34 c. 6. m.

Legum enim *opportunitates & medelæ pro temporum moribus & pro Rerumpubl. generibus, ac pro utilitatum præſentium rationibus, proq́ꝫ vitiorum, quibus medendum eſt, fervoribus mutantur atq́ꝫ flectuntur, neq́ꝫ uno ſtatu conſiſtunt: quin, ut facies cæli ac maris, ita rerum ac fortunæ tempeſtatibus varientur.* Sextus Cæcilius ap. Agell. l. 20. c. 1. p. 714

Nec

ad vetera inſtituta revocanda ſunt, quæ jam pridem corruptis moribus ludibrio ſunt. Salluſt. Orat. 1 ad Cæſ. p. 121. m.

Cum

Senatus Romanus ludos à populo ſecretus ſpectaſſet, ea res præbuit ſermones, ſicut omnis novitas ſolet; Poſtremo ipſum Africanum, qui Conſul author ei rei fuiſſet, pœnituiſſe ferunt. Adeò nihil motum ex antiquo probabile eſt. Veteribus, Liv. l. 34. c. 54. conf. Tac. 3. A. 34. in placuiſſe &c.

NISI QUÆ USUS EVIDENTER ARGUIT,

ſtari malunt: Aliam exceptionem add. ex Plut. Lycurgo. p. 47. b.

ἡσυχαζούσῃ μὲν πόλει τὰ ἀκίνητα νόμιμα ἄριστα. Πρὸς πολλὰ δ' ἀναγκαζομένοις ἰέναι, πολλῆς καὶ τῆς ἐπιτεχνήσεως δεῖ. Thucyd. l. 1. p. 47. b. in Orat. Corinth.

Tranquillæ quidem civitati optimum eſt, inſtituta non immutari, atque ſi in varia diſtrahuntur, etiam artibus novis opus habent.

Tac. 4 A. 16. conf. Dion. L. 52.

Sed tunc quoque fiat *leniter*, & *lentè*: Auguſti exemplo: *qui quædam ex horrida illa antiquitate ad præſentem uſum flexit.*

Ita paulatim

de quo Plut. in ejus vita. p. 597. f.

inſurrexit Ageſilaus, & Eumenes.

Quoniam

conf. Iuſtin. 14. c. 2. f. Dio l. 73.

multa ſimul tutò corrigi non poſſunt: Sed ſi quid aliud in rebus humanis, tum inprimis Status civilis tempore & conſilio opus habet.

Quin imò

Add Clapm. d. arcan. l. 5. c. 5.

Ioan. Keyſerſperg. apophr. quod extat. in ejus facetiis.

vitiorum corrector imitetur eum, qui de papyro maculam eradit, ille non ſtatim, poſtquam atramentum ceciderit in papyrum, radit: quia ſic fruſtratim papyrus etiam decerperetur: ſed paululum expectat, non tamen diu, ne nimis inſideat. Sic Corrector non confeſtim corripiat; dicit enim alicubi Ovid. *Currenti cede furori. Sed neq; diu differat, nec conſueſcat. Aliâs perforabit potiùs papyrum, quàm eradat maculam.*

Conſidera & alias habitudines eradentis, & applica.

v. Beſold. Colleg. pol. diſp. 3. th. 9. p. 150. & ſeq. ex edit. 2. conf. omninò die Fürſtl. Tiſch Reden L. 3. c. 16 edit. prior.

ADSTRICTIO, inquam, Imperii, pro auctoritate i. e. ut non ſolùm à Principe præcipua vis & honos, quippe qui maxima rerum aut agat Ipſe, aut firmet: non quia conſilia ſpernam, (valdè enim ſupra ſuaſi, & ſuadeo) ſed quia innoteſcere omnibus velim, PRINCIPEM eſſe, quem omnes ſpectent; & omnia ab eodem exſpectent.

Herodian. l. 3. p. 84. f.

Imp. Severi Filius Antoninus ad Britannicam expeditionem cum Patre profectus, ac Imperium, junctum ſibi deſpondens πάντας ἀνέπειϑεν εἰς αὐτὸν βλέπειν μόνον, omnes ad reſpiciendum ſe unum ſollicitabat.

Reſpexit autem Interpres ad illud Horatii:

De te pendentis, te reſpicientis amici.

Herodian. l. 4. p. 94. pr.

Imperator Antoninus Caracalla, poſt occiſum fratrem Getam, inculcat Romanis,

παύσαϑε δὲ ἤδη τὰς ψυχὰς ϗ τὰς γνώμας διῃρημένους, εἰς ἕνα δὲ βλέποντας ἀμερίμνως βιοῦν:

Neque mentes veſtras in diverſa partiti, ſed unum tantum ſpectantes Imperatorem, vitam ſecuri traducere poteritis.

Sed & apud Principem plerusque honos maneat, certè magnus.

Sic

Id. l. p. 15. pr. conf. Piccart. Dec. 15. c. 9. Camer. cent. 1. c. 90. fol. 422. f. Amir. p. 111.

Imperator Commodus cum inſidiis Perennis Præfecti ferè periiſſet, poſthac duos conſtituit Præfectos, tutius fore, ratus, tantam illam poteſtatem non uni duntaxat credere: ſed diſſectam in partes, imbecilliorem eo pacto contra Principem reddere.

Neque E. honores nimios, & longos det; vel datos auferat: ſed vellicatim.

Salluſt. Iug. c. 41.

Vis ſoluta atq; diſperſa in multitudine minus poteſt.

Ita

Ita

Helvidius monetur ab Epiro, ſupra Principem ne ſcandat. Tac.4.hiſt. cap.8.m.

Non enim poteſt non nimium eſſe privatis, quod Principi ſatis eſt. Plin.Paneg. c.78.f.

Quinimò

Domitiano formidoloſum fuit, Agricolæ, ut privati hominis, nomen ſupra ſuum, ut Principis, fuiſſe ſublatum. Tac in Agric. c.39.f.465 A.

Judicum Ordo Carthagine, tempore Hannibalis, dominabatur, quod iidem perpetui Judices erant. Res, fama, vitaq; omnium in illorum poteſtate erat: qui unum ejus Ordinis, idem omnes adverſos habebat. Nec accuſator apud Judices infenſos deerat. Ut Annibal animadvertit, infirmorum quoq; libertati gravem eſſe ſuperbiam eorum, legem promulgavit, ut in ſingulos annos Judices legerentur, ne quis biennium continuum Judex eſſet. Liv.l.33.c.32.

Et

Marc. Popilius deprecatus, ne Graccho in Provincia ſuccederet, inquit: Interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio ipſa efficaciſsima eſſet, minimè convenire, inter traditionem Imperii, novitatemq; Succeſſoris, quæ noſcendis prius, quam agendis rebus imbuenda ſit, ſæpè benè gerendæ rei occaſiones interdicere. Id.l.41.c.15. vid.citata à Bœfold.Col.Pol. claſſ.2.diſp.3. th.20. confer Barcl. Argen. l 3.p.209.f.& ſeqq.edit. Argent Piccart. obſerv.Dec.6. c.7.

Sicut verò Majeſtas & Auctoritas anima ac vita eſt Regni vel Imperii &c. ſine qua unus tàm multis non imperet, regnumque omne ruet; ſic Seneca de Conſtantia Sapientis: c.4.in pr. Id. Sen. l.5 d.Benef.c.4.m.

Conſenſu ſervientium validi:

Et alibi:

Regum ac Principum excellens potentia per animorum conſenſum, miniſteriumq; conſtat.

Huic autem adverſus peſtis, mors & interitus regnorum eſt CONTEMPTUS, velut impreſſa ſubitis, ſive & externis, vilis, abjectaq; opinio, de Rege &c. ejusq; Statu.

Cauſa quidem primæ & motio evertendis Regnis &c. plerumq; ab odio eſt: ſed extrema & efficax maximè à contemptu.

Nam illud tardum, vel, ut cum Poëta dicam:

Inaudax eſt, niſi armetur ab iſto: Horat.3. Carm.Od 20.

Quo pertinet iſtud Taciti:

Duo Galbam odio flagitiorum onerabant, contemptu inertia deſtruebant. l.1 hiſt.p.308. c.6.

Videmus etiam in fabulis, ipſi illi, qui oderint, dum metuant, dixerit pernicioſum fuiſſe. Cic. Philipp.1.ſub fin.

Origo ejus à leni Imperio: quod peccatum peccant ii, qui nimia *lenitate dulces*: & effuſæ ſe dant populari auræ: *nec deerat Otto protendens manus, adorare vulgum, jacere oſcula, & omnia ſerviliter pro dominatione.* Cic.ad Attic.4 epiſt.11.m.

Tac.1.hiſtor.cap.36.confer Xiphil.240.b.

Digitized by Google

Eraſm. Adag. 848. — Eſt & à levi Imperio, aut Principe &c. Illud per Adagium dicitur ἀδιμο-πίδιον.

Tac. 3. hiſtor. 85. & 1 H 7. & 2. H 57. ad l. 3. 195. not. X. & Y. —

de hoc verò quod quod *inſigni nobilitate ingenii.*

quales à Scholiaſte Thucydidis dicuntur παλίμβολοι:

& vitium ipſum ἐυμεταβλησία.

Item, à ſoluto Imperio: cum rerum omnium incurioſus Princeps, & cum honores effusè dividit, contra illud Medicorum Anteſignani: (Galen. l. 2. de temperamentis.)

δεῖ μηδὲν ἐν παρέργῳ τίθεσθαι, μηδ᾽ ἀμελεῖν. nihil pro ſuperfluo habendum aut negligendum.

Imperator Marc. Antoninus Philoſophus erat amans laboris (φιλόπονος) *& diligentur applicabat animum ad omnia, quæ ad principatum pertinerent: Nihil dicere ſolebat, nihil ſcribere aut facere negligenter,* (ἐν παρέργῳ) *ſed vel in minimis rebus diem ſæpè conſumere, quod exiſtimaret, non decere Imperatorem, properè quicquam agere* (οὐκ ἄξιον τὸν αὐτοκράτορα ἐξ ἐπιδρομῆς τι πράττειν.) ſi quid enim prætermiſiſſet in minimis rebus, non putabat, ſe in cæteris poſſe calumniam effugere. (Xiphil. in M. Anton. p. 273. a.)

Ita *Myzes Bulgarorum Princeps erat homo ſegnis & effœminatus: quibus de cauſis paullatim contemptui eſſe cœpit, donec mutatis populi voluntatibus omni poteſtate privaretur, & Principatus ad Conſtantinum Teuchum, ingenii dexteritate & robore corporis excellentem transferretur.* (Gregoras l. 3. c. 5.)

Poſſem heîc equidem pluribus diſſerere

de cauſis everſionis internis propriis Reip. Regnive, vel in Rege, Principe &c. vel in populo; itemq; cauſis internis everſionis communibus in Rectore ſi. & populo ſimul: ut & Cauſis externis corrumpentibus Rempubl. (Leg. Bernegg. Q. Miſc. 212. lib. 23. polit. cap. 12. de Curatione Reip. penè per tot. Cellar. 2. pol. cap. ult. Aliiq; complus.)

Verùm, quia eædem ferè omnes mox alibi hac in parte Tertia occurrunt, hoc loco partim prætermiſſas, partim etiam aliis relictas volo. Interim nonnulla adnecto

de cauſa everſionum Rerumpub. &c. formali, quæ eſt converſio Rerumpubl. &c. neq; tamen abolitio plenaria, uti prior, ſcil. *everſio, ſed mutatio tantùm unius formæ Reipubl. in aliam, ſive meliorem ſive deteriorem: veluti cum popularis gubernatio mutatur in regiam, aut hæc in Tyrannidem; aut etiam ubi Reſp. transplantatur in aliam.* (Wendelin. ad lib. 7. c. 21. pol. Schönborn. poſt princ.)

Princeps Philoſophus proponit 4. modos τῆς μεταβολῆς τῶν πολιτειῶν: quos etiam contrahit *in duos*, inquiens: *omnes Reſp. mutari vel in eam formam, ad quam magis inclinant*, hoc eſt, formas cognatas, *aut in ſibi vicinam, vel in contrariam.* v. g. *Monarchia tranſit in Tyrannidem, vel Tyrannis in Monarchiam* &c. *aut Monarchia in Ariſtocratiam, aut Tyrannis in Oligarchiam* &c. (Ariſtot. 5. polit. 1. & 7.)

Idem recenſet cauſas 15. converſionum in Rep. (Id. 5. Pol. 3. & 4.)

Sic Democratia mutatur in Oligarchiam, vel in Tyrannidem, vel in Democratiam prorſus intolerabilem: prout modus adminiſtrandi intenditur, vel remittitur. (v. Eund. 5. pol. 5.)

Sed

Digitized by Google

Sed *Oligarchia interdum mutatur in alias formas, vel ex injuſtitia Magiſtratûs oligarchici, vel ex ſeditionibus.*

Ariſtocratia verò *mutatur ex ſeditionibus, & incuria, negligentiáq; Juſtitiæ: vel quando numerus optimatum & Magiſtratuum in Ariſtocratia & Democratia augetur vel minuitur.* Id. 5. pol.6. & 7.

Aſt *Monarchia mutatur*, ut ſupra dictum, *ex contemptu Monarcharum: ex cupiditate honoris, gloriæ & lucri: ex metu & ex injuſtitia, ſubditorum illata perſonis, famæ & bonis ſubditorum. Vel quando Monarcha, qui autem ſimpliciter Monarchicè imperavit, tandem mixtè cum aliis imperare incipit.* Id.5 & 6. Pol. 10. add. Cic. 1. & 2. offic.

Atque ita mutatur Reſp. una in aliam vel ratione Status & formæ, vel ratione adminiſtrationis: videlicet Recta in Corruptam, vel Corrupta in Rectam, vel Recta in Rectam, aut corrupta in corruptam. Et quamvis Democratia maximè ſit obnoxia mutationi, quum *magna in eadem interveniat opinionum contrarietas, ingensq; receſſus ab unitate:*

Itemque Monarchia in Ideâ, propriâque naturâ conſiderata, fiet præſtantiſſima Regiminis forma, ut non tantum inſuperabilis ille rationum, ſupra in Iſagoge poſteriori allatarum, exercitus probat, ſed etiam, quia iſthæc Reip. *forma ſimpliciſſima*, quod maxima ibi cernatur unitas: vid Ariſt. 3. pol.9. Bodin. d. Republ. lib. 6. c. 4. Gregor. l. 5. c. 1. Lipſ. 2. pol 2. Caſ. Sphær. Civ. l. 3. c. 9. Casmann. Althuſ. Keckerm. & Timpler. in Politicis &c.

Voluntati Divinæ convenientiſſima, quandoquidem Ipſe Deus hanc ſuo quaſi calculo approbatam populo ſuo præſcripſit, quando Regem conſtituit. Quin eadem *ad Divinæ Gubernationis ſimilitudinem quàm proximè accedit.*

Imò, *JURI Gentium accommodatiſſima*; omnes enim Gentes Regibus primùm paruerunt; Et pleræque Gentes etiamnum Monarchiam probant.

Reip. propria & domeſtica; Cum enim unitas ſit menſura multitudinis, neceſſum eſt, ut in omni omnis Reip. forma Ariſtocratica & Democratica ſit imago aliqua Monarchiæ. *Eſt omnium perfectiſſima*: hinc Reſp. dicitur Genus πρὸς ἕν, cujus præcipua ſpecies ſit Monarchia.

Finem ſuum facilimè aſſequitur, ſive quis Conſiliorum inventionem & executionem, ſive imperantem, ſive ipſam gubernationem ſpectat.

Digreſſioni & aberrationi non ita obnoxia, ut reliquæ formæ; Nam facilius unus bonus invenitur, quàm plures, & inventus facilius obſervatur, atque in officio continetur, quàm multi: *Commoditatibus cæteras formas anteſtat*; Rex enim à ſe non diſſentit &c. denique *à Politicis prima cera eſt approbata.*

Nihilominus tamen ob certas circumſtantias, mutationes ac morbos, à quibus Respub. vindicanda, *Polyarchia ſæpè eſt magis optabilis, ſuavis ac laudabilis.* Bodin. d. Rep. l. 6. c. 4 Keck. ſyſt. pol. l 1. c. 1. & Curſu Philoſ. diſp. 29. th 41. probl 6. Hœnon. diſp. pol. 9. th. 15.

Hinc majorum Gentium Politici hoc loco obſervandam eſſe monent illam celebrem Philoſophi diſtinctionem inter

Τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ αἱρετὸν, ſ. inter

Τὸ βέλτιον, καὶ τὸ αἱρετώτερον, i.e. inter præſtantius & eligibilius.

Digitized by Google

Eraſm. Adag. 848.

Eſt & à levi Imperio, aut Principe &c. Illud per Adagium dicitur ἀνέμω πίδιον.

Tac. 3. hiſtor. 85. & 1 H 7. & 2. H 57. ad l. 3. 195. not. X. & Y.

de hoc verò quod quod *inſigni nobilitate ingenii.*

quales à Scholiaſte Thucydidis dicuntur παλιμβόλοι:

& vitium ipſum εὐμεταβλητία.

Item, à ſoluto Imperio: cum rerum omnium incurioſus Princeps, & cum honores effusè dividit, contra illud Medicorum Anteſignani:

Galen. l. 2. de temperamentis.

δεῖ μηδὲν ἐν παρέργῳ τίθεσθαι, μηδ᾽ ἀμελεῖν. nihil pro ſuperfluo habendum aut negligendum.

Imperator Marc. Antoninus Philoſophus erat amans laboris (φιλόπονος) *& diligenter applicabat animum ad omnia, quæ ad principatum pertinerent: Nihil dicere ſolebat, nihil ſcribere aut facere negligenter,* (ἐν παρέργῳ) *ſed vel in minimis rebus diem ſæpè conſumere, quod exiſtimaret, non decere Imperatorem, properè quicquam agere* (οὐκ ἄξιον τὸν αὐτοκράτορα ἐξ ἐπιδρομῆς τι πράττειν.) ſi quid enim prætermiſiſſet in minimis rebus, non putabat, ſe in cæteris poſſe calumniam effugere.

Xiphil. in M. Anton. p. 273. a.

Ita *Mytzes Bulgarorum Princeps erat homo ſegnis & effœminatus: quibus de cauſis paullatim contemptui eſſe cœpit, donec mutatis populi voluntatibus omni poteſtate privaretur, & Principatus ad Conſtantinum Teuchum, ingenii dexteritate & robore corporis excellentem transferretur.*

Gregoras l. 3. c. 5.

Poſſem heîc equidem pluribus diſſerere

de cauſis everſionis internis propriis Reip. Regnive, vel in Rege, Principe &c. vel in populo; itemq; cauſis internis everſionis communibus in Rectore ſc. & populo ſimul: ut & Cauſis externis corrumpentibus Rempubl.

Leg. Bernegg. Q. Miſc. 212. lib. 23. polit. cap. 12. de Curatione Reip. penè per tot. Cellar. 2. pol. cap. ult. Aliiq; complus.

Verùm, quia eædem ferè omnes mox alibi hac in parte Tertia occurrunt, hoc loco partim prætermiſſas, partim etiam aliis relictas volo. Interim nonnulla adnecto

de cauſa everſionum Rerumpub. &c. formali, quæ eſt converſio Rerumpubl. &c. neq; tamen abolitio plenaria, uti prior, ſcil. *everſio, ſed mutatio tantùm unius formæ Reipubl. in aliam, ſive meliorem ſive deteriorem: veluti cum popularis gubernatio mutatur in regiam, aut hæc in Tyrannidem; aut etiam ubi Reſp. transplantatur in aliam.*

Wendelin: ad lib. 7. c. 21. pol. Schönborn. post princ.

Princeps Philoſophus proponit 4. modos τῆς μεταβολῆς τῶν πολιτειῶν: quos etiam contrahit *in duos,* inquiens: *omnes Reſp. mutari vel in eam formam, ad quam magis inclinant,* hoc eſt, formas cognatas, *aut in ſibi vicinam, vel in contrariam.* v. g. *Monarchia tranſit in Tyrannidem, vel Tyrannis in Monarchiam* &c. *aut Monarchia in Ariſtocratiam, aut Tyrannis in Oligarchiam* &c.

Ariſtot. 5. polit. 1. & 7.

Idem recenſet cauſas 15. converſionum in Rep.

Id. 5. Pol. 3. & 4.

Sic Democratia mutatur in Oligarchiam, vel in Tyrannidem, vel in Democratiam prorſus intolerabilem: prout modus adminiſtrandi intenditur, vel remittitur.

v. Eund. 5. pol. 5.

Sed

Sed *Oligarchia interdum mutatur in alias formas,vel ex injuſtitia Magiſtratûs oligarchici, vel ex ſeditionibus.*

Ariſtocratia verò *mutatur ex ſeditionibus, & incuria, negligentiaq; Juſtitiæ: vel quando numerus optimatum & Magiſtratuum in Ariſtocratia & Democratia augetur vel minuitur.* Id. 5. pol.6. & 7.

Aſt *Monarchia mutatur*, ut ſupra dictum, *ex contemptu Monarcharum: ex cupiditate honoris, gloriæ & lucri: ex metu & ex injuſtitia, ſubditorum illata perſonis, famæ & bonis ſubditorum. Vel quando Monarcha, qui autem ſimpliciter Monarchicè imperavit, tandem mixtè cum aliis imperare incipit.* Id.5 & 6.Pol. 10.add. Cic.1. & 2.offic.

Atque ita mutatur Reſp. una in aliam vel ratione Status & formæ, vel ratione adminiſtrationis: videlicet Recta in Corruptam, vel Corrupta in Rectam, vel Recta in Rectam, aut corrupta in corruptam. Et quamvis Democratia maximè ſit obnoxia mutationi, quum *magna in eadem interveniat opinionum contrarietas, ingensq; receſſus ab unitate:*

Itemque Monarchia in Ideâ, propriâque naturâ conſiderata, fiet præſtantiſſima Regiminis forma, ut non tantum inſuperabilis ille rationum, ſupra in Iſagoge poſteriori allatarum, exercitus probat, ſed etiam, quia iſthæc Reip. *forma ſimpliciſſima*, quod maxima ibi cernatur unitas: vid Ariſt.3. pol.9. Bodin. d.Republ.lib. 6. c.4. Gregor. l.5.c.1. Lipſ.2. pol 2. Caſ.Sphær. Civ.l.3. c.9. Casmann. Althuſ. Keckerm. & Timpler. in Politicis &c.

Voluntati Divinæ convenientiſſima, quandoquidem Ipſe Deus hanc ſuo quaſi calculo approbatam populo ſuo præſcripſit, quando Regem conſtituit. Quin eadem *ad Divinæ Gubernationis ſimilitudinem quàm proximè accedit.*

Imò, *JURI Gentium accommodatiſſima*; omnes enim Gentes Regibus primùm paruerunt; Et pleræque Gentes etiamnum Monarchiam probant.

Reip. propria & domeſtica; Cum enim unitas ſit menſura multitudinis, neceſſum eſt, ut in omni omnis Reip. forma Ariſtocratica & Democratica ſit imago aliqua Monarchiæ. *Eſt omnium perfectiſſima*: hinc Reſp. dicitur Genus πρὸς ἓν, cujus præcipua ſpecies ſit Monarchia.

Finem ſuum facilimè aſſequitur, ſive quis Conſiliorum inventionem & executionem, ſive imperantem, ſive ipſam gubernationem ſpectat.

Digreſſioni & aberrationi non ita obnoxia, ut reliquæ formæ; Nam facilius unus bonus invenitur, quàm plures, & inventus facilius obſervatur, atque in officio continetur, quàm multi: *Commoditatibus cæteras formas antestat*; Rex enim à ſe non diſſentit &c. denique *à Politicis prima cera eſt approbata.*

Nihilominus tamen ob certas circumſtantias, mutationes ac morbos, à quibus Reſpub. vindicanda, *Polyarchia ſæpè eſt magis optabilis, ſuavis ac laudabilis.* Bodin. d. Rep. l.6.c.4. Keck. ſyſt. pol.l 1. c.1. & Curſu Philoſ. diſp. 29 th 41. probl 6. Hornon. diſp.pol. 9. th.15.

Hinc majorum Gentium Politici hoc loco obſervandam eſſe monent illam celebrem Philoſophi diſtinctionem inter

Τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ αἱρετὸν, ſ. inter

Τὸ βέλτιον, καὶ τὸ αἱρετώτερον, i.e. inter præſtantius & eligibilius.

Sic e.g. aurum præſtat ferro, ſed hoc illi præfertur in uſu armorum: & vinum præſtantius eſt aquâ, ſed hæc eligibilior eſt febricitanti.

Ita *Ariſtocratia humana imbecillitati eſt omnium accommodatiſſima.*

v. conſultationem VII. Principum Perſ. de optimo genere Imperii ap. Pontan. progym. vol. 3. part. 1. Zepper. de vitiis ac degeneratione 3. iſtarum formarum lib. 3. LL. Forenſ. Monzamb. de Morbis & Ratione ſt. Imperii Germ. c. 7. & 8.

Ariſt. 7. Pol. 9.

Præterea, *in ſtatu Democratico arces & præſidia, ſi quæ in ea gubernatione extra viciniam hoſtium exſtruuntur, quamprimùm ſunt evertenda.*

Quemadmodum res ipſa tum Athenis in Piſiſtratarum tyrannide docet, tum alibi quoque, ut in Helvetia, & in Valeſia Gente illi vicinâ, ſuperiori ſeculo probavit.

2. Sam. 5, 9. 1. Reg. 9, 15. & ſeqq.

At verò eædem illæ arces ſunt Monarchici ſtatûs non tantùm *ornamenta*, ſed etiam *firmamenta. Quamobrem & à Davide, & à Salomone, Regibus optimis, ſunt diligenter exædificatæ, atq; retentæ ſtudioſè præſidiis.*

Tum Civium potentiorum & virtute præcellentium continuata in gerendis honoribus authoritas eſt Monarchiæ & Ariſtocratiæ ſalus; Democratiæ peſtis.

Ratio prioris eſt, quia

Ariſt. d. lib. & cap.

in utramq; hanc politiam magnæ labes invehuntur, cum agricolæ, opifices, nautæ, mercatores, ſimiluq; generis homines ad magnos honores, quamquam duntaxat id fiat ad tempus, evehuntur.

Ratio poſterioris eſt, quia

Plut. in Ariſtide.

in Democratia populus ipſe timeri vult, vult ipſe Monarcha videri, & eam ſuam ſummam libertatem eſſe putat facere, præcipereq; quicquid velit & lubet: proptereaq; Oſtraciſmus Athenis fuit inſtitutus.

vid. Hœnon. diſp. pol. 10.

Tandem, niſi quoque in Statu Ariſtocratico virtutis imperantium potior, quàm nobilitatis, generis, opum, ac cenſus in Magiſtratibus demandandis habeatur ratio, vel nî conſtanter virtus & æquitas ſervetur, ſtatim labaſcit illa Reip. forma, & vel in Oligarchiam degenerat, vel in Monarchiam commutatur.

1. Sam. 8.

Sic *propter filiorum Samuelis improbitatem Ariſtocratia Iſraëlitica in Regnum converſa eſt.*

v. Prov. 14, 28. conf. Ariſt. 6. pol. 6.

Nequaquam etiam numero aut multitudine civium conſervatur Ariſtocratia, quemadmodum tamen numeroſitate ſtant firmioreſq; fiunt Monarchia & Democratia.

Alſted. Encycl. lib. 23. pol. c. 12. p. 1426. confer Bernegg. Q. Miſc. 212. & 153. &

Utut ergo Reſp. quàm ſapientiſſimè fundetur, & quàm prudentiſſimè gubernetur: fieri tamen non poteſt, quin aliquando morbis & malis civilibus, an incivilibus inficiatur, infecta corrumpatur, corrupta mutetur, & denique deſtruatur.

Hinc & illud Politico-Theologicum:

Omnia

Omnia Regna ſuas fatales habent periodos; ſolum Chriſti Regnum hanc habet gloriam, quod non ſit incluſum certis, vel loci, vel temporis terminis.

Richter. Ax. pol. R. 1.2. cum ſeqq. aliq.

Nam quamdiu Mundus erit, Eccleſia erit; quod quidem acroama etiam de Republ. verum evadit, ſi loquamur de ſpecie, non autem ſi de individuo: hîc enim requiritur prudentia Civilis, quâ malis eminentibus obviandum, vel graſſantibus medendum.

Premimus jam ſilentio *Arcana* Rerumpubl. veluti *Democratiæ hac potiſſimum cenſentur: 1. ut præmia egenis præſentibus, divitibus autem abſentibus à Comitiis & congreſſibus publicis pœnæ decernantur. 2. ut Divites per vectigalia & tributa emungantur, ne ſummam potentiam affectent. 3. ut plebs juramento ſe invicem obſtringat, ſe neminem regnare paſſuram eſſe: 4. ut invaſor vel affectator regni vitâ privetur, ejusq; nomen prorſus deleatur. 5. ut imperandi poteſtas ſit ambulatoria, nec ejus diuturnitas aut prorogatio concedatur. 6. ut populi multitudo rerum neceſſariarum copiam habeat abundantem &c.*

Quæ cum aliis operosè adducit A. Ille, qui pleraque in ſuis libris Waremundo ab Erenberg ex ejusdem Collectaneis mutuatus eſſe videtur.

Warem. ab Erenb in Tr. d. regni ſubſid. & oneribus ſubd. c.4.n.4. c.6.n.26. & c 7. n.31. de Arnoldi Clapm. Arcanis Rerump. vid. præprimis l.2.c 1 10.11. 15.22.& l.3. c.1.2. 3.18.23. & l.6.c.19. cum ſeq.

Hinc S. PRINCEPS in ſuo Comp. P.9.

Quoniam ad bonam Reipubl. adminiſtrationem ſpectat, ut vitia, quæ in illa vigent, reſecentur, ideo Princeps diligenter ſe informare debet, quæ maximè ſint in uſu, ut maturum iis remedium adhibere queat; præcipuè, autem luxuriam, adulteria, furta, homicidia, duella, blasphemias in DEUM, uſuras nimias & luſus exceſſivos, è quibus plerumq; multa alia vitia & mala naſcuntur penitus exſtirpare ſtudebit, graves pœnas in hujusmodi transgreſſores ſtatuendo, ſi pacatam Rempubl. habere deſiderat. Sæpiſſimè enim contigit, integras Reſp. & Regna graviſſimis pœnis, utpote fame, peſte, bello & ſimilibus à DEO punita fuiſſe ob ſcelera à principe non caſtigata.

RADIUS SECUNDUS.

POTENTIA IMPERII.

MAjeſtas & auctoritas etiam non tantùm Formâ Imperii, ſed & ejusdem POTENTIA comparantur, quam autem hîc intelligo,

ad ſua conſervanda, & aliena obtinenda, idonearum rerum facultatem.

Cic 2. de Invent. c. 56. m. v. præter Mucian. ap. Dion. in Xiphil. 216 l.

Eamque 5. Inſtrumenta ſuppeditabunt: primum OPES, quæ

nervi, capus, pedes Imperii.

quare, non abs re - - *Romani maximus Autor*

Tullius eloquii.

Ta-

Cic. pro L. Man. pag. 244. 24.

Vectigalia nervos eſſe Reip. ſemper diximus.

Et ad eundem ſenſum Romanus alter.

Ærarium, ipſi Reip. nervi. Flor. l.3. cap.13. med.

Diphilus ap. Stobæ. ſerm. 89.

Imò animorum & locorum Dominæ ſunt:

Τὰ πάντα χρυσῷ τίμνεται καὶ πράττεται, hoc eſt:

Auro omnia ſcinduntur & conficiuntur.

Et Poëta Comicus præſtantiſſimus, Menander:

χρυσὸς δ' ἀνοίγει πάντα, καὶ ᾅδου πύλας, i. e.

Reſerantur auro cuncta, vel portæ inferûm.

Quò limatiſſimi ingenii Poëta alius etiam reſpexit:

Horat. l.3. od. 16.

Aurum per medios ire ſatellites
& perrumpere amat ſaxa, potentius
Ictu fulmineo.

Ad ſummam,

Plutarch. in Apophe. p. 178.a.

Philippus Macedo caſtellum quondam munitum occupare ſtatuerat: ibi exploratoribus referentibus, planè expugnari non poſſe; eſtne, ait, adeò inacceſſum, ut eò aurum portans aſinus non poſſit pervenire?

Id quod verſui Hexam: proverbiali locum dedit:

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα κρατήσεις:

Argento radient haſtæ, ſic cuncta domabis.

v. quæ Eraſm. Chiliad. adag. 2. cent. 7. in expoſit. Argenteis haſtis pugnare, mit ſilbern Kugeln ſchieſſen &c. poſt Suidam in Ἀργύρεα p.1032.

II. Inſtrumentum, ARMA. Improbè quidem dictum videtur, ſed in tempore utiliter, illud Solimanni, capta Rhodo, ad Philippum Phalereum, Magiſtrum magnum, dicentis: *eſt Regis, ſanguine Regum orti proprium, rapere atq; invadere aliena, non quidem avaritiâ; ſed glorioſa cupidine dominandi: cui cum obſtat vicinus, armis & vi eum tollere ſatis habeo.* Iacob. Fontan. l.2.d. bello Rhodio.

Reges verò ſæpè debent invadere, aut ipſi invaduntur, vel ab externis, vel à ſuis; comprimant ergo bella bello:

v. Tacit. Ann. 15. c. 36.

De Cheruſcis dictum, *qui in latere Chaucorum Cattorumq; nimiam, ac marcentem diu pacem illaceſſiti nutrierunt: idq; jocundius, quàm tutius fuit.* Nam inter &c.

Vell. l.2.c.29. p.35. Add. Grut. diſc. in Tac. part.2.p. 183, 184.

Sic Vellejus *potentiâ ad impotentiam uſus:*

Hiſpani bellum, quàm otium malunt:
ſi extraneus deeſt, domi hoſtem quærunt. Iuſt. l.44.c.2. pr.

Iuſt. l.6.p.433. D. in Orat. Hermocr.

ὁ φόβος ὁμοφρονεῖν ἀναγκάζει, καὶ τοὺς στασιάζοντας.

Scholiaſtes Græcus ad illud Thucydidis:

πάντα ὑπὸ δέους ξυνίσταται:

Matthieu l. fol. 66.

Ad Franciſcum I. Galliæ Regem dixit olim Imp. Carol. V.

Nos populis cholericis imperitamus. Si nos non bella aliis inferamus, ipſi noſtri ſubditi inferent nobis.

Unde & Sulpitia de ſtatu Reip. Rom.

Re-

Digitized by Google

Romulidarum igitur longa & gravis exitium Pax. Tac.5.hiſt.12.

Cum in factiones civitas diſcedit, bellum externum concordiam parit.

Ita Hiſtoricus ille eloquentiæ ac fidei præclaræ inprimis: Liv.l.5.c.17.f.

Civilia certamina terror externus cohibet. & l.6.c.31.m.

Idemque: *Miteſcere diſcordiæ inteſtinæ, ut fit, cœperunt.* Salluſt. in fragm.l.1 hiſt. p.83.p.

Rerumque Romanarum florentiſſimus Auctor inquit: *diſcordia & avaritia atq; ambitio, & cætera ſecundis rebus oriri ſueta mala, poſt Carthaginis excidium (cum nullum amplius hoſtem haberent Romani) maximè aucta ſunt.*

Et paulo ante: & Id. ibid. m.

poſtquam remoto metu punico ſimultates exercere vacuum fuit, plurimæ turbæ, ſeditiones, & ad poſtremum bella civilia orta ſunt.

Ac Democritus: φιλονικεία πᾶσα ἀνόητος. τὸ γὰρ κατὰ τοῦ δυσμενοῦς βλαβερὸν θεωρέουσα, τὸ ἴδιον συμφέρον οὐ βλέπει. Contentio omnis impudens eſt; dum enim in hoſtis ſui noxam intenta eſt, proprium commodum non videt.

III. Consilia uſui ad potentiam, qualia: haud temerè bellum movendum; nec nimis diu habendum: Sen.l.2.d.Ira. c.14.

Pyrrhum maximum præceptorem certaminis gymnici ſolitum his, quos exercebat, præcipere, ne iraſcerentur, ira enim perturbat artes, & quà noceat tantùm, non quà caveat, aſpicit. Ib.l.1.d.Ira c. 11. à pr.

Gladiatores quoq; ars tuetur, ira denudat. Id. de beat. vit. c.13.f.

Dein, *non eſt bonum, quod magnitudine laborat ſua.*

Nec ſe Roma ferens. Luci. l. 1. verſ 22. Sleid.d.4.S.

Res Romana ab exiguis profecta initiis, eò crevit, ut jam magnitudine laboret ſuâ. Imp l.1. p.58. 98. & 151.

Noli explere animum cum Pyrrho, Maximil. I. Imp. optimus, ſæpè in ore habuit: *longè facilius eſſe, vincere & domare gentem, quàm in officio retinere.* V. Camerar.1. c 2 & Cent.2. c.50.& cent.3. c.47.

πολλάκις δοκεῖ τὸ φυλάξαι τ' ἀγαθὰ τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον, ſec. Domoſth.

Quanquam idem Orator, cauſæ fortè ſerviens, ibi contra ſentit:

πολὺ γὰρ ῥᾶον, inquit, ἔχοντας φυλάττειν, ἢ κτήσασθαι πάντα πέφυκε. l.6.p.417.D.

Nicias apud Thucyd: Ἀνόητον δὲ ἐπὶ τοιούτους ἰέναι, ὧν κρατήσας μὴ κατασχήσει τις.

Amentis eſt, illos aggredi, quos, licet vincas, non retinere poſſis.

Non minore labore tueor, quàm comparo. Cic.Catil.3.

Verùm in quæſitis aut relictis quieſcendum; præſertim Regulis, vel minutis Principibus, qui periculosè ſemper ſe movent. v. Gruter. diſcurſ. 17. in Tac.p.1 pag. 149.p.

Plus eſt provinciam retinere, quàm facere. Flor. l.2.c.17.

Hinc illud Poëtæ venuſtiſſimi: Claudian. paneg 2. in Stilicon.

—— Plus eſt ſervaſſe repertum,
Quàm quæſiſſe novum.

Boëthius. Et alius ætatis ſuæ doctiſſimus:

Quicquid præcipiti irâ certum deſerit ordinem, lætum non habet exitum.

Plut. in Apopht. p. 197 B. & in vita Flaminii p. 378. D. *T. Quinctius Flaminius Achivos bellum inferre Zazynthe molientes, monuit, ne inſtar teſtudinum prolato extra Peloponneſum, teſtam ſuam, capite, periculo ſe exponant.*

IV. Fortuna: quæ mirificè quoſdam fovet, quia

Salluſt. Catil. fol. 4 p. *Fortuna rebus famam, preciumq; conſtituit. Fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex libidine magis, quàm ex vero celebrat, obſcuratq;.*

Curt. l. 9. in fin.

Attende, attende Adagia vulg. *Cum Deo quiuq; gaudet & flet.*

Itemque *dii omnia poſſunt.* Et *Felicitas à Deo: Athenienſium inconſulta temeritas ſine ope divina nihil valemus: dormientis rete trahit: Romanus ſedendo vincit.*

Curt. 3. c. 8. p. 58. f. Sicut contra, aliis *deſtinata ſalubriter, omni ratione potentior fortuna discuſſit:*

Quæ ipſa dicuntur de iis, quæ Darius prudenter conſultavit, & diſpoſuit contra Alexandrum, ſed fruſtra.

Niceph. Gregoras l. 4. c. 8. p. 64. d. *Nihil humani firmum ac certum eſt; ſed omnia incerto eventu, velut in mari æſtuant atq; affligantur. Abſtruſus quidam error humanæ peritiæ & cognitioni inſultat, ſurſum deorſumq; trahens ac permiſcens omne conſiliorum ſtudium,* &c.

Gaudeant ergo, qui illam habent. Nam vel ab hac ſolâ auctoritas.

Plaut. Pſeud. act. 2. ſc. 3. verſ. 13.

—— ut quiuq; fortunâ utitur,

Ita præcellet, atq; exinde ſapere eum omnes dicimus.

Pergit ibi Pater Lepôrum,

—— benè ubi quod conſilium diſcimus accidiſſe,

hominem catum

Eum eſſe declaramus: ſtultum autem illum, cui vertit malè.

Pleniſſima hujus ſententiæ explicatio à Plinio petenda eſt:

Plin. l. 5. epiſt. 21. in f. *Eſt omninò iniquum,* (inquit) *ſed uſu receptum, quod honeſta conſilia & turpia, prout malè vel proſperè cedunt, ita vel probantur, vel reprehenduntur. Inde plerumq; eodem facta modo diligentiæ, modo vanitatis, modo libertatis, modo furoris nomen accipiunt.*

Tac. in Germ. c. 36. *Utriusq; rei documentum hinc Catti nobis fuerint, inde Cheruſci, de quorum diſpari ſucceſſu* conſulendus Tacitus.

Curt. l. 4. c. 14. fol. 136. p. Sed gaudeant moderatè, unde Darius hæc dicit de Alexandro Magno, ut qui temeritate potius, quàm ratione bellum gerat: *nec quicquam poteſt eſſe diuturnum, cui non ſubſit ratio.*

Nec

Digitized by Google

Nam illa ſe mutat; hinc *milites hortantur Alexandrum, bellis finem imponat, ac ipſe ſibi parcat, ne fortunam ſuam nimis onerando fatiget.* ap Iuſtin.l.12. c 8 f.

Et lædit, quibuscum luſit. Tu cave, cave, & Senecæ monito Sen. d. brevit. vit c. 17.

Alia felicitate ad tuendam felicitatem opus eſt, & pro ipſis, quæ ſucceſſerunt votis, vota facienda ſunt. Sen. d. brevit. vit. c 17.

Ac aliter Romanus: *Paulus Conſul, victo & triumphato Perſe, Macedoniæ Rege, liberos admonuit ſuos, ut fortunam, cui tamen liceret, revererentur.* L.Flor.l 2 c. 12.ſub fin.

Hinc quoque contemptus in Principem fit FORTUNA ADVERSA, nempe *Res adverſæ auctoritatem Imperatorum quoq; minuunt.* Cæſar l 7.

Perſtat enim fortuna tenax, votiſq; malignum
opponit noſtris inſidioſa pedem. Ovid 4 d. Ponto Eleg 6. verſ 78.

Sic Perſeus apud lacteæ Eloquentiæ Fontem. Liv.44.c 43.

Xerxem clade perculſum hortatur Mardonius, ut in regnum abeat, ne quid ſeditionis moveat fama adverſi belli. Iuſtin. 2. c. 13.p.

Idem Rex Perſarum, *terror antea gentium, bello in Græcia infeliciter geſto, etiam ſuis contemptui eſſe cœpit. Unde Artabanus Præfectus ejus, deficiente quotidie ejus Majeſtate, in ſpem regni adductus, Regem trucidavit.* Id. l.3. ab initio.

Lacedæmon ob clades (belli Peloponneſiaci.) *peſſimâ famâ, magnoq; in contemptu erat.* Thucyd. l 5. p.262.b.

Pericles cum Peloponneſiis, numero multum ſuperantibus terrâ congrediendum non eſſe, hoc argumento ſuadet:

etenim ſi maximè vincamus, nihil tamen reliquas hoſtium minuemus: ſin adverſo Marte prælicmur, ſociorum defectio conſequetur, qui ſanè nunquam, qui nos bello impares videbunt, quieti manere volent. ap. eundem l. 1. p 97.

Carthaginenſibus ab Agathocle victis, non tributariæ tantùm ab his urbes, verùm etiam deficiebant, amicitiarum jura non fide, ſed ſucceſſu ponderantes. Iuſtin c.7. pr.

Revera enim, *quò ſe fortuna, eodem & favor hominum inclinat.* Id l 5.in conf.

Amplius, ſi eadem non dat aut ſubtrahit ſucceſſores certos, aut liberos: Sic *Auguſtus Germanicum aſſciri à Tiberio per adoptionem juſſit, ut pluribus munimentis inſiſteret.* Plaut. ſtich. act. 4. ſc.1. vs. 16 17. vid. Gruter diſc. part.2. f 90.

Tac.1. Ann. c.3. f.4. d. hoc Theoremate Pol. v. Clapm. l 2. d. arcan. c.21. & l.3. c.10. Bodin. 6. de Rep. c.6. Amirat. l.1. diſc.2. Lipſ. ad Tac.1. Ann. not. 29. Imprimis autem Joſias Mercer. in notis ad l.3. Annal. c.56. Taciti.

Antigonus ſæva tempeſtate jactatus, cum in eâdem nave ſecum ſuos omnes habuiſſet, præcepiſſe liberis dicitur, ut & ipſi meminiſſent, atq; ita poſteris traderent, ne quis ſimul cum tota Gente in rebus dubiis periclitari auderet. Liv.l.40.c.21. in.

Auguſtus M. Agrippa defuncto Tiberium Neronem delegit, ne ſucceſſor in incerto foret. Tac.3. ann. c. 56.

Nam juxta Euripid.

φυλαὶ τυράννων παῖδας ἔρημα δώμασι.

Niceph. Gregor. l.3. c.7. Veruntamen Johannes Ducas Imp. Theodorum Laſcarim filium vivus deſignare ſucceſſorem noluit, 1. *ut ſpe adempta cohiberet levitatem adoleſcentiæ*; & 2. *quia multi adeo puſilli ſunt animi, ut hæreditatis cupiditate longiorem principum vitam moleſtè ferant, nec expectato fato, curſum illius immatura morte interrumpant* &c.

Quantumvis, ut d. & Men. dicat:

ὀδυνηρόν, ἐστιν εὐτυχοῦντα τῷ βίῳ
ἔχειν ἔρημον διαδόχου τὸν οἰκίαν.

Res eſt plena doloris, ei qui vixit beatus, ſucceſſore deſertam domum relinquere.

Tiber. ad Caligul ap. Joſeph. l.18. antiq. Iud. c.8. Quoniam *periculoſa eſt ſolitudo culmen dignitatis obtinentibus.*

Τὴν δ᾽ ἀρχὴν ἀποδεξάμενος, θεραπεύσεται μὲν ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ παίδων, ταράξεται δ᾽ ἐπ᾽ αὐτόν, καὶ ἐπ᾽ αὐτοῦ οἱ παῖδες.

Philoſtr. l.5. de veſpaſ.

Chytr. in Saxon l.21. p. 570. P. Matth. l.6. narrat. 2. p 499. Clapmar. l.3. c.10. *Eliſabetha* tamen *Angliæ Regina, nunquam* quoque, *res ſuas tutas exiſtimavit, ſi de ſucceſſore ſuo orbi conſtaret; ideoq; moleſtè tulit, cum Maria Stuarda Scotiæ Regina peteret, ut ſe hæredem Anglici regni jure eſſe publico edicto declararet.*

Et vicinus ille Apoſtolorum temporum ait: *pernicioſum regibus, ut aliquis ſe ſucceſſurum noverit.*

Egeſippus l 10. c.44.

Spart. in Adr. Atque Spartianus, *Multi dicunt, Trajanum id in animo habuiſſe, ut exemplo Alexandri Maced. ſine certo ſucceſſore moreretur.*

V. Foedera ad potentiam quoque valent; aſt ineunda cum proximis & validis: juxta Athen:

Τηλοῦ φίλοι ναίοντες οὐκ εἰσὶ φίλοι

Non ſunt amici, qui degunt procul.

Teut. { Es ſeynd nicht Freund/ die fern ſeynd:
Was weit hindan / laſſt man wol gahn.
it. Fehr / hat nicht Ehr.

Tac. 3. hiſt. 5 f. *Stantibus terrarum ſpatiis (conſilia & auxilia) poſt res afferebantur.*

l.2. p.191.C. Sic apud Thucyd: *Pandion propter auxilium mutuum affinitatem ex filiâ propinquam maluit, quàm remotam.*

Eraſm. in adag. p.121. Vix cum afflictis, ne ipſe affligare: hinc in proverbio dicitur; *ad felicem inflectere parietem:*

Liv. l.30. 2. 8. f. Et *fortunam in conſilio habere*, i.e. felicioribus ſe adjungere.

Salluſt. in Iug. c. 83. *Metellus Bochum hortatur, ne florentes res ſuas cum Jugurtha perditis miſceat.*

ap Liv. l.31. c. 32. f. Achæorum ille Prætor inquit: *Utriuſq; partis melior fortuna belli eſt, ad ejus ſocietatem inclinantes egregiè ſibi, conſulunt.*

Ἠπῖε

Πρὸς ἀνδρός ἐστι νῦν ἔχοντος, μεταχυλινδεῖν αὐτὸν πρὸς τὸν εὐπράττοντα τοῖχον. Ariſtoph. in ranis act.2. ſc.2.

Viri prudentis eſt, ſemper ſe inflectere ad latus felicius.

Nicias vero ait: *Ne ſocios faciamus, quibus nos fortuna preßis ſubſidio ſimus; ſin verò ipſi ab eis commodum aliquod expetimus, repulſam feramus.* ap.Thucyd. l.6. p.419.d.

Niſi tamen quispiam talis, *cujus ruina te quoq; tractura ſit.* Tac. fol.448. de Mor.Germ.

Tacti (alii legunt tracti:) *ruinâ Cheruſcorum & Foſi contermina gens, adverſarum rerum ex æquo ſocii, cum in ſecundis minores fuiſſent: voce trahi utitur in hac ſignificatione.* Id.3. A.c.54.

It. *hæc cura omiſſa funditus Remp. trahet.* Id 6. A. c.26. & 3.Hiſt.c.29.

Tum enim ſanè aut junge te, aut juva: ſed quid ſi occultè? Vetus illa calliditas *Regis Juliatis, qui ſocietatem Meherdatis palàm induere, in Gotarem occultè inclinans.* Id.12.A.c.13.

Confer hîc Exemplum quoque *Sarmatarum.* ap Eund.6. Ann. c.33.

Ita *Valerius Feſtus* (Africæ Præfectus) *palàm epiſtolis, edictisq; Vitellium, occultis nunciis Veſpaſianum fovebat. Hoc, illave defenſurus, prout invaluiſſent.* l.2. hiſt. c.98.

Et *temporum hominem* hîc deſcribit Tac. *qui nunc in ſuſpenſo, inclinaturus erat ad partes valentioris. Multi ejusmodi vulpiones, præſertim per bella civica.*

Depingit etiam in uno omnes Claudianus:

Libravit geminas, eventu judice, vires,
Ad rerum momenta cliens, ſeſeq; daturus
Victori.

Magnus nodus cum diſſentiunt inter ſe vicini duo potentes: *qui nec vincere, nec vinci ſine periculo tuo poſſunt* Salluſt.Ep. Mithr. l 4. hiſt. p 103.p. Liv. l 32. c. 21. f.

Quid facies? non enim effugias, quin alterũ *aut ſocium habeas, aut hoſtem.*

Nam quod non nemo *tanquam mediam & tutiſſimam conſilii viam, ut quieſcas, abſtineasq; armis, oſtendit: ea verò non media, ſed nulla eſt.*

Ibid. vid. Guicciard. conſig 68. Richt. polit. ax.328. Gruter. diſc. in Tac. part.2. f.185. & Amirat. l.5. de Rep. c.6. Beſold. diſp. d. Jur. Fœd. c. ult. Bernegg. QQ miſc. 201. cum ſeq. & 155.

(quisquis Civium in ſeditione Corcyræorum) in partibus non erat, is ab utraq; factione occidebatur, vel quod ab illa non ſtabat, vel propter invidiam, quod malorum erat immunis. Thucyd. l.3. p.230.a.

Media via neq; amicos parat, neq; inimicos tollit. Herennius Pontius in Liv. l 9. c 3.

Athenienſium cauſæ (adverſus Philippum Regem) *Thebani ſe junxere, metuentes, ne victis Athenienſibus, veluti vicinum incendium belli ad ſe tranſiret.*
Iuſtin. l. 9. c. 3. m.

Neutrales vulgò dictos, latinè dicere poſſis *otioſos*, uno verbo, idque ex illo Tullii: Cic. pro M. Marcello.

quidam non modo armatis, ſed interdum & otioſis minabantur.

Liv. l.12. c.21. Quo facit Patavinus noſter: *Media via conſilii, ut quieſceretis, abſtineretisq; armis.*

(daß ihr mich neutral halten ſollet.)

de morib. Germ. p.448. A. Atque illud Taciti: *inter impotentes & validos falsò quieſcas.*

Hocque alterum Livii: *ut neutri parti ſe conjungant: pacem utriq; parti, quod medios decet amicos, optent: bello ſe non interponant:* Et mox, *ut quietem præſtarent: ſpectatoresq; belli fortunam alienam eventu, ſine ullo diſcrimine rerum ſuarum operirentur.*

l.39. c.48.

Cum Cæſare igitur *jacienda* tunc *alea*; & alterutri cum Deo ſe adjungendum: Sed in

Suet. in Cæſ. c.32. f. *Cauſa palam diſpari, meliori: in ambigua, fortiori: Niſi alia opportunitas & utilitas vincat.*

Tac.4. Hiſt. 69. Alta & animoſa quid cogites? *Tuta potius!*

Quamobrem S. PRINCEPS. in ſuo quoque Comp. p.18.

Ad rectam etiam politiæ rationem ſpectare mihi videtur, ut Princeps cum ſuis vicinis, maximè Principibus, & iis, qui alicujus potentiæ & auctoritatis ſunt, bonam vicinitatem, &, ut vocant correſpondentiam ſervet: non eos disguſtet, offendat, aut inimicos ſibi reddat, ſed ſemper in bono verſus ſe affectu, benevolentia & amore conſervare ſtudeat. Si enim illi non prodeſſe, forſan obeſſe aliquando poterunt, & melius ſemper, conſultiusq; eſt, multos amicos, quàm inimicos habere, maximè, cum alieno indigebit auxilio.

Cæterùm hoc loco obſervandum, licet in conſtituendis ſex intervallis temporis univerſi, quod effluxit inde à creatione Mundi, ad noſtram usque ætatem hiſtoricis ſive Chronologicis varient Autores; nos tamen cum

Aug. l.83. quæſt. cap.58. & lib.12. contr. Fauſt Manichæ. c.8. B. Bœcleri Judicio Pragmatico, ex D. Auguſtino 6. conſtituimus hujus mundi, velut unius hominis ætates, quibus ſeculum hoc ſit duraturum, quemadmodum 6. diebus eſt conditum.

Prima eſt *ab Adamo, usq; ad Noachum*, continens Annos M.DC.LVI.

Si quis igitur per iſta 16. amplius ſæcula retrogredi velit, ac *ſummatim primam hanc Mundi ætatem æſtimare; ante omnia devota pietate veneranda erit immenſa* DEI CREATORIS, ex nihilo omnia creantis *Potentia*; creatis rebus ſuam bonitatem communicantis *Bonitas*; Univerſi ornatum & ſeriem ordinantis *Sapientia*: adeoque, quod Apoſtolus vult, *ex iis, quæ videmus, ad inacceſſam Majeſtatis æternæ lucem, mens erit elevanda*; præſertim cum tanto *nobis facilior* ſit, quàm Gentibus *hæc Philoſophia. Quantum* enim *divinitatis in protoplaſtis*, quorum hiſtoriam ignorarunt pagani, *undiq; elucet*: atque *utinam Juſtitiam DEI obſequioſo potius cultu venerari, quàm transgreſſione audaci irritare in ſe protoplaſti voluiſſent!* potuit enim mox, potuit, inquam, *Juſtitia* DEI,

Digitized by Google

DEI, Juſtitia vindex peccati, intolerabilis, certa, inevitabilis, *ſuppliciis, mortibus, exiliis*, denique *diluvio*, ſuppliciorum compendio, an cumulo dicam? *armata. Tam abominabile DEO peccatum* eſt, cujus ne fœditatem quidem ſatis intelligunt, qui originem & hiſtoriam ejus ignorant. *Vide tamen, & adora ſalutare temperamentum clementiæ*, atque magnitudinem, ut ſcriptura loquitur, & multitudinem miſerationum divinarum, quibus Juſtitia mitigatur placaturque. Pœnitentes & damnationis metu perculſos protoplaſtos, ex ipſis orci faucibus ereptos, Filio ſuo, quem promittit palàm, ſervandos commendat.

Et *quanta patientia* poſtea lapſos in deteriora nepotes eorum, usque ad tempus cataclyſmi univerſalis *tolerat*? imò quid vetat credere, *in ipſo diluvio, quoſdam ſervatos animâ, qui periiſſent corpore?* Ipſa *Noachi arca officina illuſtris & admirabilis divinæ*, erga hominum genus. *Bonitatis*, in ipſis irarum & vindictæ fluctibus non fluctuantem circumfert, cœlo & angelis loquitur, quam terris loqui non poterat, *Clementiam*, cujus præſertim ſecretior, & interior occupatio in illa circa res piorum & Eccleſiam profitentia conſiderari meretur. *Statim inter primordialia tempora in duas abit factiones mortale genus; quarum altera* DEO dedita, Juſtitiam ejus metuere, bonitatem expectare; *altera*, utramque negligere, primò mox contemnere, denique oppugnare: *In hac diverſitate licet conſtituere, quicquid in religione*, impietatis; *in Imperio* injuſtitiæ; *& ex diverſo* quicquid in his omnibus pietatis, Juſtitiæ, innocentiæ reperitur. *Prævaluit pars deterior* multitudine, qui opibus melioribus, omnis profanæ potentiæ victrix & ultrix divina adfuit providentia, quæ amabile ſibi, mundoque, & Angelis ſpectaculum, *roſam inter ſpinas conſervavit.*

Ut unius ætatis Exemplo omnia ſecula docerentur, *quid* præmiorum piis, *quid* pœnarum impiis, *quid* fatorum utrisque immineret. *Ornamenta* horum temporum & *munera divinitus conceſſa*, ſingularia fuerunt, & incomparabilia: Inventio artium, quibus mens ad DEUM dirigitur, vitæ commoditas ſervatur, ſocietatis diſpoſitio ornatur, corporis, animique firmitas, vitæ longævitas, „cum ſimilibus. *Qualia Imperia* fuerint iſtis temporibus (*Radius* „*enim hîc coruſcat Potentiâ Imperii:*) multi ſollicitè dubitant: Moderatiſſimam inter pios & primæ poteſtati in liberos *congruentiſſimam* fuiſſe non video, cur ambigamus: cum præſertim etiam Ethnicorum quoſdam ad tales cogitationes conjectura & ratio deduxerit. Impiorum turbam omnis Tyrannidis ſpeciem impleviſſe cre-

v. Platon. ἡγεμονικὴ &c. in Timæo & lib.9.d. Rep confer præt al Car. Chron. l.1. p.131. cum ſeq.

credimus. Adeoque primario huic mundo veluti impletam humanorum actuum, ſtudiorum, fatorum, menſuram periodicam æſtimatione non vana, attribuimus!

Ætas Mundi II. *à Noacho, ad Abrahamum* habens annos CCXCII.

Eximiæ obſervationis eſt *reſtauratio Mundi* poſt diluvium, tam ex „parte rei, quàm ex parte hominum. DEUS *inſtituit Religionem & „ſacrificia, ſancit vinculum ſocietatis civilis, jus gladii Magiſtratibus, concordia „ſanctitatem civibus commendat: Familias ac matrimonia ſolenni benedi„ctione denuo conſecrat ac fœcundat. Noachus* pietate in DEUM, labore, induſtriaque, juſtitia, auctoritateque, ſcientia & honeſtis artibus ſuis liberis, nepotibusque vivendi ſive exemplum, ſive Magiſterium exhibet. Ab his, *qui degenerant*, miſeriarum & infelicis vitæ auctores ſibi, poſterisque fiunt; quod horribili *exemplo Chami* intelligi poteſt, quem ſua impietas diris involvit in capita nepotum exituris. Sed & *Babel molitores*, neglectus divini Numinis, & ſoboles hujus vitii, an mater? ambitio perdidit; magno in futuras ætates documento, vaſta & alta conſilia, quæ Deum non habent auctorem, ejusdem ſpiritu difflari atque diſſipari. *Linguarum confuſio* monumentum eſt humanæ miſeriæ, eritque, dum hic orbis erit: ut fruſtra ſint, qui curioſa ſpe meditantur linguam toti mundo intelligendam. Memor tamen hic quoque fuit ſuæ conſuetudinis *Divina bonitas*, quæ maledictionem in benedictionem vertit, linguisque ſingulis aliquod decus & uſum dedit, & *præſertim in N. Teſtamento* illuſtri conſecratione eas nobilitavit. *Fruſtra* autem *ſunt, qui ſingula ſibi videntur reperiſſe*, ſingulare ex prima illa & Ebræa ortarum linguarum myſteria: quippe pars confuſionis eſt, ne omnia hic cuiquam eſſent liquida, poſtquam prima in multas linguas, non tantùm eſt multiplicata, ſed confuſa. Ita ne tum quidem ſtatim à confuſione, quisquam ſine confuſione potuit in iſtas origines intueri, nedum ut hodiè aliquis tantam ſibi induſtriam vel ſapientiam polliceri debeat. *Diſperſio in terras & Gentes* licet inſigne ſit ſpecimen divinæ providentiæ Orbem terrarum diſpertientis poſſidendum filiis hominum, ſuamque bonitatem ubique liberaliter communicantis, non tamen planè vocat memorabilia indignationis divinæ, qua factum eſt, ut ab ipſo opere diſpergerentur in omnes partes, qui alioquin melioribus auſpiciis exire poterant in deſtinatas ſibi portiones.

Herm. Hugo de prima ſcribendi Orig.

„Eſt autem ab illo ipſo tempore in hunc diem mirabilis & plena myſte„riis conſideratio de *migrationibus Gentium* & *de Originibus*, ut & *de*

Re-

Digitized by Google

„*Regnorum & Imperiorum initiis*, quæ itidem ſecretioribus provi-„dentiæ occupationibus gubernantur: Eſt meditatio hujus æta-„tis propria; cui conveniunt *initia Regni Chald. ſive Babyl. aut Aſſyrii*, „*Ægyptii, Sicyonii*: Nam *de Achivo judicetur*. *Licet* autem *Imperia & „Tyrannides ante diluvium fuerint*, negari non debeat planè,ut ſupr. „mon. *nec tamen hiſtoria eorum ad nos pervenit, & forma imperandi hoc „demum ævo videtur cœpiſſe*, addictior, atque ex ipſa gentis diſtri-„butione, nominatior dicam, an evidentior. Videmus concur-„rere vim, arma, flagitia ambitionis, avaritiæ, ſævitiæ, per quæ „punire contingit illa ipſa, & cætera hominum ſcelera. Neque „tamen illæ malæ artes, quæ in parandis & moliendis Imperiis „adhibentur, ad ipſorum infamiam Imperiorum prorſus valere „debent. In ipſo enim Imperio ſemper eſt aliquid divinæ deſtina-„tionis, Majeſtatis, ſanctitatis; Digni erant homines, qui divi-„num Imperium exuerant, durioris Imperii jugum ſubire & in-„duere. Sed ita tamen paci & ſecuritati publicæ conſulitur; ita „Eccleſiæ in his terris ſæpè hoſpitium paratur, quod præſertim in „magnis illis & ſummis Imperiis, quæ Monarchiæ appellantur, „plerique agnoſcunt atque celebrant. Obſervatu etiam dignum eſt, quod *prima bella* ambitio & cupido dominandi conſcivit; hujus rei præludia ante diluvium *Cainica poſteritas* adverſos pios ſemper infeſta dederat. Inter *ornamenta* hujus ſeculi extructæ nobiliſſimæ urbes, munimenta & opera magnifico cultu illuſtria annumerari debent, in quibus rurſum vitioſa conditorum conſilia & ſuperba, à moderatione Dei omnia iſta in bonos fines vertentis, diſtinguenda ſunt. Denique tot hominum vanitati & impietati ſervientium conatibus oppoſitum videmus modeſtiorem quidem, ſed longè efficaciorem Noachi auctoritatem, qui Heros maximus indole & auſpicio, officio & cura Eccleſiæ pater, diſciplinæ Magiſter, ſuſtentatæ diu pietatis patrocinium in Abrahamum feliciter devolvit.

Conf. Chron. Phil. Melanch. l. 1.

Hæc intervalla ab Orbe condito Chronographica *eò hìc commemorantur*, ut videri poſſit, quemadmodum poteſtates & Regimina cœperint, paulatim à parvis initiis creverint, ac ad ſummam rerum conſtituendam, progreſſus fecerint. Quod ipſum jam exequitur.

Ætas Mundi III. *à nato Abrahamo, uſque ad Davidem*, continens annos DCCCC. LXXXI.

Eccleſia per hoc tempus *fata*; ſi quis velit repetere, ille meditationes argumentorum & ſeriem poteſt conſtituere in ſucceſſione illuſtriſſimorum Patriarcharum *Abrahami, Iſaaci, Jacobi, Joſephi*, quos

Digitized by Google

excepêre *Moſes* & *Propheta*, *& princeps ſive judex*, *cæteriq; Judicum*, magna omnes inſtrumenta divinæ in Eccleſia curæ atque providentiæ. His & per hos DEUS *myſteria Theologiæ & ſalutis modò* per imagines, modò per ſymbola, modò per prophetias, per viſiones, per revelationes, magna informandi aſſiduitate, efficacia, charitate inſtillavit, commendavit, confirmavit; *ſub Moſe* inſuper *LL.* „*dedit & explicavit, ritus & ceremonias deſcripſit, ſacerdotia ordinavit, tem-* „*plum figuravit, omniaq; providit, quæ Religionis ſanctitatem decerent.* Deniqne non *in pectoribus* modò ſuorum habitare, ſed & *in tabernaculis* adeſſe ſtatuit, hinc fidei ſpecimina, certamina, miracula, hinc devotionis ardor apud pios, hinc imbecillitatum ſublevatio, hinc mentis, an virtutum vegetatrix gratia, gloriam habitantis in Iſraël DEI demonſtrabat.

Hinc eſt, quod *præſentis DEI ope potuerunt ſuſtinere tentationes*, modò ſingulis, „modò univerſis intentatas, quod hoſtium potentiam, furorem, „pertinaciam, aſtus, vires, opesque toties ſibi viderunt ſuccum-„bere, toties reprimi, toties extingui. Summa & compendium „eſt exemplorum *eductio Iſraelitarum ex Ægypto*, quam omnibus „gentibus, ætatibusque ipſe DEUS ſpectaculo eſſe juſſit, quam „potenti brachio hoſtes contunderet, ſuos ſervaret. Jam *Regi-* „*men* iſtud *Reip.* quod fuit *ante Auguſtum*, & ab ipſo Deo non præſcriptum modò, ſed adminiſtratum. *Ipſe LL. tulit, ipſe conſilia ſuggeſſit, ipſe judicia exercuit, ipſe per Moſen ſuum, mox ſacerdotes & Fœderalem Arcam oraculum dedit ac fuit.* Hæc ſingularia, & ſic nulli fecit nationi, poſt Moſen diſciplina pacis jam compoſita, præſcriptaque bellorum flumina & miracula, exciſis Imperiorum ſedibus, Eccleſiæ locum quæſivere. *Ob tot beneficia* merebatur ab univerſo Iſraële perpetua pietate coli, adorarique: ſed *humana ſecuritas* nihil ad neglectum à contemptu DEI reliqui fecit. *Rebelliones* contra principes datos, murmura adverſus ipſum datorem: *Idololatriæ* licentia, & diſſolutio morum, oblivio contumax beneficiorum, utramque ferè paginam hactenus in S. Hiſtoria faciunt. Hinc *exempla divinæ iræ* in nocentium capita verſæ, *magno tamen ubiq; clementiæ temperamento.* Quoties enim caſtigatio & pœnitentibus ignovit? quoties defectores reverſos amicis excepit brachiis?

„Nunc in prophana hiſtoria dulce & utile eſt, obſervaſſe *Regnorum ortus* „*& interitus.* Et *Aſſyriorum* quidem Imperium per totam hanc æta„tem durat. *Sicyoniorum* itidem antiquiſſimæ originis, paulatim „deficit, tandem exſpirat. *Achivorum* regnum oritur, transfertur, „deſinit. *Latium, Corinthium, Lacædemonum* oriuntur, & transmit-

tunt

ſtunt ſua fata incrementaque ſequentibus ſeculis. *Geſta* paſſim *toto orbe bella, plerumq́; impia* ex æmulatione, libidine, avaritia, exorta: *Exciſæ ob ſcelera gentes, & alia ex cineribus exciſarum nata: demigrationes populorum, translationes ſedium,* cum ſimilibus, paſſim obvia, minus tamen ad obſervationem & memoriam ſui valent, quia fabulis corrupta, oblivione truncata, non tam ex liquidioris hiſtoriæ fontibus, quàm ex oberrationibus imperfectiſſimarum annotationum rivis petenda ſunt.

Ætas Mundi IV. *à Regno Davidis, uſq; ad transmigrationem Babylonicam.* Hæc *Ætas Regia* appellari poteſt, quantum ad Judæos; apud hos enim abſoluta eſt tota periodus Regni, cum omnibus virtutibus, fatisque. *Davidi & Salomoni convenit laus omnium Regiarum artium, quibus regna conduntur & firmantur, ſive ſpectemus* virtutes regias, *ſive* conſilia regni, *ſive diſciplinam* aulæ, *ſive* formulam adminiſtrationis, *ſive* ornamentum ſtatus, & temporum. Hinc *fuiſſe in partes Regno*, regia præſtantia Reges penes Judæorum manſit; Iſraëlitarum autem Reges omnibus flagitiis dominationis, & factis Tyrannicis ſeque, Regnumque perditum ivere. Utrobique *frequentes* à DEO *calamitates* immiſſæ, *inculcatæ prædictiones* monuêre Principes, populumque de imminentibus factis, niſi fulcirentur Imperantium, parentiumque pietate & pœnitentia, ſed, *quò propior interitus, eò magis ſurda ad monita divina aures.*

Igitur *poſt multas concuſſiones*, quibus DEUS præludere magnis converſionibus & everſionibus ſolet, adempto Imperio, ſervitus impoſita eſt.

Vitia, quæ præcipitaverunt in exitia ſua populum, ſunt præſertim: *Idololatria, Impietas, Faſtus* & *Arrogantia, contemtus Prophetarum, ſecuritas,* & quæ hæc comitantur. In Iſraëlitici i.e. ſeorſim ſic dicti everſione, luculento exemplo patuit: *malè parta Imperia, plerumq́; nec melius, & poſt impletum malarum artium orbem præcipitari.* Inſtrumentum boni Imperii præcipuum per hæc tempora fuerunt Prophetæ, formulam Regni ex divina L. & revelationibus ſubinde inſtaurantes.

His oppoſuit diabolus iniquiſſimus homines, & abominandæ tyrannicæ dominationis Inſtrumenta, *Pſeudoprophetas* & falſos Doctores, qui ore, vultuque ad exprimendum pietatis habitum exerciti, fœdiſſima mentis vitia occultabant; hi aures Principum venenabant adulationum ſtimulis, blandimentisque, ut ſub pietatis, Religionisque prætextu nihil non adverſus DEUM & divinas LL. auderent. Ipſa poſtea Religionis conditio (licet oggannientibus, & obturbantibus pſeudoprophetis) magis magisque cœpit in- cla-

Quænam Dynaſtiæ & Regna in Aſia, Africa, & Europa l. Monarchiæ tempore flor. vid. Reusn. Typ. l. 2. Iſag. hiſt. polit. pag 174.

clareſcere, quod vel ex ſola *Eſaia Prophetia* conſtare poteſt. In *ex-„terna hiſtoria* notabilis eſt *caſus magni illius Imperii Aſſyriorum, quod, „ſicut* ſtrenuis laboribus & virtute militari in id faſtigium aſcen-„derat, unde omnibus regnis poſſet præeminere: *ita* ſegnitie & „ignavia Imperantium paulatim labaſcere, denique à minus bo-„nis ad meliores, ab Aſſyriis ad Medos transferri cœpit. Scili-„cet, *hic eſt perpetuus orbis rerum humanarum, dum quæritur* potentia la-„bore, vigilia, virtus valet; *at verò*, partis jam opibus, pro labore „deſidiam, pro virtute licentiam ſequuntur: Atque ita *fortuna „cum moribus mutatur. Subeſt & alia* ſecretior hujus fragilitatis *cauſa*; „quippe, dum incrementa quæruntur, multa ſæpe iniquitate per „fas & nefas res geritur, neque usque adſunt conſilia pravæ cal-„liditatis, & ambitioſæ, avaræque dominationis. *Hæc ſunt ſemina „infirmitatis*, quæ coaleſcentis ſive augeſcentis Imperii compagi-„bus immiſta interitus cauſas ipſis conjungunt initiis. Interim „*Divina providentia* alibi novo & in majus faſtigiū olim ſurrecturo „Imperio viros quærit & cauſas ſtruit. Itaque *exciſæ Trojæ cine-„res*, ut ita loquar, in Italia recaleſcunt, mirabilique fato *ex Ænei-„dis Romulus* naſcitur, urbi daturus originem, quæ *caput Orbis* de-„ſtinaretur. Licet mirari, ex *quam tenui initio ſurgant ea, quæ ad „ſummum debent aſcendere.* Nec tenui modò initium Romanarum „rerum fuit, ſed & pudendum, neque paucis ſordibus inquina-„tum, ut color & ſpecies accederet, non deliciis & ocio, ſed pe-„riculis & adverſis effectum eſt, ut ſurgeret. *Roma premi debuit, ne „preſſa opprimeretur, divina benignitas, & Imperantium virtus præſtitere.* „Quis enim non miretur *ingenia Romanorum Regum*, in quorum „tempora & Imperia omnis Regiæ artis ſive ſubtilitas, ſive gra-„vitas competit. Non debuit ſola naſci, quæ tot urbium, gen-„tiumque Domina futura erat Romana. Hinc antecedere eam, „& comitari, & ſequi magnum toto paſſim orbe ſibi datum nu-„merum videmus. Hinc utut propius accederent dominio pau-„latim profecturo *Meſſenii* domeſticis bellis attriti Meſſenam con-„dunt, ibique veluti præſtolantur Romanas opes. Sed & illud „ipſum bellum Meſſeniacum monet nos, qualia fuerunt plera-„que illorum temporum bella, nata ex ambitu & æmulatione, „geſta non ſine furore & pertinacia, finita excidiis & jactu-ra libertatis. Licet autem in hac IV. Mundi Ætate agnoſcere *incrementa & augmenta liberalium artium* tam apud Judæos, ubi prophetæ ſatis efficaces diſciplinarum utilium Auctores & magni fuerunt: tum *apud Tyrios*, quorum ſapientia licet illuſtribus mo-

nu-

numentis ad poſteros non ſit propagata, tamen multis, magnisque argumentis colligi poteſt.

Denique *apud Græcos*, ubi Poetarum ingenia primum ſeſe audacius ſuſtulere, multiplicisque doctrinæ ſpecimina carminum metris colligare cœperant. *Artes* quin etiam *Architectonica* in jam occupato quærendis novis ſedibus orbe plurimum præfulſerunt. *Navigandi* quoque *peritia* ad ſummam uſus commercii humani amplitudinem, Ducibus præſertim Tyriis invaluit; Hæc præcipua ſunt, quibus publica & ſummaria deſtinari conſideratio debet: quibus, ſi quis veluti *ornamenti loco* velit adjicere *Olympiorum ludicra*, is non modo inſtituto, ad excitandam animi, corporisque virtutem ea ab initio pertinuiſſe; ſed in poſterum imitantium ſiniſteritate admodum degeneraſſe, denique exercitationem virtutis in flagitiorum licentiam demutaſſe deprehendet!

Ætas Mundi V. *à transmigratione Babylonica, ad Chriſti adventum*, annos habens DCVII.

„Atque hæc eſt *Ætas per omnes Mundi partes occupatiſſima, duas integras* „*Monarchias continens Perſicam & Græcam*, quarum illa opibus, hæc „originis celebritate mirificè præcelluit: Illa ex adverſis orta, „per ſecunda interiit, hæc non minus ad faſtigium Auctoris ſui „virtute, quàm ad exitium ſtatim, defectu ſucceſſorum feſtinavit: Illam ignavia ſucceſſorum depreſſit, hanc diſſidiæ ſucceſſorum lacerarunt: *utraq;* ab Heroe condita, ſed poſterioris conditorem, quò brevior vita, eò efficacior gloria nobilitavit. *Romanorum inter hæc potentiam tarda, ſed ſolida incrementa* paulatim terrarum populis ſupervexere, ut majus aliquod ſurgeret, quàm hactenus in orbe vel fuerat, vel interierat. Si cauſas penitiores redacti ſub unius Imperii jugum, Orbis & domitarum tot gentium quærimus, præcipuam inveniemus, *ipſarum gentium vitia*, quibus & fortunam irritabant, & ſibi mutuo graves, infeſtique: *Perpetua æmulandi & de potentia contendendi libido*, abſtulerat paſſim curam diſciplinæ, honeſtatis, L.L. & cum his quietem ſeculi, ita mutuis lanienis occupati, facile in prædam alterius ceſſere, qui itidem ſtudio dominandi ducti, conſiliis, factisque populorum inſidiabantur. Ita vitia paribus vitiis infeſtata, punita ſunt. *Suſpectam facere poterat hæc res auctoritatem ſummorum Imperiorum*, donec ſapientia docuiſſet, vitia, quæ comitantur res, à re ipſa diſtinguere; nec intuitu armorum, errorum negligere opera providentiæ, quæ ex malis bona poteſt, & ſolet ordinare. *Religionis vera nunquam minor, quàm hac Mundi ætate ſplendor*, preſſi ſæpè & paſſim Ju-

Quænam Dynaſtiæ, Regna, Tetrarchiæ, Reſp. & Tyrannides in Aſia, Africa, & Europa, tempore hujus Bigæ Monarchiarum, flor. vid. al. Typ Reusn. 2. lib. p.176. cum ſeqq.

Digitized by Google

Judæi, vix ad veteris decoris incitamenta poterant adſpirare. Nimirum hæc periodus alicujus umbræ erat, quæ oriturum jam Romana Monarchia SOLEM æternum Mundi Soſpitatorem antecederet. *Artes & Studia* per hanc Ætatem, magnam, ut ſic loquar, & incomparabilem periodum abſolvére. Quippe *apud Græcos* Philoſophia & Eloquentia novam originem auſpicata, usque ad ſumma proceſſit. Hinc ad Romanos translata, ibi quoque apicem attigit, ad quem ſuperiora ſecula non poterant adſpirare. *Adeo ſcil. incrementa Imperiorum perpetuo comitatu perſequitur cultus liberalis doctrinæ*; quæ in degenerante ſtatu ſui floris mox obliviſcitur. Denique *quicquid in Orbe vel magnitudinis, vel præſtantiæ, vel felicitatis nomine æſtimatur, itemq; his diverſa omina, in hanc ætatem, tanquam in ſeculorum quoddam Centrum videas concurrere*, ſicut meditanti ultrò patebit!

Ætas Mundi VI. eſt *inde à Chriſti adventu in carnem, usq; ad ipſius adventum in judicium: ita ut,*

Ætas Mundi VII. *ſit futura requies & ſabbatum ſanctorum.* Longè quidem teſtatiſſimum eſt illud, apud omnem etiam antiquitatem notiſſimum, *adeò latè olim per totam Aſiam dominatos fuiſſe Aſſyrios & Chaldæos; poſtea Medos & Perſas*, ut ſumma tenuiſſe totius Orbis (qua tunc habitabatur) Imperia, jure, meritoque dicantur: *idem etiam de Græcis* ſuo tempore, *atq; inde multo magis de Romanis* affirmari poteſt, à quibus non Aſiæ modò, & Europæ, ſed & Africæ quoque partem, ſi non maximam certè potiorem ſubjugatam, ex hiſtoriis novimus; *Ideoq; vocantur iſthæc Imperia ſumma, nō quaſi* omnes omnino regiones & gentes complectantur, *ſed* quia magnam Orbis terrarum partem tenuerint, tantamque habuerint potentiam, ut cæteros Reges compeſcere, iisque LL. imponere facili labore poſſent.

v. Deg. Weat. in Meth. leg. hiſt. Civ. ſect. 3. part. 1.

Verùm quia *Monarchiæ IV. conſiderantur ratione Dominii, vel politiarum parallelarum; & Dominium I. Monarchiæ confertur cum capite aureo alis aquilinis prædito*, propter ordinem temporis & dignitatis: *Hieroglyphica* autem *Monarchiæ Perſicæ* ſunt *pectus argenteum & urſus: Venter*, verò *æneus & Pardus, Græcæ vel Macedonicæ: crura* denique *ferrea*, pedumque pars aliqua ferrea, parsque fictilis, & *Beſtia decem cornis* Romanæ.

Dan. 2. & 7.

Joſ. A. Jud. l. 10. c. 11. & 12.

Hoc igitur *primum* eſt & inauditum antea *vaticinium* de IV. Imperiis, quô DEUS nobis per Prophetam Danielem (cui quantum ſit tribuendum, teſtatur ipſe CHRISTUS) illo primùm tempore *Imperiorum ordinem* ac viciſſitudinem aperuit, quod temporum omnium

Matth. 24. & Marc. 13. vid. Sleid. ſuſſ. l. 3. in fin. d. 4. 5. Imp.

omnium hiſtoriam ad finem usque Mundi paucis complectitur.

Sic, *ſicut* argentum auro, æs argento, & ferro lutum vilius eſt: *ſic* ex quaternario hoc Monarchiarum numero unum altero regno eſt nobilius, præſtantius, & inferius robore, divitiis, duratione ac hominum virtute. *Quemadmodum* tamen ferrum virtute & duritie omnia metalla ſuperat, omniaque frangit & comminuit; *& ut* Beſtiæ, quò robuſtiores ſunt dentes, eò ſunt formidabiliores & nocentiores; *Ita* quoque hoc IV. Imperium reliqua regna omnia l.1. C. de V.I.
fortitudine ac perpetuitate longe vincit, ejusque Majeſtas ab ul- E Nov. 28.
lo hactenus, benignâ ſolius Dei Providentia, à qua dependet, c 4.
„haud penitus enervari potuit. In principio IV. hujus Monar-
„chiæ Lapis ille angularis JESUS CHRISTUS è cælo deſcen-
„dit, & totam terram implevit Regno gratiæ; & in fine ejus-
„dem rurſus deſcendet, ut nos introducat in Regnum gloriæ, &
„ſit omnia in omnibus! *Veluti* quoque Aquila annoſa ad ſolem Pſ. 103, 5.
pennas exuere dicitur, poſt verò ſe ſalubri lympha merſare, un-
de renoventur pennæ: *Sic* populus Romanus variis bellorum Flor. initio
æſtibus vires labefactavit ſuas; quæ aliquo modo reductæ & re- l.1. Schönb.ſ.
ſtitutæ, ubi ſalutaribus undis cæleſtis doctrinæ renovatus eſt, polit 4. & D.
ideoque de ſingulis pop. Romani Ætatibus, nonnulli Auctores Müll. d. Stat.
non nihil attingunt, cum juxta *prudentiſſimum Imp. Ferd. II* Glorioſ. Imp. R. concl.
Memor. *Effatum, Res mortales omnes ſuam habeant periodum naſcendo,* l. c. 1.
creſcendo & deficiendo: quin imò fieri poſſit, ut Auſtriacorum Imperium, in ipſo Lamormain.
concludatur; Et, ſi Deo ita viſum fuerit, ſe non refragari, ſed nec triſta- d. FERD.
ri, &c. VIRT. c.6. p.29.

Nunc etiam perpetuatis ſtudiis eò deventum eſt, ut, *cum eruditiſſimis olim ſeculis hac ætas noſtra conferri poſſit, & hoc nomine ſit imprimis beata*, quod hanc optimarum artium & linguarum ſcientiam, vera ſui cognitione, Deus illuſtravit etiam, quam veteres illi, tantis literarum præſidiis inſtructi hominis eloquentiſſimi profundis eſſent immerſi tenebris, & ſummum illud bonum, de quo tam multa ſcripſerunt, fruſtra inveſtigarent.

Quoad Regna Parallela, quæ hujus Monarchiæ IV. tempore flor. *in Aſ. Afr.* Sl. d. tt. l.3.
& Europa, ut Synchr. Electorat. Ducat. Comit. Exarchat. Reſp. præ- p.440. cum
cipuas &c. ſeq.

evolv. præter All. Reusn. Typ. d. tr. de Regn. M. Divis. & D. Wagn. l. Hiſt. l. 7. c. 9. & 10.

Sciendum etiam, quod *Galliæ ille Sejanus* vim vaticiniorum Danieliticorum, adeoque Imperii Romani gloriam conatus deprimere, tale ocu-

Digitized by Google

vid. Bodin. Meth. hiſtor. c.7.

Schônb. d. l. c.5.

D. Wagn. l. H. l.2 c.5. cum ſeq prolixius.

Arumæ. t. d. l. publ. diſc.3.

Cluten. in Syl. log. th.2. p.9.

Sleid. d. tr. l.3. ſub fin.

Plin. 10. N. H. 3.

Sl. d. loc. conf. D. Wagn. d. tr. l.6. c.8.

oculis glaucoma objiciendo, *alia Regna eſſe ampliora & potentiora*, nempe Hiſp. Luſit. Turcic. Æthiop. Tartaricum: E. 4. Mundi Imperia ſumma dici non poſſe: *At* ſummum Imperii *ἀξίωμα non æſtimandum ex Regnorum quantitate, ſed ex Jure partim ſucceſſionis, partim gubernationis: adeoq;* præeminentia Romani Imperii in eo vertitur, quòd omnes exteri intelligunt, debere ſe comiter Rom. Imperii obſervare Majeſtatem; neque enim ullum eſt in univerſo terrarum Orbe ſanctius, nullum vel ipſis remotiſſimis barbaris venerabilius. *Nec* inſuper *probatur, quod probari debet*, ſcil. Monarchiam Romanam *ſemper* juxta ſe, aut ſupra ſe, tam in progreſſu immediatè ſub Romanis quam in defectu, ſub Germanis, habuiſſe majora ſe Imperia. Conſtat enim ipſo Bodino atteſtante, Romanorum Imperium ſub Trajano fuiſſe florentiſſimum &c. E. extra quæſtionis lineam eſt, quod Bodinus affirm. hoc Imperium neque antea majus extitiſſe, & poſtea ſemper fuiſſe imminutum: dummodò nondum delectum eſt, ut maximè illa regna majora ſint dimenſione, non tamen excellentiora dignitate. Non enim ſequitur *quicquid* (Imperium) in Aſia & Africa tenuit, amiſſum eſt: E. totum Imperium amiſſum eſt. *Sic* in viſione illa Prophetica per ſciſſionem pedum in digitos & decem cornua, denotatur diviſio Provinciarum Imperii Romani in totidem Regna puta Ital. Hiſp. Gall. German. Græc. Aſi. Syri. Ægypt. Afric. Anglic. vel Sarmat. quæ tum Romana Monarchia ſub poteſtate habuit. *Sic* hodiernum Imperium Romanum, loco Regnorum, Circulis contentum eſt, in tot circulos, in quot olim Regna, diviſum. *Sed*, quia planta, in illo vaticinio, eſt ferrea, manebit firmamentum ejus, neque prius confringi poterit; at reliquiæ, nomen atque dignitas durabunt, donec CHRISTUS adventu ſuo rebus omnibus humanis finem imponet. *Quemadmodum* enim Aquila ſenio non oppetit, nec ægritudine, ſed fame, & immunis eſt à fulmine; *ita* hujus Imperii dignitas in omne ævum durabilis, ab extrema deletione prorſus libera futura eſt: *Et ſicuti* Aquila humeris ſuis portat fœtus; *ita* DEUS auxilio paterno ſublevabit Caput, & ſingula hujus Imperii Membra, omneſque fucos, qui prædandi ſtudio advolant, potenter repellet. Tenuem enim hanc & anguſtam Imperii poſſeſſionem multi ſæpe hactenus conati ſunt evertere, præcipuè verò *Turcæ*, qui licet magna perfecerint, & majora ſibi fortaſſè pollicentur, tamen non conflabunt ejuſmodi molem, quæ cum Romana potentia conferri poſſit, neque ſeminarium iſtud Imperii, quod reliquum eſt, licet aridum

&

Digitized by Google

& flaccidum, evertent: *nec* enim *quinta conſtitui poteſt Monarchia. Germania* quidem ſola titulum ac poſſeſſionem habet Imperii, ſed, ſi vires conjungat, & animos, vim omnem externam facilè depellet, ſicut non uno poteſt documento probari.

Enim verò, cum nemo robuſtus aut debilis poſſit pronunciari, niſi cum aliis comparetur; diſpiciendum porro eſſet, quomodo Vires Germaniæ ad vicinos, non ſolum Turcas, ſed & Ital. Polon. Dan. Angl. Belg. Hiſp. Suec. & Gallos ſeſe habeant? *Itemq;* de excellentia aliquorum Regnorum, Ducatuum, Comitatuum, Principatuum, aliquarum civitatum inter alias & urbium ſive oppidorum &c. *Neq; non* de intereſſe Imperii ſive innumeris ferè cum conſervantibus, tum corrumpentibus Remp. Imperii cauſis &c. *verùm*, ne hîc longiùs excurram, excitata ſiti fontes illicò demonſtro, unde haurire poſſent, qui cuperent, amando ſitientes non ad Oceanum hiſtoricum, ſed ad proximos quaſi ſalientes, ad eos nempe ſcriptores, margini huic adpoſitos.

Montamb. d. St. l. G. c. 7. d. ejusd virib. in viris & in Reb conſiſt. §. 1. cum 4. ſeqq.

Chaſſan. in catal Gl. N. XII. Part. conſider 56. 58. 60. & 61. confer quoque Burgold. in Not. R. illuſtr. Imper. & in Theſ Re-rump. paſſim.

Radius Tertius

MORES IMPERANTIS.

INter Cauſas conciliatrices & conſervatrices Majeſtatis & Auctoritatis dinumerantur etiam Mores cum interni, qui in animo, ut virtutes; tum externi, qui in corpore, ut certi habitus aut geſtus. Quod ad virtutes: Duæ eminent, Pietas & Providentia.

Zeno ex Principibus unus magna ob eleganter actam vitam auctoritatis. L. v. 35. c. 31. f.

Sic *Pericles* apud Hiſtor. longè clariſſimum. Thycydid. l. 2. p. 143. A.

Conſtantinus Porphyrog. Imp. Andronici frater *comitate & ſuavitate morum, omnes facile adamantinis ſibi vinculis devinciebat. Solet enim dexteritas & benignitas morum in altiore dignitatis gradu, facilè omnium animos ſibi reddere obnoxios: quemadmodum verno tempore ſplendidi flores prætereuntium oculos in ſe convertunt. Hoc illud eſt Indorum ſapientum præceptum: Principem, quò natura ſublimior ſit, eò humaniorem ſe inferioribus ſi præbuerit, chariſſimum populo futurum.* Gregoras l. 6. p. 132. b. c.

Timor tamen Domini facit Principes inſtar Deorum eſſe,

Exemplum Scipionis vid. in Hiſtorico Eloquentiæ ac fidei præclaro imprimis Liv. l. 26. c. 19. m.

Nam obedientiam conciliat, & inſidias tollit. adi Xenoph. l. 8. pæd. p. 161. 20.

Quum quidam diceret, reprehendendum Antonium, quod tam mitis eſſet in ho-

 ſtem

Vulcat. Gallic' in Avidio Caſſio. c.8. *ſtem ſuum*, (Caſſium) *ejusq; liberos & affectus, atq; omnes, quos conſcios Tyrannidis reperiſſet, addente illo, qui reprehendebat, quid ſi ille viciſſet? dixiſſe dicitur, non ſic Deos colimus, nec ſic vivimus, ut ille nos vinceret. Enumeravit deinde omnes principes, qui occiſi eſſent, habuiſſe cauſas, quibus mererentur occidi.*

Facit & Providentia, ſi nihil aut ſuſcipis, aut agis, niſi lentè & circumſpectè: hoc eſt, *feliciter*.

Liv. l 4. c.37. in m. *Fortuna* enim *ſæpe virtutem ſequitur.*

Adeoque rarò labitur, atque ideò æſtimatur;

vid. Tac 6. A. 36. & 3 Hiſt. 25. nam *contemptus à lapſu, exemplo Ducis Suetonii Paullini.*

Id.16.Ann.29. Ita laudatur Tiridates, quod *omiſſis præcipitibus tuta & ſalutaria capeſſeret.*

Faciunt itidem non nihil externa, ubi 3. neceſſaria:

I Magiſtratus vel Princeps in geſtibus eam ſervet dignitatem, quæ tacendo loquatur: Talis

Id.2. Ann.34. *Tiberius ore compoſitus.*

Etiam ipſum domicilium habet & adfert aliquid dignitatis:

Id.1. Ann.47. *Fixum Tiberio fuit, non omittere caput rerum* (Romam) *Calanum Philoſophum ferunt, exemplum Imperii ſui Alexandro ab oculos poſuiſſe. Corium in medio conjecit ſiccum & torridum, cujus oram calcavit, in uno loco preſſum, cæteris partibus extulit ſe, idem circulans undiq; & pedibus ſtringens, in quaq; parte oſtendit, evenire, quoad medium pedibus occupavit, tunc omnes partes quievere: Eâ imagine ſignificavit, media Regni maximè prebenda, neq; procul ab eis vagandum Alexandro eſſe.*

Adde Piccart. obſerv Dec.4. c.9. Reusn. ſor. 43. f. II. Gravitatem ita temperet, ut moroſitatem & arrogantiam exuat: *de Agricola hæc dicuntur, qui habebat tempora curarum remiſſionumq; diviſa.* ———

Tac.c.9. Agric.f.455. A. *Ubi conventus & Judicia poſcerent, erat gravis & ſeverus: ubi officio ſatiſfactum, nulla ultra poteſtatis perſona triſtitiam & arrogantiam exuebat.*

Sueton. in Tit.cap.3. Faciunt III. quædam à natura: ita *Titus formâ erat egregia, & cui non minus auctoritatis eſſet quàm Gratiæ.*

Iuſt.l.1.c.9.m. Aut ab arte, ut receſſus & ſejunctio: *Apud Perſas perſona Regis ſub ſpecie Majeſtatis occulitur.*

Tac. 4. Hiſtor. 65. *Coram adire, alloquiq; Velledam, negatum. Arcebantur aſpectus, quò venerationis plus ineſſet.*

Val. Max. l.1. c.6.f. *Quicquid in excelſo faſtigio poſitum eſt, humili & trita conſuetudine, quò ſit venerabilius, vacuum eſſe convenit.*

Imperator Michael ſuperiorum temporum Imperatores reprehendere ſolebat, quod ſpreta frugalitate luxui & faſtui Regio ſtuduiſſent. Unde ipſe moderationem præ ſe ferens,

rens, cum aliquando in mulierem incidiſſet, quæ è balneis domum redibat: de equo deſcendit, eamq; domum comitatus eſt, & cum ea cænatus, pedes in Regiam redit.

Zonar. to.3. p.131. 120. Adde Suetonii Vitellium cap.7. & in f. & Tit.8 m. Eod. fuſius Cedrenus p.454.m. Plut. in Pericle.155. ſed longius à pr. Amirat. diſc.6. l.5.

Hujusmodi nugis quaſi re bene geſta gloriari ſolebat: cùm aliis delirare videretur; atque odium ſibi conciliaret. De Dejoce eleganter Herodotus l.1. p.19.

Sed modus in his talibus eſto: qui ſal & anima virtutum:

Major enim *fama de ignotis.*

Aſſiduitas familiaritatem, familiaritas contemptum facit. Tac in Agric. p.460 B. cap. 25.

Neq; enim ita generati ſumus à natura, ut ad ludum & jocum facti eſſe videamur, ſed ad ſeveritatem potius, & quædam ſtudia graviora atq; majora. Hieron epiſt. 2 ad Heliodor.To.1.p. 23.f.

Cic.1. offic. p.149. & ſeqq.

Otium, quo recreatur virtus, ſtrenuis quoq; appetendum eſt, ut tempeſtiva laboris intermiſſione ad laborandum fiant vegetiores.

Valer. Max. l.8. c.8.

Nec quicquam laborem aſſiduum perferre poteſt. Lactt. l.1. c.4.

Et quibus eſt officium quoddam aut munus à natura tributum, ea, ſi modum temporis, in quo data eſt vis agendi, exceſſerint, munus & officium ſuum præſtare non poſſunt. Ariſt de ſomn. & vigil. c.1.

Præterea iram vitet, aut aperiat: *apud quosdam acerbior in conviviis narrabatur, ut bonis comis, ita adverſus malos injucundus. Cæterum ex iracundia nihil ſupererat, ſecretum & ſilentium ejus non timeres. honeſtius putabat offendere, quàm odiſſe.* Tac Agric. c.22.

Quibus verbis videtur Tacitus tacitè mordere Domitianum, de quo ſic ait:

Talibus curis exercitus, quodq; ſævæ cogitationis indicium erat, ſecreto ſuo ſatiatus. Ibid. c.39.

De eodem Plinius: *Non adire quiſquam, non alloqui audebat, tenebras ſemper, ſecretumq; captantem, nec unquam ex ſolitudine ſua prodeuntem, niſi ut ſolitudinem faceret.* in Panegyr. c 48 in f.

Cujus natura præceps in iram, & quò obſcurior, eò irrevocabilior. Tac d. Agr. c. 42.

Imp. Valens fuit inexorabilis iracundiæ [Δυσπαραίτητος τὰς ὀργὰς] unde dicere ſolebat; *quia ab ira facilè dimoveretur, eundem & à juſtitia facilè dimoveri:* ὁ ταχὺ μετατιθέμενος τῆς ὀργῆς, καὶ τοῦ δικαίου ἂν μεταθεῖτο τάχιστα] Zonar in Valente f.t.3. p. 20.120 v. Clapm. l.6. c.11 Amir l 3. diſc.7. Fulgoſius l.5 c 2 & Plut. apophth. p. 178 c.

In convicia ne inquirat; Famam tamen curet:

quod convicium tibi quiſquam fecerit, neq; deferente aliquo audire, neq; ulciſci debes. Turpe enim fuerit, te id, credere, inventum, qui te, omnibus beneficientem ignominiâ affecerit: idq; ſoli mali credunt Principes, quos ad fidem dictis habendam, conſcientia movet. Dein iniquum eſt, ea ægrè ferre, quæ ſi ve- Mecænas in Dione l 52.p. 556.C D.

vera ſunt, praſtat non admiſiſſe: ſin falſa diſſimulare: cum multi has vindicantes, pluribus ac gravioribus de ſe ſermonibus prabuerint. Ac convenit, te omni altiorem eſſe injuriâ, & neq; ipſum in animum tuum inducere, neq; aliis eam opinionem ſubjicere, extare: qui in te contumelioſus eſſe auſit: ut idem de te, quod de diis judicetur, eſſe te venerandum.

v. Ærod. rer. jud. l. 7. c. 1. Antimach. l. 1. th. 2. p. 79. & ſeqq. Salmuth. in Panciroll. res deperditas pag. 636. & ſeqq. Piccart. Decad. 12. c. 10. Dion. ad d. l. 52. confer Grut. ad Sueton. Tit. c. 11. Tub. pac. p. 62. & 63.

Sen. d. clem. c. 15. *Quilibet noſtrûm debet adverſus opiniones malignas ſatis fiducia habere in bona conſcientia: Principes multa debent etiam fama dare.*

Zonar. in ejus vita to. 3. p. 65155. *Imp. Phocas* (ὁ ἀλάστωρ) *cum, neſcio quid, populus in eum cavillatus eſſet, furore percitus, multos occidit, multos truncavit, nonnullos in mari demerſit: ſed plurimos praſecto ad ſupplicium in pratorio cuſtodiendos tradidit.*

Cambdenus in hiſt. Eliſab. p. 595 m. Diligentiſſimus ille Britanniæ ſcriptor & illuſtrator ſcribit: *Eliſabetham ſapius illud Theodoſii, Honorii & Arcadii reſcriptum laudaſſe: ſi quis Imperatori maledixerit; ſi ex levitate, contemnendum; ſi ex inſania miſerandum: ſi ab injuria remittendum.*

Tac. 3. A. 1. & l. 4. c. 37. Sic *Tiberius ſpernendis rumoribus validus. Contumeliarum patientia, ingens eſt inſtrumentum ad tutelam regni.*

Sen. 3. d. Ira. c. 23. quo loco, ut etiam præcedenti, & ſeq. capite plura & præcepta, & Exempla vide.

Plin. paneg. c. 47. p. Doctrinam quoque amet, quæ languet.

Trajani tempore floruerunt ſtudia, cum ea priorum temporum immanitas exiliis puniret.

D Gerhard. de pol. mag. l. 154. *Leo Imp cum Eulogium ad aperiendam ſcholam in urbe ſtipendio liberaliore invitaſſet, & propterea à ſatellitibus reprehenderetur,* reſpond: εἴ τι γένοιτο ἐπὶ τοῦ ἐμοῦ χρόνου, ὥστε τὰ τῶν στρατιωτῶν εἰς διδασκάλους παρέχεσθαι:

Adde Plut. orat. 2. d. fort. Alex. 333. E. Barclajum Argenid. l. 1. p. 105. & ſeqq.

Utinam meis temporibus ea, quæ militibus dantur, Doctoribus numerari deberent.

Poſtremo fit à Moribus itidem Majeſtatis & auctoritatis contemptus; maximè iſtis: à Libidine, de qua ille Poëta, quem natura omnium ingeniorum compendium fecit.

Ovid. 2. Metam. fab. 18.
Non benè conveniunt, nec eâdem ſede morantur
Majeſtas & amor.

Iuſtin. 30. c. 1. f. Unde *laſcivia & laus nunquam habent concordiam.*

Pub. Syr. in mimis.

Ptolomaus Ægypti Rex revolutus in luxuriam: meretricum illecebris capitur, atq; ita conſumſit: Adduntur inſtrumenta luxuria, tympana & crepundia: nec jam ſpectator Rex, ſed magiſter nequitia, nervorum oblectamenta modulantur: Hac primò labentis Regia, tacita peſtes & occulta fuerunt.

A lu-

οὔτε γὰρ ἀνεπίθετος, οὔτ' εὐκαταφρόνητος ὁ νήφων, ἀλλ' ὁ μεθύων. Ariſt. 5. pol. 11.
οὐδ' ὁ ἄγρυπνος, ἀλλ' ὁ καθεύδων. longius à f. (515. b.

Suaviſſimus ille Socratis Cygnus multis modis vigilantiam commendat, præſertim in Principe: Ejus ſunt hæc verba: ἐγρηγορότες δὲ ἄρχοντες ἐν πόλεσι νύκτωρ φοβεροὶ μὲν κακοῖς πολεμίοις τε ἅμα καὶ πολίταις: Principes, qui noctu vigilant in Civitatibus, malis ſunt formidabiles civibus pariter & hoſtibus. Plato l. 7. d. LL.

Ac paulò ſuperius Id. eodem in loc: Καθεύδων γὰρ οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος. i. e. Nullius dormiens alicujus eſt rei. Dormiunt autem, qui oſcitanter agunt, quibus interdum ſuccedit, ſed rarò. Eraſm. in adag. Exempla vigilantium Principum vid. in Theat. Zvving. fol. 3851. a.

A rebus externis, ut Facies parum decora:

ſic *Tiberio in ſenectute corporis habitus pudori fuit.*
Tac. 4. A. 57. add. 6. Ann. 30. & 31. pr. Id. 2. Hiſt.

T. Veſpaſiano erat decor oris, cum quadam Majeſtate.
Commodus Imperator erat ἀξιοθέατος τὴν ὄψιν. Herodian. 1. p. 10. m.
Neroni fuit forma, principe viro digna. Tac. 4. A. 15. f.
Germanicus viſu & auditu juxta venerabilis. Id. ib. l. 2. A. 82.
Thaleſtris, Scytharum Regina, habitum Alexandri M. haud quaquam rerum famæ, parem oculis perluſtrabat.
Curt. l. 6. c. 5 circ. fin. Add Paſchal. de legatis c. 16. Clapm. de Arcan. l. 4. c. 4. & Zincgreff. Emblem.

Auguſtiſſima quaque ſpecies plurimum creditur trahere, de cœlo ſive divinus ille animus venturus in corpus, dignum prius metatur hoſpitium: ſed cum venerit, fingit habitaculum pro habitu ſuo: ſed aliud ex altero creſcit, & cum ſe paria junxerunt, utraq; majora ſunt. Latinus Pacatus paneg. Theodoſ. c. 6.

Talis Ariobarzanes. Tac. 2. Ann. 4.

Imp. Leo M. ſuum ex Ariadna filia Nepotem Leonem, imperii ſucceſſorem creat, omiſſo illius patre, Zenone, ut quem nequaquam idoneum regno judicaret, ob animum minimè regium, & formam Imperio indignam. Zonaras in Leone M to. 3. p 42 20.

[ὅτι μήτε τὴν γνώμην ἔχει βασιλικὴν, μήτε μὴν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.] v. Stobæ. ſerm. 63 à pr. & Porphyr. in prædicabilibus.
Nam & facie erat odioſiſſima Zeno, & animo longè deteriore.

Ad occidendum C. Marium miſſus ſervus, natione Gallus, Majeſtate tanti viri perterritus receſſit.
Liv. Epitom. 77. m. ſimilia exempla v. ap. Camerar. Cent. 1. c. 30. pr.

Omnibus barbaris (non præter rationem) *in corporum majeſtate veneratio eſt, magnorumq; operum non alios capaces putant, quàm quos eximia ſpecie donare natura dignata eſt.* Curt. 6. c. 5. circ. fin.

Ptolomæus Ægypti Rex, quàm cruentus civibus, tam ridiculus Romanis fuit. Erat enim & vultu deformis, & ſtatura brevis, & ſagina ventris, non homini, ſed beluæ ſimilis. &c. Iuſtin. 38. c. 8. m.

A luxu & temulentia, ut *medio diei temulenti.* Tac. 1. hiſt. c. 62. p. 327. A.

Digitized by Google

Gregor. l.9. c.5. & l.9.c.36.

Ætas gravior, & valetudo imbecillior:

Andronicus Junior, Imp. de avo ſuo ſic loquitur: Nullo modo, nullo incommodo fieri poteſt, quin homo longo tempore rerum potitus, faſtidio ſit iis, qui parent, & capitalia eorum odia ſuſcipiat &c. Videtis enim, ut & meus Avus ad extremum ſenium progreſſus, & tot annis imperio potitus, in totius populi eſt odio. &c.

Serviæ proceres Imperium Michaëlis qualis ob diurnitatem temporis faſtidientes, eum in vinculis ſuffocant, filioq́ principatum confirmant.

v Eraſm. adag. Iovis Corinthus. crambe bis poſita. eadem per eadem.

Alia, quæ huic rei faciunt, pete è locis aliis ſuprà; an ego, quæ dixi, repetam ὁ Διὸς Κόρινθος?

Odyſſ. m. v.452.

Homerus, cum illud de ſe ipſo prædicaſſet,

—— —— ἐχθρὸν δὲ μοί ἐστιν

Αὖθις ἀριζήλως εἰρημένα μυθολογεύειν.

—— —— *mihi ſed res illa moleſta eſt:*

Præclarè dictum verbis exponere rurſus.

Plut. de Garrulit.

Declinat orationis ſatietatem, in alia ex aliis narrando aures ducens, faſtidiumq́ue detrahens novitate.

Diximus Virtutes, & commendavimus eminentiores alibi, de aliis ſub hoc Radio etiam aliquid.

S. Princeps in Compendio P.

Cum magnum onus ſit ſemper negociis invigilare, toties conſilia frequentare, tot audientias dare, tot res legere, tot ſubſcribere, ut non tantùm plurimæ horæ, ſed & integri dies, ac totæ ſeptimanæ talibus occupationibus abſumantur, ideò convenit, ut Princeps etiam aliqua habeat, quibus ſe refocillare, ac tantos labores facilius ſufferre poſſit. Sint autem recreationes honeſtæ, ſint Principe dignæ, ſint tales, quæ animum oblectent, & corpus parumper exerceant; mentemq́ à ſeriis illis cogitationibus abſtrahant. Et licet multi variis delectati fuerint, mihi tamen videtur, principem hiſce ſequentibus ſe recreare poſſe. 1. Venatione cum moderamine, ne ſit labor, ſed delectatio: deinde haſtiludiis, & aliis Equeſtribus ſtudiis, ut ſunt exercere equos, currere ad annulum, jaculari ſclopis, & id genus alia: Muſicâ quoq́ animum exhilarare, & curas pellere poteſt. Item, ſi quam fortè artem mechanicam addidicerit, in ea ſe exercere & oblectare poterit, ut ſic revocato hiſce rebus ad quietem animo, apertior poſtea ſit, ad labores publicos perferendos; ita tamen hac ſumat, ne nimium ſe illis det & immergat; incredibile enim eſt, quantum venatio & aliæ recreationes hominem capiant. Quapropter his ita fruatur, ne publica interim negligat; ſemper enim publica privatis actionibus præferenda ſunt.

Reink. de Regim. ſecul. l.1. cl.2. c.7.

Sed revertamur ad Celſiſſimum IMPER. MAJESTATIS Thronum, *ad quod faſtigium Romani Imperii velut ad ſummum honoris culmen omnes omni-*

omninò Reges ac Principes anhelarunt, & Aquilæ Romanæ plumis ſeſe exornare ſategerunt.

Cujus Auguſtales Titulos CAROLUS IMP.

ſummum Nominis ſui cenſebat ornamentum, firmiſſimum Regnorum ſuorum præſidium, & æternum quendam Dignitatis ſplendorem, deniq; maximum, qui Regi deferri poſſit, honorem. Goldaſt. in Politic. Imper. part. 1. d. Elect. Imp. p. 138.

Alphonſi Regis Regium prorſus ſonat effatum:

Nos omnes Reges debemus reverentiam IMPERATORI, *tanquam ſummo Regi, qui eſt & caput, & Dux Regum.*

Proinde quoquò flectamus oculos in S. Romano Imperio, ea Majeſtas erit obvia, quæ neminem, niſi Deum agnoſcit ſuperiorem; Quæ ſub ſe habet tam ſublimes Principes, quàm veteres Romani.

In cujus Sereniſſimi Sacrarii ſinum AQUILA LEOPOLDINA ſe demiſit, tantam adhuc (DEI GRATIA) alit vim, roburque inſigne, quô immaniſſimis Chriſtiani nominis, aliiſque hoſtibus, quô Terrarum orbi ſit formidabilis!

Quæ dies lætior, & magis pompæ aptus, quàm cum Lipſ. in Mon. lib. 2. cap. 15. Ex 6. conf. Cuſpin. in Rud.

RUD. I. *Ottocarum Bohemum, cujus antea Aulæ Magiſter erat, quod Auſtriam Imperio reddere nollet, bello petiiſſet, in deditionem Auſtria recuperata ſuſcepiſſet, ſuperbiam ejus, veſte & cultu Imperatorio, diſſoluto tabernaculo riſui propinaſſet.*

In poſtremo vitæ decurſu plura de Imperii curis queſtus, conſpecto ante ſe aliquando Regio diademate, cum illo Rege Syriæ, Seleuco in hæc verba & ſuſpiria erupit:

Quàm blando & jucundo fulgore oculos aſpectantium perſtringis, & ad te allicis, verùm, ſi mortales ſcirent, quantum moleſtiarum ſub te lateat, nemo etiam humo ſublevaret!

Victorioſum Patrem Triumphator *Filius,* Rudolphum ALBERTUS, ut compendioſam viam ad Triumphos iniret adoleſcens Regius, præceptorum vice *patris exempla accepit.*

Aſperitatem itineris emollivit *prævia Auguſti Majeſtas.*

Ita rapitur ad ſimilitudinem ſuorum excellens quæq; natura;
Neq; ſtimulos expectat feſtinatio virtutis.
Non minima pars gloriæ eſt, Patri, ſpectare ſequentem Filium;
Non minima Filio, eò eniti gloriarum,
Quò majores evaſerunt.

Ut cum honore triumphos adiret, laborem victoriis adivit; Viſus eſt E. dignus, qui ſceptrum gereret ALBERTUS,

Qui crucem & gladium in mutua obſequia coëgerat.
Non indigebat jam ampliùs, ut in cauſam ſuam
Vel natalium felicitas, vel paternorum Meritorum Majeſtas peroraret! I. R. G. pag. 181 cum ſq.

LEO-

Digitized by Google

LEOPOLDUS gloria militum, *Germanus Friderici IV. Frater*, ſuo vel vultu teſte
Hoc major,
Quod non ſit tam prærogativa ſanguinis, quàm virtutis:
Extorſiſti armis Fridericum,
Et unà Fratrem tibi Imperatorem Imperio reddidiſti.
Vitam tuam, quia *perpetuum miraculum*,
Quiſquis legis, meritò ſtupes,
Et hæc præ cæteris,
Quod *æmulum paſſus* ſit, *quem nullus patitur*,
Et ita imperarit, tanquam unus eſſet, qui duo fuerunt,
Citra exemplum hoc eſt, in tota antiquitate non legendum!

Cor. XII. Cæſ. in vit. Fr. P. ALB. II. *uno & eodem anno 3. Coronas Bohemiæ, Hungariæ, & Imperii Romani adeptus eſt*, profundis hinc ſuſpiriis, & alta voce exclamans,
O monſtroſa Fortuna, non diu duratura, uno anno 3. Regna conſequi!
Quod eventus docuit, cum non biennio in tam cumulata dignitate verſatus obiit.

Ex ELISABETHA

Filia Sigiſmundi Cæſ. *genuit duas Filias*, quas heîc diſertè ob inſignes Dignitates, *unà cum Filio poſthumo* (qui *in cunis in Pannoniæ Regem* unctus fuit; *defunctus tamen*, cum celebraturus eſſet Pragæ cum Magdalena, Carol. VII. Filia R. Gall. nuptias) referre operæ pretium eſt; ANN. XV. *Wilhelmi III. Ducis Sax.* & ELISABETH. *Caſimiri, Poloniæ R.* conjugem, *Lampedonâ* illa apud veteres longè *ſuperiorem*; utp. quæ *Imperatoris* erat *Filia, Regis Ladulai Soror, quatuor Regum*, Joh. Alexandri, Alberti, Uladiſlai, Sigiſmundi, ut & Friderici Cardinalis *Mater, Avia* Ludovici Hung. & Bohemiæ Regis, *uxor Regis.*

D. Wag. deſcr. Geneal. p 39. Friderico IV. Luſitania *Ulyſſipone non tam ventis, quàm votis* ELEONORAM in conſortem eduxit,
Fœminam, quæ non tantùm Majeſtatem Imperii & Coronam,
ſed & ferre poſſet imperandi labores.
Judicio Prudentia, & Fortitudine animi
Amazonem dicas Luſitano-Auſtriacam.
Primus ex Domo Auſtriaca, ſeptem in collibus, Diademate impoſito creatus eſt
Romanorum Imperator!

Cor. XII. Cæſ. in vit. Fr. IV. conſ. I. R. G. p. 236. MAX. I. certè vel abſentis fama mortalium rapuit affectus,
Adeoque MARIÆ Caroli Burgundi Filiæ amores,
Et cum EA Auſtriæ Burgundiam.
Unum illa, cum ambiretur à pluribus
Ambiebat MAXIMILIANUM.
Unam, cum meliorem non poſſet,
Ambiebat MAXIMILIANUS.

Pa-

Factum eſt inter utroſque connubium,
Unica Heres, Heredi unico,
Par virtus, pari virtuti,
Æqualis Potentia, potentiæ copulatur æquali.
Unus utriusq; ſponſi animus
cum geminos in unum catenaſſet.
Geminas in unam ſempiterno fœdere conjunxit domum. In utroque Tr. p.242. & in vit. Max. I.
Illuſtre hodiernum exemplum prabet DOMUS AUSTRIACA
ſucceſſioni huic ex Jure connubiorum.
Auſpicatiſſimas HYMENÆI LEOPOLDINI *Faces cum non poſſet extinguere invidia:*
Furialibus tædis funeſta tentavit,
Terrore Martis, Bellonæ furore Gallico
Conſternare cœpit, quos ſternere non potuit.
Sed, quæ DEI *conjuncta ſunt Manu,*
Fruſtra mortalium violentia convellere laborat,
Unicus modò è FELICISSIMO CONNUBIO *exoriatur* PHOSPHORUS,
QUI funeſtam belli tempeſtatem hactenus notam ſua ſerenitate disjiciat!
Nullum annum imbellem ſtatue;
Nihil enim pueri in CAROLO V. etiam recens nato.
Ipſe annus, quo natus eſt, non infantiæ, ſed viri primus fuit.
Ea in Carolo æquitatis ac pietatis eluxit Gratia,
Ut vix dum Juvenis jam Clavo & Clava Reipub. adhiberetur.
CONSILIO *Magnus*, ac Induſtria *invictus Princeps*,
A Patre Belgii, à Matre Hiſpaniæ, Neapolis ac Siciliæ,
Ab Avo Imperii gubernacula ſuſcepit.
Anno ſæculi XV. decimo nono exſpiravit Maximilianus I. & univerſæ Germaniæ induxit tenebras,
Donec conſpirante VII Virorum feliciter voto
Inter Planetas Imperii Sol illuxit Carolus.
Contermino ſanè temporibus noſtris auſpicio:
XIX Julii, XIX ætatis anno Francofurti,
IMperIaLIs CœLI SoL VoCatVr CaroLVs,
Et eodem loco, Menſe ac Ætatis Anno hodie nominatur
LeopoLDVs soL IMperII.
In mala ſtella natus ſit, quisquis ſub hoc ſidere non precatur Germania.
BONUM MANE, FELIX MANE!
Ferrea Nomina Aurei Principes à *FERDINANDO I.* auſpicantur. ad Tr. p. 249. & in V. Car. V.
Ingentium enim victoriarum Heroëm

Nnn Omi-

Omine quodam geſſiſſe ferrum nomine, quod glorioſè geſturus erat manu:

Vel, *ne Auſtriaca lenitas contemptum pareret*,
Aliquo ſeveritatis inſtrumento veſtiri debuiſſe.
Hiſpania illi patria dives auro
Aureos in Principem mores liberaliter transfudit.
Et qui jam pervenerat ad maturitatem virtutis,
Non lento gradu ad Honorem properavit,
Aulam ſuam palladium fecit; *Menſam Academicam*;
Sapiens Princeps etiam ſervos ſapere voluit:
Nec ſapuit illi cibus, niſi ſapientûm ſale condiretur.
At quæ ingenium excoluerat ſcientiis Auguſta Pallas,
Etiam vertici caſſidem, & haſtam dexteræ miniſtravit.
Rex Bohemiæ primùm, tum verò *Hungariæ* dictus,
I.R.G. p.257. cum ſeq. Aureum Diadema mox in ferrum commutavit.
Auſpicium Maximi, vel à natali die, & menſe cape,
Vel à Nomine Maximiliani II.
Auguſto natus menſe, præſagium dedit Auguſtæ Dignitatis.
Infantem qui vidit, *nemo dubitavit evaſurum MAXIMUM*,
Qui jam in cunis Maximiliani noſtri ſuſtinebat,
Fortis, *Prudentis*, *Felicis ac moderati* Nomina conſecutus.
MARIÆ ſecundæ AUSTRIACÆ amores eſt lucratus.
Si ingens proſperitas AUSTRIACORUM connubia eſt comitata,
Quid demum ſperet AUSTRIA
Ab Imperatorum abnepte, *pronepte*, *Filia*, *Nuru*, *Uxore & Matre*,
Niſi AUGUSTISSIMUM CÆSAREM LEOPOLDUM,
IMPERATORUM *Fratrem*, *Filium*, *Nepotem*, *Pronepotem*, *Abnepotem*,
Et olim Cæſarum Patrem, *Avum*, *Proavum*, *Abavum & ultra?*
Uno eodemq; anno ter coronatus
Rex Bohemiæ, *& Ungariæ*, *& Imperator.*
Amor & deliciæ generis humani dici meruit.
Adiri facilis, *ſpectari promptus* cum pateret omnibus,
Etiam animo latere non conceſſit.
Verecundorum reverentiam ante occupabat affatu;
Et *quos terrebat Majeſtas*, *erigebat Humanitate.*
Neminem dimiſit triſtem, *neminem non voto majoribus potitum:*
Sed, *nec facilitas derogabat Auctoritati*,
Nec amorem diminuebat Majeſtas.
Ita cum ſui ſolius eſſet, ſe juris publici faciebat,
ut incorruptam tamen ſervaret Cæſaris reverentiam.

Digitized by Google

In publicis Imperii Comitiis Ratisbonæ.
Cor Germaniæ, Oculus Mundi eſt appellatus.
Exterorum Principum oratoribus *Oraculum* viſus eſt,
cum ſingulorum ſingulis redderet idiomata,
omnium omnibus.
Literas fovit, Literatos Palatinis honoribus cumulavit.
Aulam ſuam Univerſitatem artium fecit, ipſe linguarum 8.*univerſitas*,
Illi multi impares, qui multis par.
Cum omnibus audebat loqui, cum ipſo pauci poterant.
Oſor otii Max. *etiam officinam eſſe* juſſit *Aulam ſuam.* In Tr. utroq; p.26. & in vit. Max.
RUDOLPHI *Nomen eſt Prudentiæ & Majeſtatis* ſignificatio.
Vox diverſa, res eadem.
Sive prudentiam pingas, ſive Majeſtatem proponas,
RUDOLPHUM II. exhibes.
Utrâque oſtendit *ſecundum à primo non differre*, niſi ordine.
Idem cum primo ſortitus Nomen, conſpiravit in facta.
Quam ille gentem prudentiâ fundavit ad Coronas,
Hic eâdem prudentia ſervavit ad gloriam.
A puero id connifus eſt,
ut Nominis Majeſtatem factorum gloria adæquaret.
Omen PRUDENTIÆ *&* MAJESTATIS dedit Natalium tempus,
Æſtate natus, æſtatis indolem contraxit.
Sive illâ ſol ſua majeſtate ſplendidior incedat;
ſive contrahantur nubes in fulmina;
ſive matureſcat ſeges in Meſſem.
Pueri unus labor fuit, ut vir eſſet, & haberetur:
In tota Rud. vita, tota erat imago Principis.
Cogita, quid ipſo in animo Rud. aſpexiſſes?
Qui ne in imagine quidem, animi vultu, ullam habuit lineam, quam
Majeſtas non traxit,
Etiam aureus Sol, quando Lunam aſpicit, pallidam facit.
Senſit hoc à Rud. aureo vultu Ottomannica Luna
Quando *ad illius conſpectum ita obmutuere Turcici Legati,*
ut ne verbum quidem loqui poſſent.
Qui coram Rudolph. loqui non poſſunt, contra Rud. vix certabunt!
Meritò adſcripſiſſes Epigraphen:
Hic Majeſtatis & Prudentiæ eſt Domicilium:
Severitatem aſpectûs facilitate alloquii temperavit.
Aures habuit, quæ principem decent, *apertas omnibus;*
Aditus nunquam occluſos.

Nnn 2 *An-*

Digitized by Google

Aulam ſuam Auſtriacam ad Perſica normam ordinavit,
Non partitis in ſingulos officiis, ſed omnibus in ſingulos coactis:
Ut omnes eſſent oculi Regis, ad obſervandos nutus;
AURES REGIÆ, *ad capienda mandata;*
PEDES, MANUSQUE REGIÆ, *ad explenda Imperia.*
Quantùm amabat ſeria, tantùm oderat ludicra.
Morionum ne nomen quidem tolerabat.
In utroq; Tr. In vit. Rud. II. & p. 271. 273. & 279.
Quod vel Aulam crederet, ſapientiæ quoddam eſſe Domicilium;
vel Majeſtatem dedecere, ut ludicris miſceatur.
Ob Majeſtatem MATTHIÆ I. *Bohemiæ & Hungariæ Regi,*
Cæſari Germanico-Romano;
Eâ die in lucem prodiit,
Quâ multis ante annis, patruus *Carolus Maximus* dictus,
Et planè debebantur tam felicia ſidera,
Huic tanto Partui,
Nec niſi Heroi naſcituro heroa dies, vel Heroum.
Scilicet eadem cum Carolo luce editus,
Earundum virtutum portentum vel à cunis nactus,
An Auſtriacos ſic IMPERATORES
Ut prius pene imperent, quàm naſcuntur?
Maximè:
Cor XII. Cæſ. in vit. Matth. I
Nam quibus Deus aliquod humano majus cum vita infudit,
Non decet inter mortales verſari, niſi cum Imperio!
FERD. II. *tres annos unâ felicitate Coronarum numero diſtinxit,*
Bohemiæ, Hungariæ ac Germaniæ Rex & Imperator coronatus,
Ferrea nactus Imperii ſui *tempora Princeps aureus,*
cum bellum ex bello duceretur, laureas cumulabat.
Quem enim calcabat campum, erigebat in laurum.
Sapientia Theodoſius, *Sanctitate* Henricus, *Felicitate* Carolus,
Magnanimitate Maximilianus, *Majeſtate* Rudolphus,
Omnibus FERDINANDUS.
In Dignitatis celſitudine depreſſus animo,
Cui det Aula ſemotis adulationibus veritatem,
Religioſi cœnobia & ampliſſimas fundationes,
Sapientia Academias, Academiæ florentiſſimam Juventutem,
Provinciæ ſedatum Bellonæ furorem,
Imperium Purpuræ ac Diadematis Majeſtatem.
AUGUSTISSIMA DOMUS æternitatem Gloriæ.
I. R. G. p. 287. 290. & 292.
Inclinante in veſperum Sole AUGUSTISSIMO PARENTE;

Diju-

Dijudicando Imperii Pomo plures inter parides conſtitutus eſt:
Plures & varias in partes hi traxerant:
Sed ne in pomum diſcordiæ diviſum abiret,
Suo ſibi id legit calculo FERD. III.
Verba fuiſſe Oracula, prodigia facta probabant.
Provinciis ſeminaria, ſeminariis litteras, litteris pretium dedit.
Sed nec ferro, quàm ſtylo minus aptus FERDINANDUS.
Nec minus arcu tela impulit, quam fila, &c.

Id. p. 298.

LEOPOLDE, IMPERATOR AUGUSTISSIME,
Si & PARENTUM Merita & Sanguinis abeſſet ſuffragium,
Sola Virtus TE *Paterna Majeſtatis Hæredem ſcriberet.*
Stetiſti inter Diadematis ambitioſos,
& unus ambiebaris.
Nec patiebaris à Capite Auſtriaco declinare Coronas,
Qui ab Avita Virtute non declinaveras.
Nunquam ex AUSTRIACIS *primum legit, quin quandoq; elegerit ſecundum.*
Teſtor RUD. I. MAX. I. FERDINANDUM I.
Qui cognomine Succeſſore Imperii ſucceſſum promovere.
Unde ſperandum poſtremo hoc tempore non poſtremum eſſe LEOPOLDUM I.
Concedent tempora PLURES:
Non eſt enim Primus ſine Secundo!

Id. p. 249. & 312.

STELLA ALTERA.

BENIVOLENTIA.

VIm opportunè quoque ab optimo Principe eſſe adhibendam propoſuimus: ſed magis Virtutem illam triplicem, in qua Principatus, omniſque Imperii robur: eſtque laudabilis, utiliſque Imperio affectus de Rege, vel in Regem.

Iſtam jam ſuaſi: Hanc etiam nunc perſuadeo, & BENIVOLENTIAM appello, quæ ſit, cum Lipſio noſtro,

Subditorum in Regem, ejusq; Statum prompta inclinatio & amor.

Eſtque Principi, valde neceſſaria ad res gerendas: Naſci quidem utraque à Rege, & per Regem debet, ſed ſedem tamen ſuam & domicilium in animis populi habet. Cic. l. 2. off. c. 4

Latinæ facundiæ Auditor *proprium hoc ſtatuit eſſe virtutis, conciliare animos homi-* Suet. in Tit. c. 1 n. 1. ibique Bern.

Digitized by Google

hominum & ad uſus ſuos adjungere; ſunt enim co lligendæ Benevolentiæ tres modi, Natura ſive Ingenium, Ars & Fortuna:

Bern. d. loc. c. 8. n. 7.

Sed judicio hic opus: quod niſi adhibeas, utilitatem conciliabit hæc talis civitas. Pars Judicii una, ut ne quid nimis. Pars Judicii altera, ut aptes moribus & ingenio Gentis.

Plato ep. 4. ad Dion. tom. 3. 321. b confer Lipſ. not. 127. ad Sen. l. 2. d. benef.

Nec malè Ariſtoteles:

Διὰ τὸ ἀρέσκειν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὸ πράττειν ἐστί:

Germ. Es ligt nicht an wol lauten/ ſondern an gern hören.

Inviſo ſemel Principe ſeu benè, ſeu malè facta prendunt.

Tac. 1. hiſt. 7.

Dio. l. 37. p. 39 B.

Nihil enim *neq; arma, neq; multitudo ſubditorum, ſine eorundem benevolentiæ conducit; quin imò hæc ipſa, ſi fides abſit, tanto minus tuta eſt, quanto ſunt plura.*

Aratus ad Philip. ap. Plut. in Arato.

Latrones quidem *nidulantur in petris, & præruptis incubant: Regi nihil eſt fide & benevolentia firmius aut munitius.*

Nullum igitur *regni præſidium firmius, quàm civium benevolentia.*

Ex effato Antigoni Reuſn. p. 325. Strat.

Plin. Paneg. f. 37. m.

Fruſtra ſe terrore ſuccinxerit, qui ſeptus charitate non fuerit.

Panorm. l. 2. d. Alph. reb. geſt. conf. Liborium à Bodenſtein Iurispr. Polit. c. 3. p. 129.

Alphonſus Rex, quum argueretur, *quod pro more nullis ſtipatus armis, ſolus obambularet, Regiæ Majeſtatis immemor.* Reſpondit:

Non opus eſſe, ut is ſibi timeat, qui civium ſuorum benevolentiam ſatis perſpectam habeat.

Cruſ. Annal. Suev. part. 3. lib. 7. c. 14. Naucler. &c.

Eberhardus, cognomento Barbatus, Comes Würtenbergicus (quem ad Ducis Dignitatem primum erexit MAXIMIL. I. Imp. *in convivio quorundam Principum Saxoniæ & Bavariæ, ſingulis ditiones ſuas laudantibus, quid ipſe haberet, quod extolleret, rogatus?* Reſp. *Omnia quidem ſua mediocria eſſe, hoc tamen unicum ſe jactare, quòd tutò, absq; ullius diſcriminis ſuſpicione, capite in cujusvis ſubditi ſinum depoſito, in utramq; aurem dormire poſſit*

Galgacus in Orat. ad Britann. ap. Tac. Agric. c. 32.

Metus & terror infirma vincula charitatis, quæ ubi removeris, qui timere deſierint, odiſſe incipient.

Cic. off. l. 2. f. 37. f. & ſeqq.

Rerum omnium, nec aptius eſt quidquam ad opes tuendas ac tenendas, quàm diligi, nec alienius, quàm timeri, Præclarè Ennius: *Quem metuunt, oderunt: quem quisq; odit, periiſſe expetit. Multorum autem odiis poſſe nullas opes obſiſtere, ſi antea fuit ignotum, nuper eſt cognitum.* (Julii Cæſaris interitu) *Nec verò hujus Tyranni ſolum, quem armis oppreſſa pertulit civitas, interitus declarat, quantum odium hominum valet ad peſtem: Sed reliquorum ſimiles exitus tyrannorum, quorum haud ferè quisquam interitum ſimilem effugit. Malus enim cuſtos diurnitatis, metus: contraq; Benevolentia fidelis eſt, vel ad perpetuitatem.*

Niceph. Greg. l. 6. c. 12. p. 132.

Solet dexteritas & benignitas morum, in altiore dignitatis gradu facile omni-

um

Digitized by Google

um animos ſibi reddere obnoxios : quemadmodum verno tempore ſplendidi flores, prætereuntium oculos in ſe convertunt. Hoc illud eſt Indorum Sapientum præceptum : Principem, quò natura ſublimior ſit, eò humaniorem ſe inferioribus ſi præbuerit, cariſſimum populo futurum.

In Germanico fuiſſe *conciliandæ hominum gratiæ, ac promerendi amoris mirum & efficax ſtudium.* Suet. in Calig. c. 3.

De M. Antonino Philoſopho Imp. vid. Herodian. lib. II. pag. 11. & 15 vid. quoque Bern. Suet. Cæſ. c. 78. n. 6. Cic. pro Q. Ligario col. 812. E.

Verùm, ut hîc quoque oppoſita, juxta ſe poſita, magis eluceſcant; opponitur ergo Benevolentiæ illud etiam vitium, quod eſt *pravus, noxiusq́; Imperio affectus, de Rege, vel in Regem* : Et indigitatur odium, quod eſt Politico noſtro, *Subditorum in Regem, ejusq́; Statum Malevolentia pertinax & offenſa.*

Odium autem hoc loco intelligitur, affectus acrior, cui ex metu origo, cum cupidine ulciſcendi. Nam metuunt potentes, ob injurias aut damna ſub exemplo inferenda: dolent & ulciſci cupiunt, ob illata.

Incredibile eſt, *quàm malus cuſtos diuturnitatis metus ſit.* Cic. l. 2. offic. c. 7. pr.

Itemque

quàm non diuturnus magiſter officii timor. Id. Philipp. 2. c. 63. pr.

Et

quàm infidelis recti magiſter ſiet metus. Plin. Paneg. c. 45.

Cauſa apud ſupra citatum Poëtam veterem Ennium : Cic. d. l. 2. d. off. c. 7. f. (252. a. 16.

Add. *Quem quiſq́; odit, periiſſe expetit.*

Qui verſus *in Cæſaris Julii ludis, atq́; ipſo ſpectante, audiente pronunciatus, non obſcurè in eum dirigebatur,* vel Macrobio Auctore, quem vid.

l. 2. Saturnal. c. 8. conf. Eraſm. Adag. p. 1253.

Qui timetur, timet. Nemo potuit terribilis eſſe ſecurè. Senec. ep. 105.

Semper in Auctores redundat timor, nec quicquam metuitur, ipſe ſecurus. Occurrat tibi Laberianus ille verſus, qui medio civili bello in theatro dictus, totum in ſe populum non aliter convertit, quàm ſi miſſa eſſet vox publici affectus, Id. l. 2. d. Ira c. 11.

Neceſſe eſt, multos timeat, quem multi timent.

Tantùm neceſſe eſt timeat, quantùm timeri voluit. Id. 1. d. Clem. 19.

Notus eſt Verſus:

Timet timentes : metus in auctorem redit.

Τῷ ὄντι, δεδίασιν οἱ βασιλεῖς ὑπὲρ τῶν ἀρχομένων, οἱ δὲ τύραννοι τοὺς ἀρχομένους. διὸ τῇ δυνάμει τὸ δέος συναύξουσι. Πλειόνων γὰρ ἄρχοντες, πλείονας φοβοῦνται: Plut. ad indoct. Princip.

Revera Reges pro ſubditis timent, at Tyranni ſubditos : quorum potentia ſi creſcit, etiam metus. Pluribus enim cum imperant, etiam plures timent.

Iſthæc pernicies verò paullatim perdit : *execrantur, inſidiantur, opprimunt.* Senec. 1. d. Ira c. 16. f.

Et

ex dicto Caligulo, v. Dion. l.59. ad fin. confer Suet. in Calig vit. c 31. Et pænè certò perdit : *Multæ illi manus, imperanti una cervix.*

Aſſiduis periculis expoſita : *Non enim diu poteſt, quæ multorum malo exercetur, potentia ſtare. Periclitatur enim, ubi eos, qui ſeperatim gemunt, communis metus junxit : Pleroſq; itaq; modò ſinguli mactaverunt, modò univerſi cum illos conferre in unum iras publicus dolor coëgiſſet.*

Sen. l.3. d. ira c. 16.

Id. 1. d. Clem. 25. *Talem virum* (Tyrannum) *à tergo ſequitur everſio, odia, venena, gladii : tàm multis periculis petitur, quàm multorum ipſe periculum eſt : privatiſq; nonnunquam conſiliis, aliàs conſternatione publica circumvenitur. Levis enim & privata pernicies non totas urbes movet; quod latè furere cœpit, & omnes appetit, undiq; configitur &c.*

Id. epiſt. 105. *Confuſam vitam & perturbatam impotentes agunt : tantum metuunt, quantum nocent : nec ullo tempore vacant. Trepidant enim, cum fecerunt &c. dat pœnas, quiſquis expectat : quiſquis autem metuit, expectat.*

Ideo fugienda, aut regnum Reges vel imperantes fugit, imò vita. Odium tamen omne haud vitari poteſt, adeò altè inſita eſt peſtis hæc regnis vel Imperiis. Nam

Salluſt. ad Cæſ. Or. 2 p. 128. pr. *Libertas juxta bonis & malis, ſtrenuis & ignavis optabilis eſt.*

Liv l.33. c.18. *Nihil bonorum multitudini gratius, quàm libertas eſt.*

Cic. d. L. Agraria contr. Rullum. p. 292 25 *Libertatem non ſolùm ab hominibus, verùm etiam à beſtiis expeti, atq; omnibus rebus anteponi videmus.*

Minutum aliquod ſemper adhæret : è natura vulgi, ſed ſpernendum.

Livia ad Auguſtū ap. Dion. l.55. p-638. e. *Fieri namq; non poteſt, ut Princeps omnibus placeat, & non vel juſtiſſimè imperans in multorum odia incurrat.*

Senec. in Thebaide. in f. *Simul iſta mundi Conditor poſuit Deus, odium atq; regnum.*

Iul. Capitol. in Marc. Ant. c. 15. *Nemo eſt Principum, quem non gravis fama perſtringat.*

Græcorum veriſſimum eſt dictum :

ἀπ'τέλαι μῶμος ϗ τῶν ἀφθύσων.

Senec. 3. de Benef. 19. ubi tamen ſolùm de Imperio in ſervos. Ferè inviſa Imperia ſunt, & omnis neceſſitas gravis.

Et veriſſimè à Rege Magno pronunciatum :

Plut. in Apoph. 181. E. & in vita Alex. 683. F.

βασιλικὸν εἶναι, τὸ κακῶς ἀκούειν εὐποιοῦντα.

Salluſt. Or. 2. ad Cæſ. in fin. Id igitur in levi habendum : dum probent vos probi.

Vivos interdum fortuna, ſæpè invidia fatigat. Ubi anima natura ceſſit, demtis obtrectatoribus; ipſa te virtus magis, magiſq; extollit.

Ovid. l. 1. Eleg. 15. *Paſcitur in vivis livore poſt fata quieſcit :*

Tum ſuus ex merito quemq; tuetur honos.

Iuſtin. in præf. *Sufficit mihi in hoc tempore judicium tuum, apud poſteros cum obtrectationis invidia deceſſerit, induſtriæ teſtimonium habituro.*

Sen. l. 7 d. Benef. c. 8. *In laudem vetuſtorum invidia non obſtat.*

Reliquum eſt, ut hoc loco Exceptionum Charybdis, triplex illud genus

Digitized by Google

nus fraudium, quo de fuſiſſimè Hodegeta noſter, à præceptis præmiſſis & inſeqq. de cauſis ſc. conſervantibus & firmantibus, ut & cauſis deſtruentibus & infirmantibus Principatum, Regnum, Imperium &c. ſilendo haud prætervehatur, non tamen, ut, vitando eandem, in Scyllam incidamus, at ſcorias exinde ab argento quilibet diſcant Imperantes ſeparare, vel omnia potiùs explorare judicio, ſequiora magnanimitate quadam ſapiendi rejicere, meliora verò conſtantia bonæ mentis amplecti, neque adeò videamur ignoraſſe, quid actus vitæ apud nonnullos ſuppeditaret, & quantum aulæ pleræq; artes diſtarent, à præceptionibus Scholæ! leg. plura in Not. Bœcl. p. m. ad h. l. p. 3.

Idem noſter eruditionis antiquæ & priſcæ ſapientiæ Antiſtes;

Fraudem itaque levem declinat, quod haud longè à virtute abeat, malitiæ rore leviter aſperſa; qualis diffidentia, & diſſimulatio:

Mediam, quod *ab eadem virtute flectat longius, & ad vitii confinia veniat; qualis Conciliatio, & Deceptio: Magnam, quod non à virtute ſolùm, ſed LLbus etiam recedat, malitia jam robuſta & perfecta; qualis perfidia, & injuſtitia.*

Modum e. duntaxat in ejusmodi ſervandum reapſe voluit Lipſius; *quod ipſum & Machiavellus, & alii docuere. Cum tamen hæc docenda aliquo inter juſtè & injuſtè comparatos Principatus, & aliquo inter regna æqua & tyrannides facto diſcrimine.* Conting. in præfat, ad Machiav. Princ. p. 29.

Atque adeò non minus crudè, quàm Machiavellus 1. diffidentiam commendat regnanti, inq; hæc vada Politicorum pleroſq; abripuit, uti idipſum ſcita hæc monitis Lipſianis ſubjecta edocent:

Etſi enim, *ut quisq; eſt vir optimus, ita difficilimè eſſe alios improbos ſuſpicetur.* Cic. ep. 1. ad Q. fratrem præcept. 3. c. 4.

Τὸ κακίας ἐλεύθερον, καὶ ὑφορᾶσθαι κακίαν ἀργότερον, id eſt: qui à vitiis liber eſt, is etiam ad malum ſuſpicandum tardior. Chryſoſt.

Οἱ ἀγαθοὶ εὐεξαπάτητοι: Boni facilè decipiuntur. Bias

Τὸ γενναῖον πλεῖστον εὐήθες μετέχει. h. e. Simplicitas, animiq; candor, inprimis in generoſis, excelſiſq; ingeniis cernuntur. Thucyd l. 3. p. 230. b.

Principi tamen turpem eſſe credulitatem meminit, & per eam errorem. Nam

Labi, errare, neſcire, decipi & malum, & turpe ducimus. Cic. 1. off. c. 6. pr.

Infida enim ubique omnia, & ſimulata; præſertim in aula: quia profectò

in animis hominum magnæ latebræ ſunt, magni receſſus. Id. pro M. Marcello.

Momus Vulcanum hominis architectum increpavit, quod ipſius in pectore non feciſſet oſtia, quibus apertis innoteſceret omnibus, quid vellet: & cogitaret, an mentiretur, an verum diceret? Lucian. in Hermotino part. 1 p. 549. A

ἅμα δὲ λέγειν, ὡς οὐδεὶς φίλος, ᾧ πολλοὶ φίλοι. Ariſt. 7. Eudem. 12. circ. f

Μηδὲν πιστὸν ἐν ἀνθρώποις. Fides in hominibus nulla eſt.

M. Anton. Imp. in Orat. ad milit. contra Caſſium. ap. Xiphil. p. 277. e.

Digitized by Google

Ovid. 3.d.art.

Quod ille Poëta inſuſurrat:

Ne citò credideris, multum citò credere lædit.

Q.Cic. d.petit.conſ.p.305 6. 9.

Itaque meritò ἐπιχαρμεῖον illud teneto, *nervos atq; artus eſſe ſapientiæ, non temerè credere.*

Conſtat in hoc nervo ſapientia, FIDERE NULLI:
Aut ſi vis ulli credere, FIDE PARUM.
Fide, ſed ante vide; qui fidit, nec benè vidit,
Fallitur: ergo fide, ne capiare vide.

Petrus Lindenbrogius ſic expreſſit:

Fide parum, multumq; vide: nam ſunt mala bina,
Si multum fidas, ſi videasq; parum.
Fide Deo fidus, mortali fidito cautè,
Et bellè ante vide, cui tribuenda fides.
Lubrica namq; fides hoc tempore. Providus ergo
Fidis, *quando, fide ne capiare, vides.*

Senec. ep. 3.

At utrumque in vitio eſt, *ſed illud honeſtius dixerim vitium, hoc verò tutius.*

Quod Heſiodus clamabat olim:

Πίστιες δ' ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.
Ipſa fides homines & diffidentia perdet.
(nempe cum ſine modo ſunt: temperandæ ergo ſunt.)

Cic. l 1. fam. ad Lentul. ep. 9. p 9. B. 60.

Quare perpaucis fidendum, *fronte ſc. & vultu, quibus ſimulatio facillimè ſuſtinetur.* Vel: *Fidelem ſi putaveris,* facies præcedit.

Diffidentiam verò nihilominus celandam:

Ποιεῖ γὰρ καὶ τὸ πιστεύειν δοκεῖν πιστεύεσθαι. καὶ τὸ φιλεῖν φιλεῖσθαι.

Liv. l. 3. c. 16.

Fit enim, ut, ſi fidas, fides tibi redhabeatur, & amere, ſi ames. Quibus non credendo fides abrogatur, infeſtiores fiunt.

II. Diſſimulationem adhibendam conſulunt.

Tac. 6. Ann. c. 50.

Jam Tiberium corpus, jam vires, nondum diſſimulatio deſerebat. Idem animi vigor, ſermone ac vultu intentus, quæſita interdum comitate, quamvis manifeſtam defectionem tegebat.

Et Principi eam planè neceſſariam

Æſch. Prometh. verſ. 585

οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ', ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ ὥσπερ δίκαιον πρὸς φίλους οἴγειν στόμα:

Nihil obſcuri implicando, ſed oratione ſimplici, ſicut rectum eſt, os aperire ad amicos.

ibid. 680. conf. Reuſn. claſſ. 3. ſymb. Imper. ſymb. 21. (p. 116.)

— — — νόσημα γὰρ
αἴσχιστον εἶναί φημι συνθέτους λόγους.
— — — peſtem namque
Turpiſſimam judicas orationem compoſitam.
(i. e. fictam)

Apud

Apud hoſtes, & apud ſuos:

Paucis carior fides, quàm pecunia eſt. Salluſt. Iug. c. 16.

Et alter à Græcia clamat Homerus:

ἐχθρὸς γὰρ μοὶ κεῖνος ὁμῶς αἴδαο πύλησιν, ὅσχ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ φράζει.

Haud minus ille mihi exoſus, quàm janua ditis
Mens aliud cui tecta tecta tegit, quàm lingua loquatur.

Regius vates inter notas perditiſſimorum hominum, hanc etiam ponit, *quod unusquisq; ad proximum ſuum corde & ore loquatur.* Pſ. 12. 2.

Fatuus ſtatim indicat iram ſuam, qui autem diſſimulat injuriam, callidus eſt. Prov. 12, 16. &c.

Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus; Sapiens differt & reſervat in poſterum. 29, 11.

Aperta odia, armaq; palam depelluntur, fraus & dolus, obſcura, eaq; inevitabilia. Tac. 4 hiſt. 24

De inimico ne loquare malum, ſi cogites. Syrus in Mim.

Poëtæ veteris, Ennii, illud falſum & improbum:

Eo ingenio natus ſum, amicitiam atq; inimicitiam in fronte promtam gero.

Nunquam aptos judicant huic Theatro, in quo locum Afranii ſimulans (fabula togata hoc nomine) habeat. Erat autem Afranius Poëta Latinus, togatarum fabularum Scriptor. Togatæ verò fuere illæ, in quibus de rebus Romanis agebatur, à toga denominatæ.

Meliſſus Grammaticus fecit novum genus togatarum, inſcripſitq; Trabeatarum. Sueton. de Illuſtr. Gramm. c. 21.

Sic *Comœdia palliata*, i. e. ſcriptæ ſecundùm & ritus & habitus hominum palliatorum, h. e. Græcorum. Donatus & Diomedes.

Κρυφίνους & κρυψίνους Heſychio eſt, qui animum ſuum occulit, qui animi cogitata celat, nec ulli aperit.

Contra, qui immodicè & ineptè, reverâ fatuellos eſſe monent.

Talibus ineptis ſimulatoribus competit illud Taciti: l. 1. hiſt. c. 45.

Quanto magis falſa erunt, quæ fiebant, tanto plura faciebant.

Juxta Vatem, neſcio quem:

Prudenter latitas, ſi te latuiſſe laceret,
Marce: ſed hoc ipſum, te latitare, patet.

Cui enim bono tegmen, ſi transluceat; Sic Seneca invehitur *in eas telas, quibus veſtis conficitur, nihil celatura, in quam non dico, nullum corpori auxilium, ſed nullum pudori eſt.* Seneca ep. 90. add ibi Lipſ. not. 20.

Quin ſemel hoc in omni genere fraudium capiendum:

— doli non ſunt doli, niſi aſtu colas. Plaut in Capt. act. 2. ſc. 1. v. 28
Sed malum maximum, ſi id palam provenit.

III. Conciliationem, ſive, ut liberius dicunt, corruptionem, cum callidè quis inclinat, & allicit ad ſe eorum animos, operasque, qui alieni ju-

Digitized by Google

l.35.c.14. f. ris ſunt, tolerant! Eam tamen uſitatam & utilem eſſe inculcant. *Hannibalem Pyrrhum Regem ea quoq; cauſa maximum Imperatorem judicaſſe*, refert Livius, *quod artem ſibi conciliandi homines eam habuerit, ut Italicæ gentes Reges externi, quàm populi Romani tàmdiu Principis in ea terra imperium eſſe mallent.*

Id. l. 28. c. 18. m. Scipioni *tanta erat comitas, atq; ad omnia naturalis ingenii dexteritas, ut hoſtes etiam infeſtiſſimos facundè alloquendo, ſibi conciliaret.*

Muneribus plerumque fieri tradunt. *Apud Odryſas, gentem Thraciam*, ut

Thuc. 2. 168. conf. Piccart. Obſerv. Dec. 7. c. 4. ſcribit Thucyd.

οὐκ ἔςι πρᾶξαι οὐδὲν μὴ διδόντα δῶρα:

Nihil ſine donis effici poteſt.

Salluſt. Iug. c. 16. Quibus faciles ubiq; corrumpi. *Paucis carior fides, quàm pecunia eſt.*

Id. ib. c. 29. *Scaurus magnitudine pecuniæ à bono honeſtoq; in pravum abſtractus eſt.*

ap Plut. in ejꝰ vita p. 604 e. *Ecquis poſſet reſiſtere tot armatis?*

Egregie quadrat Ageſilai Apophtegma.

Arcana reſerare, & in bello prodere dic:

Senec de Conſtant. ſap. c. 1. *Remp. hinc P. Clodius, hinc Vatinius, ac peſſimus quisq; venum dabat: & cætera cupiditate corrupti, non intelligebant, ſe dum vendunt, etiam venire.*

Tac. 11. A. 14. *Gotarces, Parthorum Rex, miſsis corruptoribus exuendam ad fidem hoſtes emercatur.*

Plutarcho teſte, *quum Philippus Macedo quandam arcem ac præſidium capere deſtinaſſet, valdè munitam, & exploratores retuliſſent, prorſus eſſe difficile atq; adeò etiam impoſſibile: percontatus eſt, num usq; adeò difficile eſſet, ut nec aſinus auro onuſtus poſſet accedere?*

Significans, nihil eſſe tàm munitum, quod auro non expugnetur. Quod ipſum quoque Poëtæ ſignificarunt *fabula Danaes à Jove ſupratæ, ſed Deo in aurum verſo.* Qua de re Flaccus, ubi hæc adduntur:

Aurum per medios ire ſatellites, & perrumpere amat ſaxa potentius ictu fulmineo.

l. 3. Od. 16. conf. Salluſt. in Catilin. c. 10. & in Jug. c. 8. 20. 28. 35. f. 11. in Orat. Sall. ab init.

Tac. 1. A. 5. add. 4. A. 60. de ux. Neron. Quid? quod in ſacrum ac individuum thorum penetravit iſta fraus! *Marita Maritum Fabium Maximum garrulitate ſua prodit.*

IV. Deceptionem quoq; probant, inducendo alium in tua commoda errore aut mendacio objecto. Diodolus de Athenienſi Rep.

ap. Thucyd. l. 3 p. 202. c. d. *Neceſſe eſt, non eum tantùm, qui peſſima & iniquiſſima ſuaſurus eſt, fraude circumvenire plebem: ſed etiam, qui optimè ſentit, mentiendo fidelitatis opinionem ſibi comparare. Itaq; ſola hæc eſt, & unica civitas, de qua nemo apertè, niſi fraude decipiat, bene mereri queat. &c.*

Nam

Nam

veluti pueris abſinthia tetra medentes tum dare conantur, prius oris pocula circumcontingunt mellis dulci, flavoq; liquore, ut puerorum ætas improvida ludificetur, labrorum tenus: interea perpotet amarum abſinthii laticem, deceptaq; non capiatur, ſed potius tali tactu recreata valeſcat: Sic ego &c. Lucret. l. 4.

Medicum quendam antiquum, ajunt, in puellâ regiâ curandâ, quæ abhorrebat ſectionem, ſcalpellum ſpongia, tectum intuliſſe, & uber dum leniter fovet, inciſiſſe. Sic Magiſtratus, civium vitia correcturus, fraude nonnunquam uti debet: nec metuere formulam, quod dolo malo. ap. Senec. l. 3. de Ira. c. 39.

Eandem crebram etiam apud Principes eſſe jactant verbis, literis, Legatis quoque: Ita Henr. Wottonium R. Angliæ Legat9 in Philotheca Chriſtoph. Fleckam. Aug. &c.

Hinc illa definitio: *Legatus eſt vir bonus peregrè miſſus ad mentiendum, Reip. causâ.*

Sed vix divinam ſanctionem tolerare; *Jubemur* enim *deponere* 1. Petr. 2.

πᾶσαν κακίαν, καὶ πάντα δόλον καὶ ὑποκρίσεις.

Ne velis uti mendacio ullo. LXX. Interpp. Syrac. 7, 9. & Eccl. 7, 14.

Μὴ θέλε ψεύδεσθαι πᾶν ψεῦδος, ὁ γὰρ ἐνδελεχισμὸς αὐτοῦ οὐκ εἰς ἀγαθόν.

E. hîc non ſimpliciter omne mendacium prohibetur, ſed ejus aſſiduitas & conſuetudo. v. Amirat. l. 19 diſc. 8.

Ita Demoſth. Philipp. illud conveniet:

Τὸ εὐσεβὲς, καὶ τὸ δίκαιον ἄν τ' ἐπὶ μικροῦ τις, ἄν τ' ἐπὶ μείζονος παραβαίνῃ, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν.

Nihil intereſt, utrum juſtitia in parvis, an in magnis violetur.

Nec decent ſtultum verba compoſita, nec Principem labium mentiens. Prov. 17, 7.

Guntherus in Ligurino hoc dictum ita reddidit: l. 3. v. 511.

—— —— nudo jus & reverentia verbo Add not. Rittersh. ad h.l.
Regis ineſſe ſolet, quovis juramine major. p.77. & Tubã
Non decet in labiis verſari lubrica Regis, Pacis p.77. m.
Non decet ore ſacro mendacia cudere Regem. Dn. Bernegg.
Sancta & plena ſuo ſunt regia pondere verba.
Dicta ſemel nullum patiuntur jure receſſum.

Damnat tamen circa Fraudem magnam V. Perfidiam, quoties per cavillos & argutiolas, fœdera eluſa videntur aut pacta: Plut. Apoph. Lacon. p. 219. 6. & Orat. 1. de fort.

Τοὺς μὲν παῖδας ἀστραγάλοις δεῖν ἐξαπατᾷν, τοὺς δὲ ἄνδρας ὅρκοις.

Plutarch. tribuit hoc dictum Lyſandro & Dionyſio Orat. 1. de Virtute; Alexander verò tribuit Dionyſio; quod præter alia argumento eſt, illas Orationes non eſſe Plutarchi. Alex. p. 330. f. & in Lyſand. 437. c.

οὐκ ἀνδρὸς ὅρκοι πίστις, ἀλλ' ὅρκων ἀνήρ. Æſchylus ap. Stob. Serm. 27.

Juramenta non fidem afferunt viro: ſed vir juramentis.

Digitized by Google

Eurip. ap. Stob. Serm. 28

ἡ Γλῶσσ' ὀμώμοχ' ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Lingua juravit, ſed injurata mens eſt.

(ſc. viri doloſi & injuſti.)

Cic. 3. off.

Juravi lingua : mentem injuratam gero :

Plut. in Apopht.

Cleomenes cum Argivis 7. dierum inducias pactas, tertia nocte eosdem induciarum fiduciâ ſecuros oppreſſit, inquiens, ſeſe non noctium inducias eſſe pactum.

Plura Exempla leg. in Theatro Zuuing. p. 1951. & ap Bodin. 5. de Rep. 6. Adde Exemp. Platænſium ap. Thucyd. l. 2. p. 103.

Sed fœdera iſthæc per calumnias eludentia Deum non ludunt: Nam

Liv. 9. c. 11. & l. 6. c. 29. Gregor. l. 10. c. 9 p. 351.

Perjurio iratus eſt Deus, cujus eluditur numen.

εἰς θεὸν ἡ ἐπιορκία τὸ τῆς καταφρονήσεως ἀνάπτουσιν ἔγκλημα.

—— *Etſi quis primò perjuria celat,*

Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

v. Horat. l. 3. Od. 2. f. ibique Interpp. conf. Herodot l. 6. c. 86. f.

Tac. 4. Hiſt. 57.

Fœderum ruptoribus eadem numina, eadem fata expectanda, quæ expertus Sacrovir, quæ vindex.

Liv. l. 30. c. 42 f.

Dii infeſti ſunt fœdera violantibus.

Plin. Paneg. c. 65. & Lips. not. 16. 760.

Nemini religioſius, quod juraverit cuſtodiendum, quàm cujus maximè intereſt, non pejerare.

(Nam Principum, ſtatus & ſalus juramento nititur, quod ipſis ſubditi præſtant.)

Zonar. to. 3. p. 75. 44 leg. quoque Val. Max. l. 6. c. 6.

Sic *Imp. Juſtinianus Rhinotmetus rupit fœdus Arabicum: & quamvis Arabes oraſſent, nè id faceret, Deum obteſtati, cujus numine interpoſito pactorum tabulæ confirmatæ eſſent. Eumq; vindicem invocarent contra eos, qui pugnæ cauſam præberent: tamen Imperator obturatis auribus ad pugnam ferebatur. Arabes igitur induciarum tabulis haſtâ ſuſpenſis, ac vexilli inſtar ante ſuum exercitum elatis, cum Romanis congrediuntur, eosq; vincunt.*

vid. Tub P 76. 77. 82.

Eod: modo *Gabriel Bethlehem Tranſſylvaniæ Princeps, anno 1623. in autumno, ſuſcepta in Cæſarem* FERDIN. *glorioſiſ: mem: expeditione, pactorum Edenburgenſium ſibi non ſervatorum, tabulas in vexillo quodam geſtaſſe dicitur.*

leg. Gruter diſc. in Tac. part. 2 p. 124. Add. Exempl. Iuliani ap. Zonar. to. 3. p. 18. 5. & Lyndenbrog. in Ammian. p. 4. p.

Et denique injuſtitiam reprobant; à quo fonte iſti actionum rivuli: obſtantes tollit per cauſam aliquam, aut etiam nullam.

Ita *Tiberius Rhodi ſpecie ſeceſſus, exulem egit.* Tacit. 1. Ann. 4.

L. Antonium ſepoſuit Auguſtus in Civitatem Maſſilienſem, uti ſpecie ſtudiorum nomen exilii tegeretur. Id. 4. Ann. 44.

Itemque *honoris ſpecie amolitur juvenem* (Germanicum) *Tiberius.*

Id. 2. Ann. 42.

Exilii honorem ſcitè vocat idem ille noſter

l. 1. hiſt. c. 21.

φυγῆς ὑπόκρυμμα καὶ παρακάλυμμα. Plutarch in Galba p. 1061. ubi Seneca Proprætore in Luſitaniam miſſo.

Exilii ſpeciem ac velamentum.

Amulius Italiæ Rex, expreſſo Numitore, filiam ejus Rheam in perpetuam virginitatem, nè quis vindex Regni ſexus virilis ex gente Numitoris oriretur, demerſit: additâ injuriæ ſpecie honoris, ut non damnata, ſed ſacerdos electa videretur.

Iuſt n. 43. c. 2. p.

Injuſtitia item invadit in mutatione Principum, aut in domeſticis diſſidiis;

Opportunitate enim *magnis conatibus tranſitus rerum.* Tac. 1. hiſt. 21.

Quâ oratione Otto ad Imperium ſe extimulat: agendum, audendumque, dum Galbæ auctoritas fluxa, Piſonis nondum coaluiſſet: opportunos.

Sic idem Tacit. *Totius orbis mutatione fortuna Imperii tranſit.* l. 3. hiſt. c. 49.

Et ſeditioſus ille Percennius ad milites Rom. apud eundem:

Quando tandem, inquit, *auſuri eſtis remedia petere, niſi novum adhuc & mutantem Principem precibus vel armis adieritis.* l. 1. Ann. c. 17.

Item poſt exceſſum Auguſti, rerum potito Tiberio: *Pannonicas legiones ſeditio inceſſit; nullis novis cauſis, niſi quod mutatus Princeps licentiam turbarum, & ex civili bello ſpem præmiorum oſtendebat.* 1 1. A. 16. à pr.

v. Petrarch. p. 722. f. in lib. epiſt. ſine tit. ep. xi. Reusner. ſtratagem. 1. p. 59.

Othoni (Imperium affectanti) *compoſitis rebus nulla ſpes: omne in turbido Conſilium:* Id. l. 1. hiſt 21.

Appoſitè quoq; Seneca: *totus orbis ad occaſionem concuſſi Imperii* (Romani) *intentus eſt.*

Jus in armis habet: ita reſpondit Pompejus M. Mammertinis. *Privilegia quædam obtendentibus,* Sen. conſol ad Helv c. 9. p. 80. a.

οὐ παύσεσθε ἡμῖν ὑπεζωσμένοις ξίφη ἀναγινώσκοντες. Plut Pomp. 623. D.

Fortior quippe in ſaccum detrudit debiliorem:

Ita Lyſander, *Argivis in controverſia quadam adverſus Spartanos juſtiora argumenta afferre dicentibus.* v. Eundem Apopht. Lacon. p 229. & in Lyſand. 445. f.

Sic apud Zonar. Valerius Levinus Conſul. ad Pyrrhum.

Zon. t. 2. p 441. 55.

Benè Antigonus, cùm ei libellus de Juſtitia à Philoſopho quodam offerretur, *ſtolidum illum eſſe hominem*, dixit, *qui ſibi alienas urbes tum vaſtanti, diſceptationes de juſtitia ſcriberet.* Alber. Gentil, de Iur belli l. 1. c. 1. ex Plut. Orat. 1. de Fortun l. fort. Alexand. p. 330.

Nihil cum potentiore juris humani relinquitur inopi, ait Cajus Pontius Samnitium Imperator.

Liv. l 9. c. 1. conf. l 37. c. 36.

Ἀεὶ καθεστὸς ἥσσω ὑπὸ τοῦ δυνατωτέρου κατείργεσθαι. Thucyd. l 1. p. 51. c & p. 56. b. & p. 401. c.

Et

Digitized by Google

Et paulo poſt:

βιάζεσθαι γὰρ οἷς ἂν ἐξῇ δικάζεσθαι οὐδὲν προσδέονται.

Semper ita moris fuit, inferiorem à potentiori ſubjugari.

Et quibus vi uti licet, judicio decertare nihil opus habent.

ap. Tac. l. 3. Ann. c 69.

Sic Tiberius: *Minuitur jus, quoties gliſcit poteſtas.*

Omnia uſus metitur: Ita ſunt verba Tiridatis Armeniæ Regis;

Tac. 15. A. 1. conf. Orat. Nivernii ap. Thuan. l. 59. p. 43. a. b.

ſua retinere, privatæ domus; de alienis certare, regiam laudem eſſe:

Cic. 3. d. Rep. 340. a. 17. cit. Lactant. Epitome. c. 1. Adde Exempl. ap. Thucyd. l. 1. p. 51. it. Paſchalium d. Legato, c. 12.

Quod ſi actiones populi, penes quos ſit imperium, ipſiq; Romani, qui orbem totum poſſedere, juſtitiam ſequi velint, ac ſuum cuiq; reſtituere, quod vi aut armis occupaverint, ad caſas & egeſtatem revertentur: quod ſi fecerint, juſtos dicimus quidem, ſed tamen ſtultos judicare neceſſe eſt, qui ut aliis proſint, ſibi nocere contemnunt.

Si tyrannorum liberi ac propinqui longiſſimo temporum, puta 100. *annorum decurſu arreptam à proavis Tyrannidem continua ſucceſſione, ſine interruptione tueantur, ac juſtis imperiis Rempubl. moderentur, non debet illud imperium Tyrannidis appellatione venire. Nam diuturna illa præſcriptio temporum legitimæ creationis vim habet.*

v. l. hoc jure. §. ductus aquæ d. Aq. quotid.

Evolv. Bodin. l. 2 d Rep. c. 5. pa. 208. b. c. Add. Arniſæ. l. 2. d. Rep. c. 3. ſect. 7. n 10. 40. 42.

Quod autem dicitur, Jura Majeſtatis præſcribi non poſſe, ad privatos ſpectat, qui Jure Majeſtatis, ſtante Rep. uſurpare conantur: non autem in converſione totius Reip.

Dixi, ſine interruptione ac interpellatione,

i. e. *Si nulla in Tyrannum ejusq; liberos conſpiratione, nullâ interceſſione cives imperantis poſſeſſionem perturbaverint. Ex eo enim quodammodo perſpicuum eſt, ejus imperiis ſponte cives acquieſcere, ac juſtum Principem comprobaſſe.*

l. 3. c. 16. f.

Iſto verò modo ſe defendit Michael de Spoſa apud Pachymer. ubi: *Nihil cujusq; eſt, niſi ejus, qui rei bellicæ ſtudet.*

Et Romani ap. Liv. l. 35. c. 16. m. Cic. Philip. XI. c. 12. (p. 487. a. 37.) Ragion di ſtato.

Nonne C. Caſſius eo ex Italia conſilio profectus eſt, ut prohiberet Syriâ Dolobellam? Quâ Lege? quo Jure? eo, quod Jupiter ipſe ſanxit, ut omnia, quæ Reip. ſalutaria eſſent, legitima & juſta haberentur.

Et magnam quidem aliquam, aptamque injuſtitiam, nec ii palam probant, qui probant. Cyrillus Archiepiſcopus Alexandrinus ad Gennadium Presbyterum: *Diſpenſationes* (*οἰκονομία.* vid. Caſaub. Notas in Epiſt. Gregorii Nyſſenii p. 105. & ſeq.) *rerum cogunt, nonnunquam parum quidem quosdam à debito foras exire, ut majus aliquid lucriſiant. Sicut enim hi, qui mare navigant, tempeſtate urgente, naviq; periclitante, anxiati quædam exonerant, ut cætera ſalva permaneant; ita & nos, cum non habemus ſalvandorum omnium negociorum certitudinem, deſpicimus ex his quædam, ne cunctorum patiamur diſpendia.*

refertur in 16. diſputationes 1. q. 7. ap. Gratianum,

Nul-

Nulla lex ſatis commoda eſt omnibus: id modo quæritur, ſi majori parti, & in ſumma prodeſt. ap. Liv. l. 34. c. 2.

Et Cato major in Orat: pro L. Oppia:

In Rep. cenſendum perinde, ut in amicitia, dicebat Horatius:

——————amicus dulcis, ut æquum eſt,
Quum mea compenſat, vitiis bona, pluribus hiuc, l. 1. ſatyr. 3.
(ſi modo plura mihi bona ſint,) inclinet amari Alex. Aphrodiſ. in 3. Topic. ex loco Ariſtot.
ſi volet: hâc lege in trutinâ ponetur eâdem,

Illud enim præſtantius judicandum, quod ex minoribus incommoditatibus conjunctum eſt.

Ut præter LL. occidere: videtur & hoc referendum inter *magna illa Exempla* h. e. ſimplicia, *quæ habent aliquid ex iniquo, quod adverſus ſingulos utilitate publica rependitur.* Tac 14. Ann. 44. f. 225. c.

Plato paulò aliter: *Hydriæ caput eos amputare, qui de Legibus omnia incommoda detrahi poſſe opinantur.*

Sumta eſt autem illa ſententia Taciti ex Oratione C. Caſſii, quâ defendit morem illum veterem, *ex quo ſi ſervus Dominum occidiſſet, reliquam familiam omnem, quæ ſub eodem tecto manſit, ad ſupplicium agi oportebat. Cum enim objiceretur, multos innoxios ita perituros*, reſp. Caſſius: *Nam &*, fuſo exercitu, *cum decimus quiq; fuſte feritur, etiam ſtrenui ſortiuntur. Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra ſingulos utilitate publ. rependitur.* Adde Lipſ. d. Conſtant. l. 2. c. 17. ſub fin.

Sic Sueton. Paullinus *totâ pœnè Britanniâ amiſſâ, Londinum deſerit, neq; fletu & lachrymis auxilium ejus orantium flexus eſt: ſed unius oppidi damno ſervare univerſa ſtatuit.* ad Tacit. 14. Ann. c. 33.

οἰκονομίας ἐστὶν ἔμφρονος, ἀνάγκης κατεπειγούσης ζημιωθῆναι μικροῦ κέρδους ἕνεκα μείζονος καὶ συγχωρῆσαι τὰ ἥττω τοῖς ἕλκουσιν, ὥστε τοῦ τὰ μείζω ῥαδίως καρποῦσθαι. Niceph. Gregor. l. 5. c. 1.

Prudentiæ munus eſt, exiguum damnum emolumento magno poſthabere. d. Arcan. Imper. l. 4 c. 16.

Licere civibus res adimere cauſa Reip. oſtendit Bremenſis ille Profeſſor Altorfinus.

Privilegia flectere aut frangere:

καὶ οὐ κατὰ τοὺς νόμους μόνον, ἀλλὰ δὲ τῶν νόμων ἄρχειν, πρὸς τὸ συμφέρον. Plut. in Flamin. in fine parallel. per 382. D.

Philopœmentalis.

Contradicit Waremundus de Erenberg. in Veriſimilibus p 177. f. & ſeq.

Aliena tandem occupare;

Honeſta quadam ſcelera ſucceſſus facit.
Sen. Hipp. act. 2. verſ. 241. (1263. a. 598.

Iuvenal. ſatyr. 13. verſ. 105.

Contra alius nunquam ſucceſſu creſcit honeſtum,
Ille crucem ſceleris pretium tulit: hic Diadema.

l. 9. c. 27. p. 307. & l. 11. c. 1. p. 370. conf. Alb. Gentil d. Iur. belli l. 1. c. 14.

Exemplum *injuriæ factæ metu injuriæ* v. ap. Gregor.

Sic alter Seneca: *pro gloria habentur, quæ quamdiu opprimi poſſunt, ſcelera ſunt. Sic Catilina ſceleſtus & parricida vocatur, quia conatus opprimere patriam, ipſe oppreſſus eſt. Cæſar felix, & Pater patriæ, quia perfecit.*
l. 8. d. Ira. c. 8. f.

ap. Thucyd. l. 1. p. 24. d.

Legati Corcyræorum: Δεῖ προεπιβουλεύειν μᾶλλον, ἢ ἀντεπιβουλεύειν.
Oportet inſidias anticipare potius,
quàm inſidiantibus contra inſidiari.

Liv. l. 28. c. 44. p.

Plus animi inferenti periculum, quàm propulſanti.

Prolix. docet Cl. pm-4. arcan. 10. præcipuè v. Alb. Gentil, l. 1.

Præveniendum iis, qui nocere poſſunt.
Major ſpes, majorq; animus inferentis vim, quàm arcentis.
Liv. l. 21. contrarium docet Reusn. ſtrat. l. 1. c. 9. p. 30. qui ſibi ipſi tamen contrarius videtur eſſe, it. p. 223. f.

Gregoras l. 5. c. 5. p. 94. de Palæologo Lachanæcædem procurante.

Oportet eos, qui citra periculum velint vivere, antevertere vel occurrere malis impendentibus, & ſi in præſentia creſcentis plantæ radicem facilè præcidere poſſis, non eſt cunctandum, neq; etiam expectandum, ut acceptam injuriam cum periculo ulciſcaris, cum adverſarii malè cogitantis conatus opprimere liceat.

Zonar. t. 3. p. 174. 517.

Baſilius *vim facere, quàm pati maluit.*

Liv. l. 3 c. 42. f.

Bello ultro inferendo deterretur hoſtis à conſilio urbis oppugnandæ.

Idque commodi tantùm aſpectu; nam Principem oportet in rebus valdè afflictis & adverſis, *non ſpecioſa dictu, ſed uſu neceſſaria ſequi.*

Curt. Lib. 5. c. 1 poſt pr. 99. m. Val Max. l. 7. c. 6. ex. 1. Liv l. 23. c. 14. in m.

Cedit interdum generoſus ſpiritus utilitati, & fortunæ viribus ſuccumbit: ubi niſi tutiora elegerit conſilia, ſpecioſa ſequenti concidendum eſt.
Honeſta utilibus cedunt, in rebus extremis.

Athenienſes inquiunt ad Medos:

οὐ γὰρ δεῖ ἐπί γε τὴν ἐν τοῖς αἰσχροῖς, καὶ προὔπτοις κινδύνοις πλεῖστα διαφθείρουσαν, ἀνθρώπους αἰσχύνην τρέψεσθαι: πολλοῖς γὰρ προορωμένοις ἔτι ἐς οἷα φέρονται, τὸ αἰσχρὸν καλούμενον, ὀνόματος ἐπαγωγοῦ δυνάμει, ἐπεσπάσατο, ἡσσηθεῖσι τοῦ ῥήματος, ἔργῳ ξυμφοραῖς ἀνηκέστοις ἑκόντας περιπεσεῖν, καὶ αἰσχύνην αἰσχίω μετ' ἀνοίας ἢ τύχης, προσλαβεῖν.

Conf. Sartorii Plutarch. 1 p. 571. a. it Senec. conſol. 27. (186. m. vid quoq; Eraſm. Adag. ingens neceſſitas 1358.

Non ſic ad damnoſiſſimum hominibus in fœdis & præſentiſſimis periculis pudorem confugieris; Multi ſiquidem ſcientes, videntesque, quâ præcipites abirent nomine illo ſpecioſo turpitudinis ſe vinci paſſi, re ipſa in extrema calamitates præcipitarunt, longeq; ſibi majorem, per amentiam ſuam, turpitudinem, quàm à fortuna tuliſſent, conflarunt.

Hoc ipſum timidè Deus, Deus, nónne palam reclamat? Qui igneo illo

illo ſpiritu omnes iſtas humanas argutiolas difflat *quaſi ventus folia, aut peniculum tectorium.* Plaut. Mil. act.1.ſc.1. v.18

Qui purus, omnia pura vult. v. Deut.25.16. & Eccl.10,8.

(*Eſt verò peniculus tectorius, quo parietes dealbantur, conſtans è ſetis porcinis, aut pilis aquilæ caudæ. Sed cum talis penniculus non tàm facilè diſſipetur, quàm folia; rectius hîc legit* Turnebus *panniculam tectoriam, & panniculam interpretatur, lanoſam comam, qualis eſt arundinum, quibus integi villaticæ domus ſolent.*) Plin.l 28.c.27 Turneb. l. 2. c 28. Plin.l.16.c.36

Cauſa (ſi dicendum homini) turbarum hodie à Gubernatione obliquâ; Sic *Andronicus Junior ſecum cauſam calamitatum Imperii Byzantini reputans, præter alia plurima calamitatum Imperii cæteris eſſe gravius animadvertit, publicæ diſciplinæ perturbationem* (τὸ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἀστάθμητον) *& forenſium negotiorum multiplicem, ac ob vetuſtatem penè immedicabilem morbum & Reip. pernicioſum. Ut enim morbi; qui è malo corporis habitu oriuntur, paucos invadunt, nec publicè vagantur: aëre verò infecto omnes, qui eodem in loco degunt, cœli gravitatem ſentire neceſſe eſt; eadem quoq; ratio ſingulorum delictorum eſt, ſi cum publicis judiciis conferantur.* Gregoras l 9. c.25.f.p.306.

Non erit cuiquam grave, ſi homo germanus & Imperii ſubditus, & Familiæ Austriacæ Cliens devotiſſimus, (Benevolentiam) Candorem, Amorem & Obſervantiam erga IMPERATOREM Noſtrum Romanæ Purpuræ ex Carol. Cap. XV. Mſc. H. A. I. &c. in pauca con- & ſubjiciam. Eſto initium à

RUD. I. qui Myſtarcharum Rom. amicitiam ſtudio ſingulari colebat, nec eos temerè putabat irritandos, quippe & Gallico præſidio fultos, & Germanicorum imprimis Epiſcoporum factione potentes. Idem enim Imper. humanitate modeſtiaq; ſua nihil aliud à Romano Præſule retulit, quàm quod invito ipſo Vicarium Imperii Generalem, arrogato Imperii jure, *ex Sigonio*, in Italia conſtituerent. Romam denique ad Coronam Imperialem accipiendam evocarunt, quod tamen ipſi perſuaſum non erat, dicenti, *ſe ab Italia deterreri*, quod Cæſarum verſus eam veſtigia læta, magnifica, plenaque bonæ ſpei videlicet, ſed retroverſa, triſtia, miſera, luctuoſa: ſive, *ut alii referunt*, multos Alemannorum Reges, Italiam conſumſiſſe, non ire ſe Romam, Regem eſſe, Imperatorem eſſe, nec minus pro utilitate Reip. acturum, quàm ſi Romæ fuiſſet coronatus. Cum ejuſdem Filius

ALB. I. pro more Electionis ſuæ, *Confirmationem à Bonifacio VIII.* peteret, Pontifex accinctus Enſe, Coronâque Imperiali ornatus in publicum prodiens exclamavit: Ego ſum Cæſar & Pontifex; ac indignabundus electionem; negata confirmatione, frivolam ac

nullam pronunciavit, ut liquet ex *Platina* & *Cuſpin.* atque *Cranzio.* Poſt integri ſeculi & quod excurrit decurſum,

ALB. II. rerum ſummæ præfectus, qui, quò minus, more majorum impeteretur, brevitas imperii fecit, nam, ut inquit *Salluſt.* in Imp. c. 66. proditio vitiatur celeritate.

FRID. IV. Imperii principium ſtatim incidit in illa tempora, quibus Pontificum Eugenii, Feliciſq; *infelix diſſidium* Chriſtianam Remp. vehementer turbavit; quas turbas tollendi cauſâ, cum publica deliberatione Imp. Moguntiæ tractaret de Concilii Baſileenſis, quod Eugenium depoſuerat, auctoritate conſervanda. Simulq; exactionibus per Germaniam minuendis, literis, ea de re, tradente *Naucler.* & *Wimphel.* Scriptis ad Regem Galliæ, ut vel ad eum Conventum veniret ipſe, vel aliquot eximios viros mitteret: Eugenius eo cognito id per Legatos egit, ut à Reg. Galliæ neutrum Imperator obtineret. Quanquam autem poſtea nulli humanitati parceret Frid. ad demulciendos ſequentes Pontifices, eam tamen à Pio II. retulit gratiam, ut Sigism. Auſtr. nullo Imperatoris reſpectu habito diris devoveret, miriſq; Imperium turbis involveret. *Nec melior* Paul. II. cum Conſtantinopoli captâ Romam proficiſceretur, & de ſuſcipienda in Turcas expeditione deliberaret, ab illo, poſthabitis Cæſareis poſtulatis, præclari hi conatus eluſi fuere Annæ Britannicæ raptum, quæ

MAX. I. Ritu Regio deſponſata erat, Alex. VI. pecuniâ à Rege Galliæ acceptâ approbavit; & matrimonium quod inter Margaretham Maximiliani Filiam Carolumq; VIII. R. Gall. contractum, *teſte Cominæo,* perperam diſſoluto: adhæc eodem Imperatore renitente, præcipuas Germaniæ Provincias idem mandatis expilationibus, *Auctore Mutio* divexavit. Eum inſecutus Jul. II. qui cum inclytum Heroëm ad graviſſimi belli Veneti ſocietatem protraxiſſet, ac is Venetos, occupatis eorum urbibus præſtantiſſimis, ad ſummam neceſſitatem adegiſſet; Julius contra Venetis, in gratiam acceptis, percuſſo cum his fœdere, ſuum exercitum adverſus ipſum Cæſarem & Gallum, *tradente Guicciardino,* bellator eduxit. Eadem fide ſuſpecta, id. initio etiam Pontificatûs à Gallo alienior eum Maxim. Cæſaris & Mediolanenſium Ducis amicitiæ contra Gallos, tum Mediolano imminentes, ſtuduiſſet, mox ad Franciſcum R. Galſ. ſeſe applicuit, Regiq; Imperium Conſtantinop. *ſcribente Ferronio in vita Fr. Valeſii,* donavit. Primum Imperium ambientem Gallum contra

CAR.

Digitized by Google

CAR. V. fovit & adjuvit Leo X. dein literis & nuntiis per Germaniam miſſis, id egit, ut Caroli Coronatio Aquisgran. & Conventus Wormat. indictus retardaretur. Imò Clementem VII. quoties in fœderis ſocietatem à Carolo receptus fuit, toties fœdiſſimè ex ſocio hoſtem evaſiſſe res notiſſima eſt. *Jov. & alii*, ipſeq; Imp. Carolus anteriora ſingula *Commen. in Reſponſione ſua ap. Goldaſt. tom. 3. Conſt. Imperial.* De Pauli III. ſtudio amicitiæ Cæſareæ ſimulato fuſiſſimè *Thuan. Lib. 4.* Paul. IV. cum Cardinalis adhuc malevolentiä in Cæſarem Paulo III. Succeſſor fuiſſe, occupandi Regni Neapol. tunc nocendi majorem adeptus occaſionem odio Cæſarem, ejusq; partibus addictos perſequi cœpit. Inducias inter Cæſarem & Gallum in Belgio pactas turbavit; denique Philipp. Filio, cui Pater Imperio abdicato Regnorum adminiſtrationem commiſerat, Papa Siciliæ, Neapolisq; Regna Beneficiario Titulo Eccleſiaſtico obnoxia conferre, *oſtendente præter alios Roſeo & Roſello*, renuit.

FERD. I. cum pro ſua erga Sedem Rom. obſervantia Paulum Pontificem de Imperii adminiſtratione ſuſcepta certiorem reddere ſtatuiſſet, cum ſignificatione voluntatis de Diademate Imperali, prima quavis occaſione, petendo, recipiendoque, idem Paul. tanta malevolentia obſervantiæ Cæſareæ reſp. ut ſe hominem ad mutua benevolentiæ ac humanitatis officia propenſum minimè demonſtrarit. De quibus omnibus prolixè legendus *Thuan. l. 21. hiſt. ſub init.*

In noſtros porrò IMPP. QUI EX EAD. AUGUSTISS. DOMO continua ſerie ſunt ſecuti, quamvis Pontifices ita geſſerunt ſeſe, ut malevolentiæ culpam ab Anteceſſoribus contractam eluiſſe videri queant; tamen quia minimè dubitandum eſt; quin priſtinæ potentiæ reſtituti, animo ad inveteratum PP. odium converſo Majeſtatem Imp. Principalemq; ſplendorem omni arte ſint impedituri, ſic cum

MAX. II. in Imperii Comitiis Auguſtanis Libertatem Religionis Proteſtantibus concedere vellet, per Nuncium ſuum Pius V. ſatis pro Imperio ſignificavit, ſe id nullo modo permiſſurum, nec ullius Principis ſecularis eſſe ejusmodi poteſtatem & auctoritatem ſibi arrogare, *teſte Cæſare Campana in Vit. Phil. II. Hiſp. R. part. 2. lib. 10.*

Huic, conſimile ferè factum inſolens accenſetur de controverſia illa inter Florentinum & Ferrarienſem, Dignitatis prærogativam ad Imperatoris propriè Judicium pertinentem, ab eodem nihilominus impugnatam, qua de latiſſimè *Thuan. l. 46. & 54.*

Digitized by Google

RUDOLPHO II. principibusq; Calendarii emendationem Greg. III. indignè præripuit, cum tamen olim, non niſi Cæſar, *teſte Sueton.* Faſtos correxerit. Quis etiam unquam tot præclaras Imperatoris hujus victorias Turc. pejus dehoneſtavit vel deformavit, quàm clandeſtinus Papæ inſtinctus!

MATTHIÆ I. Imp. tempore, licet olim Cardinalis Teutonicus habitus fuerit monſtrum corvo rarius albo, ſecundum *Cranz.* 12. *Vand.* 24. poſtea mutato Principum ſtatu, eum Germanis honorem, ſi Diis placet, frequentius habere cæp. ex quo hominum genere præcipue Melchior Cleſelius erat, qui verò, quantum obfuerit Nomini Auſtriaco, ARCHIDUCES IPSI denique viſi ſunt agnoſcere, dum eundem anno 1619. loco motum Creburgum deportarunt. Extincto Matthia

FERDINANDUS II. Regnorum adminiſtrationem inter flagrantiſſimas turbas arripuit, ille Romanæ Sedis obſervantiſſimus: aſt, quid iſtis erga Romanã Sedem officiis præſtitum ſit? Nimirum, ut per latus Philippi IV. Dominici Victoris Gentilis ſui ipſe ferietur. *Omnium pleniſſ. S, J. Wilid. Gernæus L. de Virtut. Ferd. II.*

[Neque hoc loco ad ſilentium redigendum, quod ELEONORA IMPERATORIS FERD. II. ex altero Matrimonio Vidua, pridie Idus, feria tertia, anno 52. Electores Pragæ convivio excepit, eoque in epulo ad pocula & dapes erat Gynæceum Auguſtale, ſolæque illæ virgines in eo convivio miniſtrabant.

vid. *Thuld. continuat. Bracbel. part. 1. pag. 56. cum ſeq.*]

FERDINANDUS III. Imperii Cuſtos, & Conſervator, & Propugnator, Cognomento verò Pacificus, Concordiæ & Compoſitionis Oſnabruccenſis AUCTOR eſſe non deſtitit; Pacificatum Legati ejus venerunt, poſteritati otio conſulturi: proſpèrè decedentibus & tranquillatis mox rebus Germanis, Innocent. X. Pacem iſthanc Germaniæ Bulla Rom. d. 3. Jan. A. C. 1651. abrogare, demoliri, deturbare quidem ſuſtinuit; ſed evertere non potuit. *leg. Rup.* V. H. *ſuppl.* p. 712. *cum ſeq.* Nunc verò TUÆ MAJESTATI,

LEOPOLDE I. PIE, FELIX, AUGUSTE eruditum heic præallegati Caroli ſtylum à PARENTIS - TEMPORIBUS TUIS commodando, qui MAJORUM TUORUM Glorias immortales animo complecteris, magis benevolos, humaniores & obſervantiores hujusmodi Præſules nominare poſſumus? Amicitiam quidem non fucatam quoque per Legatos promittere forſitan perfrequens, ſed eò pernicioſiꝰ eſt, quô pejor odio eſt amoris ſimulatio, *ut ait Plinius*

in

Digitized by Google

in Panegyr. lib. 12. ep. 10. Atqui haud dubiè, PRINCEPS SERENISSIME, motu ſpontaneo credis, quæ commemoravit perſæpè *cit. Auctor* de eo, quod Chriſtianus II. Elector Sax. in literis ad Matthiam Regem Hungariæ 6. Octobr. Anno 1608. germanico & amico olim pectore monuit.

Et quemadmodum á limine ſtatim Tui Regiminis vel Imperii extitiſti Ipſa Humanitate humanior, prorſusque admiranda, qua tamen nihil Majeſtati detrahebatur; ita etiamnum hodie IMPERATOR non Reverentiam terrore, ſed amorem humanitate aptus, natus eſt.

Rupertus in ſuppl. hiſt. univ. ſub fin.

Ut *Viennæ* reſtituereris, tranſiiſti *Imperii Urbes*,
Ut *ſalutare* quoddam, & *beneficum Sidus*.
Ingreſſus attuliſti populis gaudia,
Egreſſus natantes in lachrymis oculis aſpexiſti:
Oblatos paſſim *Claves* Urbium *accepiſti*,
Ut ad omnium animos TIBI viam aperires.
Nam neque hos TIBI clauſos volebant, qui TE amabant;
Affectus ex populorum concurſibus metire.
Videre TE CÆSAREM, *omnium votorum meorum eſt ſumma:*
Alium ut videam, neq; vivere deſidero:
Quia TE *voveo immortalem!*

Itaque IPSE S. PRINCEPS in ſuo Comp. pag. 6.
Inter cætera quoq;, ad quæ Princeps attendere debet, hoc non eſt nimium, ut Amorem & Benevolentiam ſubditorum SIBI *conciliet, eorumq; animos ita ſibi devinciat, ut Eum tanquam Patrem diligant atq; venerentur. Quod quidem variis ille modis aſſequi poterit.* Et quia *Affabilitas & Benignitas* plurimùm hac in parte valent, ideò has virtutes ſingulariter Principi commendamus. Sit igitur Princeps *comis*, ſit *affabilis*, omnibusque ſuum vultum benignum & benevolum præbeat, & interdum cum uno aut altero benignum aliquod verbum conferat. Nam incredibile eſt, quantam Benevolentiam, vel unicus benignus aſpectus, vel clemens unum à Principe prolapſum verbum apud ſubditos generet. *Non tamen ita* ſit affabilis, *ut gravitatem omnem abjiciat*, ſed eam cum comitate permixtam habeat: Sicuti enim Principem á ſubditis amari, ita & timeri oportet, non tamen timore ſervili, ſed filiali. Nullâ verò alia re Princeps à ſubditis diſcernitur, quàm ſi quoque *Auctoritatem ſuam ſartam tectam maximè conſervet*, per hanc enim & ab extraneis cum reſpectu honorabitur, & à ſub-

Digitized by Google

à ſubditis cum amore timebitur. Hac ſublata, nec reſpectum, nec timorem, nec obſervantiam, neque obedientiam ab illis habere poterit. Sed omnibus erit vilipendio, ut jam nihil dicam de diſcrimine amittendi & ipſum Regnum.

RADIUS PRIMUS

LENITAS.

Affectus ille in Regem vel Imperantes, Benevolentiam volo, *paratur via triplici, Lenitatis, Indulgentiæ, & Beneficentiæ.* Lenitate quidem in Imperante, & circa Imperantem.

Cic. 2. offic. Quoad illam,

Difficile dictu eſt, quantopere conciliet animos hominum comitas, affabilitasq́ ſermonis.

Plin. Paneg. f. 16. m. c. 21. f. Conf. Gruter. diſc 3. in Tac. part. 2. Exemplo Trajani, ut

ita cum civibus, quaſi parens cum liberis vivat.

Raro hoc, ſed magnæ laudis, *cum virtutes ſpecie diſpares prudentiâ junguntur.*

Cic. Orat. ad Brut. c. 10. p. Tac. in ejus vita c. 9. Talis fuit Agricola, de quo Tacitus:

Nec illi, quod eſt rariſſimum, ac facilitas auctoritatem, aut ſeveritas amorem diminuit.

Cic. ad M. Brutum in Orat. Unde parum abludunt verba Cic.

Quid enim tàm diſtans, quàm à ſeveritate comitas? quis tamen unquam te aut ſanctior eſt habitus, aut dulcior?

Iſocrates Nicocli ſic præcipit:

Urbanus eſſe ſtude & gravis; quorum hoc Principatum decet; illud congreſſibus eſt aptum. Sed hoc eſt rerum omnium difficilimum. Nam eos qui gravitatem affectant, plerumq́ frigere: qui verò urbani eſſe ſtudent, eos humiles & abjectos videri comperies. Eſt autem utrâq́ hac ratione utendum, & finitimum utriq́ incommodum effugiendum.

Sed premenda etiam in omni Imperio, ut tranquillum id ac leve ſit,

Senec. 1. de Clem. c. 7. *nec alia ejus facies, quàm ſereni cœli ac nitentis.*

Liv. 34. c. 48. Exempl. vid. in Lycurgo, Plut. c. 40. Sic Quintius in Livio *Civitatum Græcarum Legatos* hortatur, *Libertate modicè utantur; temperatam eam ſalubrem & ſingulis, & civitatibus eſſe nimiam, & aliis gravem, & ipſis, qui habeant, effrenatam & præcipitem eſſe.*

L. 34. c. 7. f. Et idem Livius:

Quo plus poteſtatis, eo moderatius imperio uti debetis.

Hoc

Digitized by Google

Hoc ex ingenio hominum eſt: *Ita Britanni dilectum & tributa, & injuncta Imperii munera impigrè obeunt, ſi injuria abſint: has ægrè tolerant, jam domiti ut pareant, nedum ut ſerviant.* Tac. Agric. fol. 456. c

Servitus & Libertas æquè nocent, ſi modum excedant. Plato ad propinq. Dionis.

In Thracia quadam urbes nova atq; inſueta libertatis vitio ſeditionibus Principum turbata. Liv. l. 39. c. 23. f

Hoc ex uſu ipſius Imperii; hinc Quies:

Moderatione autem *plura, quàm vi confici certum eſt.* Oſtendit Gruter. diſc. in Tacit. part. 2. p 30. m.

Hinc Fides; nam *levi Imperio & ob ea fideliſſimi.*

Salluſt. in Iug. c. 89.

Hinc Stabilitas; & contra: Quum *Imp. Alexandro Severo nimiam civilitatem objiceret, & Mammæa mater, & uxor Memmia, ſæpiusq; dicerent, molliorem tibi poteſtatem & contemptibiliorem Imperii feciſti: Ille reſp. ſed ſecuriorem & diuturniorem.* Æl. Lampr. in ejus vita c. 20.

Sic Plinius:

Abſit ſuperbia & aſperitas; nec timoris contemt. Plin. l. 8. ep.

Affine eſt, quod ſcribit idem: Id. l. 1. ep. Capitol. in Pio.

Mitium dominorum ipſa conſuetudine metum exoleſcere.

Imperatorium faſtigium Pius *ad ſummam civilitatem deduxit: unde plus crevit.*

Vitium verò primo illi ad Benevolentiam inſtrumento adverſum eſt *Sævitia*; cui ſedes in ſuppliciis: Cavendum ergo, ne imperes ſecurè, *Juſtitia illam ſecurim diſtringant, ſed nemo Regi tàm vilis ſit, ut illum perire non ſentiat, qualiscunq; pars Imperii eſt.* Senec. l. 1. d. Clem. c. 16.

Druſus quanquam *vili ſanguine nimis gaudebat.* Tac. 1. Ann. 76

Et ille hiſtoria longè clariſſimus de cunctatione Spartanorum in condemnando Pauſania, etſi prope certiſſimis indiciis convicto:

οἱ σπαρτίαται εἰώθασι μὴ ταχεῖς εἶναι περὶ ἀνδρὸς σπαρτιάτου, ἄνευ ἀναμφισβητήτων τεκμηρίων βουλεύσασθαί τι ἀνήκεστον. i. e. Thucyd. l. 1. p. 87. & ſeq. huc referatur Tac. l. 3. Ann. c. 51. & ibi not. 113. Lipſ. de intervallo ad pœn.

Spartani hanc conſuetudinem obſervant, ne quid properè de homine Spartano, ſine evidentiſſimis documentis acerbius conſulant. (Ἀνήκεστον, hoc eſt, inſanabile aliquid; intelligatur autem capitalis pœna. Nam amiſſa vita irreparabilis eſt.)

Quin imò eadem non tantùm ab odio munienda, ſed etiam tarditate, nam *nulla unquam de morte hominis cunctatio longa eſt.*

Sit piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox.

Juvenal. l. 2. ſat. 6. verſ. 221. v. Reuſn. flores. p. 151.

Cunctator eſſe debet, qui judicat de ſalute. Alia ſententia poteſt corrigi: de vita tranſactum non patitur immutari. Caſſiodor l. 7. Variar 1. Symmach. l. 1. ep. 26. c. m.

Digitized by Google

Ea eſt natura rerum, ut quæ præter induſtriam negliguntur, ignoſcenda dicantur.

Confer Bodin. 4. d. Rep. 6. p. 464. c. d. & Baudii Orat. ad ſtud. tumult. p. 4. & ſqq.

Liv. l. 28. c. 32. Etiam boni publici velo: *Scipio ſeditionis auctoribus ſupplicio affectis dixit; ſe haud ſecus, quàm viſcera ſecantem ſua, cum gemitu & lachrymis, 30. hominum capitibus expiaſſe octo millium ſeu imprudentiam, ſeu noxam.*

Aut ſi interdum Imperantis res agitur, diſſimulandum:

Stobæus d. Magiſtratu. *Bias damnaturus aliquem, lachrymas emiſit ubertim, & dicente quodam, quid ita idem ille & damnas & fles? quia, inquit, naturæ affectum dare neceſſarium eſt,* legi autem Sententiam.

Baud. in Orat. ad Stud. tumult. Ex Sueton. Neron. c. 10. & Senec. 2. d. Clem. c. 1. *Nero priusquam in tetram, immanemq; beluam degeneraret, quum ei Burrhus Prætorio Præfectus chartam offerret obſignandam, quâ ſupplicio capitis addicebantur duo facinoroſi & latrociniis infames, invitus, aut invito ſimilis, eam accepiſſe traditur, ac diu, multumq; cunctatus, tandem libello nomen ſubſcripſit, vocemq; illam effatus eſt, (quàm miris Seneca laudibus extollit) vellem neſcire literas: ſive naturalis indoles bonitatis, & inaffectata manſuetudo fuit, ſive ſpecies aſſimulata virtutis, & oſtentamentum clementiæ, cui poſtea regnandi licentia, perſonam detraxit.*

Sen. l. d. Ira. 15. Add. ibi Lipſ. not. 122. Attamen excluſione Iræ:

Nihil minus quàm iraſci punientem decet.

Cum eò magis pœna ad emendationem proficiat, ſi judicio lata eſt.

Plut. de Liberor. educ. & Val. Max. l. 4. Inde eſt, quod Socrates Servo ait:

Cæderem te, niſi iraſcerer &c.

Sic Plato, Xenocrate aliquando intrante, *verbera*, inquit, *hunc puerum, nam ego non poſſum, quia iratus ſum.*

Quanquam Seneca 3. d. Ira. 22. *Id Speuſippo dictum ſcr. errore memoriali, ut ſæpè.*

Senec. l. d. Conſt. ſap. c. 13 *Phrenetico Medicus non iraſcitur; nec febricitantis, & frigidâ prohibiti maledicta, in malam partem accipit: hunc affectum adverſus omnes habet ſapiens, quem adverſus ægros ſuos Medicus: quorum nec obſcœna, ſi remedio egent, contrectare, nec reliquias & effuſa intueri dedignatur, nec per furorem ſævientium excipere, convitia.*

Sed & gaudii:

Τοῖς ἥσσοσι γὰρ πᾶς τις εὔνοιαν φέρει. Quisque favet miſeris.

Æſchyl. in ſupplicib. verſ. 497. *Plura hoc genus dicta habet* Gruter. part. 1. diſc. in Tacit. p. 185. Add. Piccart. Dec. 9. c. 2.

Liv. 42. c. 63. p. add. eod. lib. c. 30. p. *Vulgus pravo ſtudio, quo etiam in certaminibus ludicris utitur, deteriori atq; infirmiori favet.*

Sueton. Cæſ. c. 12. C. *Rabirio* (per duellionis accuſato, & condemnato, ſed) *ad populum provocanti, nihil æqui judicis acerbitas profuit.*

Cum

Cum accuſatores ac teſtes certatim adverſus Plancinam perorarent, *reſpondente nullo, miſeratio, quàm invidia augebatur.* Tac.3 Ann.17

Quirinus Lepidæ infenſus, quamvis infami ac nocenti miſerationem addiderant. Id.3. Ann.22.

Annio Faſto reo nihil æquè proderat, quàm nimia potentia accuſatoris. Id.2.H.10.

Et facilè invenit exercitum miſer Imperator. Flor.l.3.c.21. poſt pr.

Obſervatione morum munienda quoq; ſupplicia:

de furore humani generis in novis ſupliciis inveniendis vid. *Piccart Dec.* 4. *c.* 6.

Confer Schönborn. 3. Pol. 39. Gocklen. Probl. Eth. 43. Keckerm. diſp. pol. p.677. Arniſ. Pol. p. 413. & ſeq. Kirchner. diſp. 19. t. 2. & 102. v. contra Timpl. Pol. p. 365. & ſq. Beſold. 2. Pol. p. 607. & ſep.

Etiam æqualitate pœnæ: *Exemplum, quod nobiles vilibus mitius puniendi, ſuppetitat l.* 4. (quæ res venir. non poſſ. *ubi* Gothofr. *vilis quàm nobilis punitur durius in pœnis corporalibus; mitius in pecuniarias.*

Deniqùe ſui ſubductione: *De Baßiano* (qui poſtea Anton. Caracalla) *adhuc puero,* ſcribit Spartianus, *ſi quando feris objectos damnatos vidit, flevit, aut oculos averiit, quod populo plusquam amabile fuit.*

v. Bodin. 3. d. Rep. 7. Jun. 3. q. Pol. 105. Camerar. cent. 1. c. 48. Ariſt. Polit. 11. p. 515. d. Arniſ. 1. de Rep. 4. p. 243. Adde Clapm. 6. c. 12. Senec. 2. d. benef. c. 4. Gerard. Dec. 6. quæſt. 2. Kirchn diſp. 5. d. Reſp. 0. 1.

Honores Princeps ipſe tribuat, pœnas verò & animadverſiones per alios inſligat, per Magiſtratus videlicet & judicia.

Nodus tamen in multitudine puniendorum; tollendi autem ſimul.

Domitianus non jam per intervalla ac ſpiramenta temporum, ſed continuo & velut uno ictu Remp. exhauſit. Tac. Agric. c. c. 44. f. 467. A

Molliendum etiam nihilominus odium beneficiis, & ſupplicio miniſtrorum:

Ut piaculum objicitur Criſpinus. Tac. 1 hiſt c. 58 p. 326. A.

Tiberius ſcelerum miniſtros, ut perverti ab aliis nolebat: ita plerumq; ſatiatus, & oblatis in eandem operam recentibus, veteres & prægraves adflixit. Id. 4. Ann. 71.

Fere ſemper Tyranni quoſdam habent in deliciis, quibus quaſi ſpongiis ad exhauriendum ſanguinem abutuntur, quos populus, cum furere cœpit, comprehendere, lacerare ac diſtrahere ſolet: ut Tiberius Sejanum, Dionyſius Philiſtum: nec ita pridem Henricus Rex Suecorum, Georgium Preſchonem, quos à furente plebe correptos ac diſcerptos legimus. Sic Antoninus Caracalla eos omnes, qui ſe ad fratris parricidium impulerant, quaſi rem gratiſſimam populo, facturus trucidari juſſit: nec mitius adulatores ſuos tractavit Caligula: Bodin. 2. d. Rep. 5. p. 214. a.

Atq; his artibus Tyranni ſæpius plebis inſidias ac furores evaſerunt. Herodian. l. 1. p. 21 pr.

Imperator Commodus Cleandri (populo inviſi) *caput amputatum, contoq; præfixum circumferri mandat, voluptuoſum ſc. atq; optatum populo ſpectaculum præbiturus.* Plin Paneg. c. 34 f. v. ibi Lipſ. not. 287.

Qui fuſo ſanguine fuſi ſanguinis eluerunt invidiam: & viles quoſ-

 dam

Digitized by Google

dam, *velut piaculares publicæ ſollicitudinis victimas dederunt: Quemadmodum Trajanus delatores punivit.*

Iuven Sat. 13. verſ 179.

Ita exiguus ſanguis invidioſa ſolatia dabit.

Poteſt etiam invidia ſupplicii in ipſos reos transferri eo modo, ex Tacito demonſtrat Arn. Clapm. l. 6. c. 12. f.

Nec ediſſerere hic attinet, quod mitioris animi ſpecimina ediderit, *Cæſar*, quæ *Auguſtus*, quæ *Titus*, quæ *Carolus* ipſe noſter *Magnus*, quæ *Alius*? *In Exempla nobis ſtatuit* AUGUSTOS SUOS AUGUSTISSIMA DOMUS AUSTRIACA: Cui

Hoc ex Limn. Höping. Kirchn. & Caſp Ens. ref. Ph. Knipſch. Tr. d. Fideic. Fam. c. 1. n. 114.

Plurima à natura ſunt conceſſa dona inſignia, inter qua non eſt minimum, quod nullus in ea unquam extiterit tyrannus, ut vel hac ſola ratio continuati per aliquot ſecula ſupremi regiminis haud abs re non nemini videri poſſit ſufficiens. EAq; Hujus FAMILIÆ *fuit* FELICITAS, *ut intra 15. annorum ſpatium omnibus in orbe Chriſtiano Regnis, vel Reges vel Reginas dederit, excepta Scotia.*

Sufficiat nobis LEOPOLDUS NOSTER GRATIOSISSIMUS; Qui *ſubjectis ſuis iſthac etiam mitti & molli* DEA, *Lenitate vel Clementia præfulget, ut cæteris omnibus Principibus exemplo eſſe queat, vel illum ſolum reapſe indies præſtitum ſitum in*

S. PRINCIPIS COMP. pag. 15.

Princeps *nemini auditum deneget*, ſed patiatur, ut omnes ſuas ipſi neceſſitates proponere poſſint, ne denegata ſibi juſtitia conqueri queant. Et licet aliqui ejus opinionis ſint, ut Princeps unum, alterumve diem in ſeptimana ad Audientias reſervet publicè dandas, in quibus omnes à minimo ad maximum usque ipſius Principis perſonam adire, & ſua proponere poſſint; iſte tamen modus ob varias cauſas & reſpectus, quos brevitatis cauſa omitto, minus mihi probandus videtur. Sed *potius Princeps ſingulis diebus unam horam deputet pro Audientiis, in qua* Legatos à Principibus, Civitatibus, & aliis Statibus, tàm externis quàm ſuis, item Nobiles & hisce ſimiles audire & neceſſitatibus ſubvenire queat. Ne autem *pauperibus & aliis* minoris conditionis & ordinis hominibus *aditus & refugium ad Principem præcludatur*, ideò concedi illis debebit, *ut cum Princeps in publicum prodierit, illum tum accedere ſupplicesq; illi Libellos porrigere*, & in iis neceſſitatem ſuam patefacere, atque remedium ab illo petere poſſint. *Quos* Libellos *poſtea ipſe nulla interpoſita morâ diligenter perleget*, antequam eos ad expeditionem aut relationem mittat, *ut cum ſibi* poſtmodum ea ſuper re expeditiones fuerint allatæ, vel etiam relationes factæ, *ſciat, an genuinè ſingula referantur.* Neque permittat, ut pauperculi à ſuis Miniſtris, & quibus negotia illorum expedienda incumbunt, malè tractentur, & diu detineantur, ne in ipſum

Prin-

Principem, aliâs innocentem culpa hujus rei conjiciatur. *Literas* quoque ſibi *aliunde ſcriptas non diu apud ſe detineat*, ſed brevi perlectas, ad expeditiones mittat, ut poſtea maturè deliberationes & reſolutiones capi poſſint. Ea quoque, *quæ ex Cancellaria* aut aliis expeditiônibus ad ſubſcribendum ad eum pervenerunt; *prompte expediat*, nec diu apud ſe jacere patiatur.

Sed hoc *ſingulariter obſervet, ut nihil ſubſcribat*, quod non prius perlegerit, & ita videat, an ſubſcribenda reſolutioni à ſe factæ ſint conformia. *Quod ſi tanta literarum & ſupplicum libellorum abundantia* ſit, ut à ſolo principe omnia perlegi non poſſint, bonum foret, *habere* tunc *ad manum perſonam unam ſive Conſiliarium fideliſſimum*, qui ipſum tali caſu in lectione adjuvet, & lecta fideliter deinde referat; *Ante omnia* verò ad hoc attendat, *ut* Reſolutiones ab ipſo conceptæ, Mandata ab ipſo ſubſcripta, LL. ab ipſo ſancitæ, *in effectum & obſervantiam deducantur*; & ideò diligenter inquirat: an ei, quod reſolvit, quod mandavit, quod ſanxit, obediatur: quid enim juvat, diu & prudenter ac diligenter conſultare, multa utiliter reſolvere, niſi & effectus ſequatur?

RADIUS SECUNDUS.

INDULGENTIA.

QUatenus ſine corruptela morum fieri poteſt, populus laxè habeatur in victu:

Γαςέρι μόνον ἔχοιμι κακῶ ἀλκτήρια λιμῦ. Heſychius in λιμὸς.

Ventri tantùm habeam, malæ remedia propulſatoria famis.

(Wann ich nur zu eſſen hab.)

Plebi præcipua cura rei frumentariæ. Tac. 15. Ann. 36.

De Auguſto Imp. Tacitus inquit: Id. 1. A. 2.

Is eâ ratione ad Imperium ſibi viam ſtruxit, dum militem donis, populum annona, cunctos dulcedine ocii pellexit. Salluſt. ad Cæſ. d. Rep. Ord. f. 122. p.

Provideas oportet, ut plebs largitionibus & publico frumento corrupta, habeat negotia ſua, quibus à malo publico detineatur. Plin. in Paneg. c. 29.

Inſtar ego perpetui congiarii reor affluentiam annonæ. Hujus aliquando cura Pompejo non minus addidit gloriæ, quàm pulſus ambitus campo, exactus hoſtis mari, Oriens triumphis, Occidensq; luſtratus. Populo Romano ſaturo nihil quicquam poteſt eſſe lætius. Vopiſc. in Aurel. c. 47. f.

Nam, ut Poëta Cordubenſis canit: Lucan. l. 3. de Iul. Cæſ. v. 54. &c. add. Tac. 5

Quoq; modo vanos populi conciret amores,

Ann.39. & ibi Lipſ.not.66.

Gnarus & irarum cauſas, & ſumma favoris
Annonâ momenta trahi, namq; aſſerit urbes
Sola fames, emiturq; metus, cum ſegne potentes
Vulgus alunt. Neſcit plebes jejuna timere.

Jucundè etiam in Ludicris & Spectaculis.

Nam vulgò; ſicut *pueris, omne ludicrum in pretio eſt.*

Sen.ep.115. m. adjic. Amir. l. 5. diſc.10. Clapm.6. c.10. Gruter. diſc. part. 2. fol.48.

Quæ ſerium etiam uſum præbent:

Tac. in Agr. c.21.

Ut homines diſperſi ac rudes, eoq; bello faciles, quieti & otio per voluptates aſſueſcerent: Agricola hortari privatim, adjuvare publicè, ut Templa, Fora, domus extruerent, laudando promptos & caſtigando ſegnes, ita honoris æmulatio, pro neceſſitate erat. Jam verò Principum filios liberalibus artibus erudire, & ingenia Britannos ſtudiis Gallorum antevertere. Inde etiam habitus noſtri honor & frequens toga, paulatimq; diſceſſum ad delinimenta vitiorum, porticus, & balnea, & conviviorum elegantiam, idq; apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars ſervitutis eſſet.

Dio. lib.54. (610.b.) Add. Macrob. 2. c. 7. f. Salluſt. Catil. c. 6. Tac.16. A. 21.

Eandem frangunt, & molliunt, & à graviſſimis curis avocant:

Συμφέρει σοι, Καῖσαρ, περὶ ἡμᾶς τὸν δῆμον διατρίβεσθαι.

Regibus boni, quàm mali ſuſpectiores ſunt, ſemperq; his aliena virtus formidoloſa eſt.

Tamen laſcivia & luxus vitanda, & videndum, ut hæc *lætitiæ potius, quàm laſciviæ videntur.*

Vitium illi ad Benevolentiam inſtrumento adverſum eſt *Rigor*, cui ſedes in Cenſura, quæ eſt animadverſio in mores aut luxus eos, qui LLbus non arcentur.

Eſtque *magiſtra pudoris & modeſtiæ, ſeveritas Cenſoria.*

Cic. in L. Piſonem ſub initium. v. citata à Beſoldo cl. 2. diſp. 3. t. 29. & ſq.

Sine qua fluit Respubl. aut perit.

evolv. Dion. 52. 541. D. & Tac. 3. A. 54. n.

vid. Sueton. c. 76. & ibi Interp.

Hæc igitur firmanda hoc vinculo *Præfectura morum, quæ pars fuit quondam Cenſuræ.*

Cujus ergò Materies: Luxus, & mores: Horum nomine ſubintelligo Laſcivias, Libidines, Ebrietates, Jurgia, Perjuria, & quicquid tale probitas ac modeſtia damnat.

Hi verò caſtigandi in juvenibus, & ſenibus, & in plebe ignavia.

Senec.ep.56. poſtrema verba ipſe habet Curt. l. 7. à pr. ex ore Alex.

Magni Impp. cum malè parére militem vident, aliquo labore compeſcunt, & expeditionibus detinent: nunquam vacat laſcivire diſtrictis: nihilq; tàm certum eſt, quàm otii vitia negotio diſcuti.

Cæſar, ne res diſciplinæ inimiciſſima otium corrumperet militem, crebris in Illyrico, Dal-

Dalmatiaq; expeditionibus patientia periculorum, belliq; experientia durabat exercitum. Vellej. Patere. l.2. c.78.2.

Unde Cous Medicus vetuſtiſſimus, Hippocrates:

Κίνησις κρατύνει, ἀργὴ δὲ τήκει:

Motio laborat, otium labefacit.

Spartani,

Ne vires otio corrumperent, ultro fines hoſtium depopulantur. Iuſtin. 2. c. 15.

Civitas otio ſeneſcit. Liv. 1. 22.

Ne in ſeditionem res verteretur, otium interpellandum erat bello, cujus materia opportunè alebatur. Curt. l. 6. c. 6. m.

Plebs bonis negotiis impedita, malum publicum facere deſinet. Salluſt. ad Cæſ. Or. 2. p. 125 p.

Hinc Alcibiades apud Thucyd.

Non ambigitur civitatem quietam & ignavam jacentem marceſcere otio, ſituq;, & cum ipſam ſeſe, uti alia quoq; atterere: tum peritiam omnium & ſcientiam conſeneſcere: ſin certaminibus perpetuo acuatur, ſemper aliquid experientiæ accedere: & in univerſum æſtimanti, civitatem negotiis aſſuetam, ſi in otium convertatur, quàm proximam exitio fieri. Thuc. l. 6. p. 424. c. d. Add. Gruter. diſc. in Tac part 2. p. 177. & ſeq. Virdung in Agr. p. 64. & ſq.

Idem ferè militibus ſuis ingerit C. Cæſar;

Verè id quidem; non tamen iccirco bella non neceſſaria ſunt ſuſcipienda, quæ plerumq; peſſimè verſant, ut vel ipſi Athenienſes ſuo exemplo docent, dum Alcibiadi Siculum bellum impensè ſuadenti cum ſua pernicie auſcultant. ap. Dion. l. 38. p. 81. & ſeq.

Legatur quoque Plato docens: quomodo in pace cives exerceri debeant. l. 8. d. LL. in princ.

Ille, videlicet, Luxus, vel ut materies altera, itidem cohibendus;

Quæ enim res alia furores civiles peperit, quàm nimia felicitas? &c. *illa opes atq; divitiæ afflixêre ſeculi mores: merſamq; vitiis ſuis, quaſi ſentina Remp. peſſum dedêre.* Flor. l. 3. c. 12.

Voluptatum artifices introductos in Remp. eidem ruinam accelerare, probat Piccart. Obſerv. Dec. 4. c. 4.

Is ipſe in 4. his ponitur I. *Pecuniá*: Nam

ex quo pecunia in honore eſſe cæpit, verus rerum honor cecidit. Sen. ep. 115. p. 652.

Minui autem opes, è re Principum eſt, & Regni: *οἱ μὲν ἐν ὑπεροχαῖς εὐτυχημάτων ὄντες, ἰσχύος ϗ πλούτου, ϗ φίλων, ϗ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἄρχεσθαι οὔτε βούλονται, οὔτε ἐπίστανται*: qui in affluentia virtutum, virium, opum & amicorum, aliorumque talium conſtituti ſunt, regi atque obedire neque volunt, neque norunt. Ariſtot. l. 4. polit. c. 11. confer Machiavell. diſp. l. 3. c. 16. & 25.

Juxta illud Poëtæ:

Alta cadunt vitiis: virtutibus infima ſurgunt.

II. *Sumptus* circa ædificia: *humile ingenium virtutes recipiens jam omnibus templis formoſius erit, cum illic juſtitia conſpecta fuerit, cum continentia, cum pruden-* Senec. conſol ad Helv. c. 9.

tia,

tia, pietas, omnium officiorum rectè diſpenſandorum ratio, honorum, divinorumq; ſcientia. Nullus anguſtus eſt locus, qui hanc tam magnarum virtutum turbam capit.

Id. ep. 5.

Qui domum intraverit, nos potius miretur, quàm ſupellectilem noſtram.

III. Circa convivia: *Metello erant epulæ quæſitiſſimæ: neq; per omnem modo provinciam,* (Hiſpaniam) *ſed transmarina ex Mauritania, volucrum & ferarum incognita antea plura genera, quibus rebus aliquantam partem imperio exiſtimantes.*

Salluſt. l. 2. Hiſt. in fragm. p. 94.

Et continentiſſimæ vitæ Vir invehitur in eos, *qui in ventrem ſuum longinqui literis piſces & peregrina aucupia congerunt: qui conchyliis ſuperi atque inferi maris, pigritiam ſtomachi nauſeantis erigunt. &c.*

Sen. l. d. provid. c. 3.

IV. Circa veſtes Nicephorus Gregoras de temporibus Imp. Andronici Jun. hæc habet:

ſub fin. l. 11. add. Camerar. Centur. 8. c. 76.

Apud ſuperiores Imperatores moris erat, ut ætate provectiores aulici proceres pileis turbinatis uterentur, ſerico tectis, pro dignitate cujusq;: adoleſcentes verò omnes prorſus nudis eſſent capitibus: Illo vero Imp. (Andronici) *is mos usq; adeo obſolevit, ut omnes ſimul & adoleſcentes, & ſenes pileis uterentur, non minus in Palatio, quàm in agro: usq; multiformibus & peregrinis, & quales cuiq; probantur: alii Latinis, alii Myſicis & Triballicis, alii Syriis, & Phœniciis, ſuo quisq; arbitratu. Eodem modo in veſtibus uſi ſunt, ut prudentiores novitatem aliquam & deſtructionem Imperii, & finem inſtitutorum, ac morum illius divinarent.*

Et hinc ferè novitas: quo aſpectu Cato conqueritur, *diverſis duobus vitiis, Avaritia, & luxuria, civitatem laborare: quæ peſtes omnia magna imperia everterunt.*

ap. Liv. l. 34. c. 3. in fin.

Atque Trogi Epitomator: *Luxuria prima labentis regni peſtis tacita, & occultum malum eſt.*

Iuſtin. 30. c. 1. f.

Aut immutatio: Γίγνονται μεταβολαὶ, καὶ ὅταν ἀναλώσωσι τὰ ἴδια ἀσελγῶς ζῶντες. δὲ γὰρ οἱ τοιοῦτοι καινοτομεῖν ζητοῦσι, καὶ ἢ τυραννίδι ἐπιτίθενται, ἢ κατασκευάζουσιν ἕτερον.

Ariſt. 5. pol. 6. m. (495. f)

O veriloquium, quod utinam Imperantes imbibant, & corruptiſſimis hodie moribus advertant;

vid. Lipſ. not. 62. ad Tac. l. 1. hiſt.

Verùm Cenſoris arma ſunt: Ignominia, quæ propria ejusdem, & olim ſola:

Cenſoris iudicium, nihil ferè affert damnato, niſi ruborem.

Cic. 4 de Repub. 342. a. 61. f.

Et mulcta in perſeverantes: *Talis fuit Polemon, perdita luxuria Athenis in prima adoleſcentia, ſed Xenocratis oratione caſtigatus eſt ita, ut totum poſtea ſeſe moribus & vita mutatis, ad modeſtiam & Philoſophiam contulerit.*

Strabo l. 11. & 12. conf. Val. Max. l. 7. c. 9. exemp. 17.

Ta-

Tales deſcribit Seneca: *Tibi inſanabilis animus eſt, & ſceleribus ſcelera contexens: & jam non cauſis, quæ nunquam malo defuturæ ſunt, impelleris: ſed ſatis tibi eſt, magna peccatorum cauſa peccare.* L. 1 d. Ira c. 16 Add. ibi Lipſ. not. 124.

Inſaniæ apud prodigos noviſſima voluptas eſt. Tac. 11 ann. 26. & ibi Lipſ. not. 105

Sunt, qui dummodo æternam memoriam aſſequantur, & ſceleribus innoteſcere non dubitarunt: inquit Valer. Max. idque demonſtrat exemplo *Pauſaniæ & Heroſtrati.* l 8. c. 14. f.

Hæc igitur cenſura univerſa inſtituenda, vel potius reſtituenda: *Erat Athenis Hyperbolus quidam,* ἄτρεπτος πρὸς τὸ κακῶς ἀκούειν, καὶ ἀπαθὴς, ὀλιγωρία δόξης, homo perfrictæ frontis, & gloriæ incuria, probri contemtor. ἣν ἀναισχυντίαν καὶ ἀπόνοιαν οὖσαν, εὐτολμίαν ἔνιοι καὶ ἀνδρείαν καλοῦσι: quæ cum impudentia ſit & væcordia, audaciam eam nominant, nonnulli & fortitudinem. Plut in Alcib. p. 196. f. & ſeq. 1.

Hæc ipſa tamen triplici obſervatione politica mitiganda: Plut. in Lycurg. p 58. d.

I. Vita Imperantium: ὁ καλῶς ἄγων ἐμποιεῖ καὶ τὸ καλῶς ἕπεσθαι: efficit, qui benè ducit, ut benè ſequatur.

Sic Lycurgus non inventione LL. magis, quàm exemplo clarus: ſiquidem nihil lege ulla in alios ſanxit, cujus non ipſe primus in ſe documenta daret. Iuſtin. l. 3. c. 2.

Phœbea vox eſt: Cato l. 1. diſt. 30.

Quæ culpare ſoles, ea tu nè feceris ipſe.
Turpe eſt Doctori, cum culpa redarguit ipſum.

Dein Modeſtia emendationis. Ita *Tiberius populum per tot annos molliter habitum, non audebat ad duriora vertere.* Tac. 1. ann. 54. f ad quem locum v. Amirat. l. 1. diſc. 8.

Tempore enim hîc opus: nam, ut Latinis pacatus in Panegyrico: *quieſcentibus LL minus, ſubit quemq; privatim ſui pœnitentia:*
Plin. Paneg. c. 45.

Et ut Plinius: *caſtigaverunt ſua vitia ipſi, qui caſtigari merebantur.*

Duc. eôdem hoc quoque ejuſdem Plin:

neſcio, an plus moribus conferat Princeps, qui bonos eſſe patitur, quàm qui cogit.

Ac, *ut tinctores eò maximè colore lanam inficiunt, quo plurimos delectari vident. Sic juvenes iſta diſcunt & imitantur, quæ apud populum laudem inveniunt,* teſte Catone Majore. ap. Plut. in ejus vita p. 340. c.

Poſtremò, præmiorum diviſione. *Tiberius longa experientia Princeps, idemq; ſeveritatis & munificentiæ ſummus.* Tac. 1. Ann. 46.

Laudari à laudato viro, rara eſt merces ingenii
In gravi dono habeo. Symmach. l. 1. ep. 3. & poſt.

Verè. Nam *ſedulitas, quæ non compenſatur, oneroſa eſt.* Ariſt 1. Oecon. 5.

ὅταν μὴ γίγνεται τοῖς βελτίοσι βέλτιον, μηδὲ ἆθλα ᾖ ἀρετῆς καὶ κακίας, γίνονται χείρους.

Quæ validus ſtimulus ad virtutem:

Digitized by Google

Iamblich. ap. Stob ſerm. 46. prolixè, Ariſt. de hac re 2. Rhet. add. Xenoph. in Hier. p. 723. & ſeq. Camerar. Cent. 1. cap. 4. & Cent. 2 c. 55 & 56. Bodin. polit. l. 5. c. 4. πᾶν τὸ τιμώμενον αὔξεται, ἐλαττοῦται δὲ τὸ ἀτιμαζόμενον. καὶ τοῦτο ἐστὶ διαφανέστατον σημεῖον ἀρχῆς εὖ διοικουμένης.

Cui rei præmium eſt in civitate, ea maximis auctibus creſcit.

Liv. l. 4. pr.

Sublatis ſtudiorum pretiis, etiam ſtudia peribunt, ut minus decora.

Tac. 11. Ann. c. 7. f. 168.

Erigimus animos ad æmulandum, quod laudari videmus.

Plin. Paneg. c. 70. p.

Itaque cenſorum cenſor haud quoque vanè cenſet:

Gloria induſtria alitur, ubi eam demſeris, ipſa per ſe virtus amara atq; aſpera eſt.

Salluſt. ad Cæſ. Orat. 2. pag. 126. p.

Thucyd. in Orat. funebr. per cl. l 2. p. 130. b. Ἆθλα γὰρ οἷς κεῖται ἀρετῆς μέγιστα, τοῖς δὲ καὶ ἄνδρες ἄριστοι πολιτεύουσι. ap. quos maxima proponuntur virtutis præmia, in eorum Repub. ſunt viri præſtantiſſimi.

Eurip. in Hecuba act. 2.

Ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις
ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν ἀνὴρ
Μηδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον.
In hoc multæ pereunt Reſpublicæ,
Cum, qui bonum & ſtrenuum præbet virum,
Nihil plus, quàm ignavus fert præmii.

Symm. ep. 6. l. 1. Solent impatientes dilationis eſſe, qui ſperant in ſe aliquid muneris conferendum.

Id. d. l ep. 4. Difficile factu eſt, ut honor anguſtis rebus addatur.

Nec malè heîc ſolùm & unicè iſthæc ſcita applicaverim (plura enim adhuc dicenda ſuperſunt.) Principum

PRINCIPIS IN COMP. pag. 11. & 5.

Equidem & hoc inter cætera ad bonam politiam atq; Principis ipſius ſalutem pertinere autumo, ut *proceres Regni non nimium attollat*, non nimium *elevet*, ſed eos ſemper ita contineat, ne ſuperbiant, ne contra ipſum Principem inſurgant: non tollat eos nimium in altum potentia, opibus, honoribus. *Non conferat omnia in unum*, ut poſtmodum pluribus de Principe & Republ. benè meritis non ſit facultas, nec modus benefaciendi. Non nego quin æquum ſit, ut fideles & bene de Principe vel Repub. meritos dignè præmietur, honoribus quoque & dignitatibus atque opibus augeat, ſed *mediocritate hic*, ſicut in rebus omnibus, *opus eſt*. Medium tenuere beati. *Non* faciat ſibi *correges*, qui honoribus & potentiâ ſuâ elati, loco gratitudinis & gratiarum à Principe acceptarum contra eundem inſurgant, & illum de Regali ſolio deturbent, uti ſæpius contigiſſe hiſtoriæ nos docent. Atque ad iſtud præcavendum, inter cætera media, hoc quoque non incommodum videtur, ſi *officia præcipua*, quæ aliquid regiminis ſecum ferre videntur,

tur, non perpetua reddat, ſed certis annis & temporibus mutet. *Neq;* expedire judico, ut Princeps *ad Provinciam* aliquam in ſua abſentia *regendam unum tantùm Gubernatorem mittat*, (*niſi ſit ſui ſanguinis*) ſed deputet potius Conſiliarios aliquot, qui Provinciæ illi præſint, non cum abſoluta, ſed limitata poteſtate: nam ſi unus forſan inter hos improbus, cæteri probiores & fideliores erunt; efficientque, ut ille quoque ab improbitate ſuâ deſiſtere cogatur: Ut jam taceam, quod ex tanta poteſtate uni ſoli datâ ſæpè fieri ſolent, ut ſi is non contra ipſum Principem aliquid moliatur, ſaltem pauperes ſubditos miſerè divexet & graviter torqueat & excruciet!

Sit tandem quoque Princeps bonus *Oeconomus*, & diligentem curam circa redituum, ſumptuumque ſuorum diſpenſationem habeat: & licet omnes Principes, ſuas, ut vocant, *Cameras* habere ſoleant, & in illis multos viros expertos in Oeconomicis negociis: *Præſidem* quoque, qui conſilio illi præſit. Quæ omnia ad hoc tantùm valent, ut res œconomicæ benè dirigantur, & reditus modo bono adminiſtrentur; hæc tamen omnia non ſufficere autumo, ſed ipſe Princeps invigilet. *Ipſe ſit Præſes præſidii Cameræ, ipſe rationes inſpiciat, & inſtituat*, quantum tempus & negotia patientur. Maximè autem ad hoc attendat, ut qui ad curanda Principis bona, ad exigendos reditus, telonia &c. conſtituti ſunt, non proprium, ſed *Principis commodum quærant*; atque ideò in electione talium perſonarum *diligenti examine* primò utetur, & deinde, *quo pacto in commiſſo officio verſentur*, *ſæpius à non intereſſatis inquiret*. Cum enim hoc fiet, & Conſiliarios attentiores, diligentioresque, & Miniſtros fideliores, & bono Principis magis invigilantes reddet, occaſionesque decipiendi ſubtrahet, & meliorem Oeconomiam inſtituet. Sed ad hoc maximè etiam attendat, ut *ſemper bonam pecuniæ ſummam in paratis, & in Theſauro ſuo reconditam habeat*; ſic enim ſuis reddet ſe amabilem, & hoſtibus formidabilem; *Non tamen* tam ſtrictus & diligens Oeconomus ſit, ut *liberalitatem ſepoſuiſſe & proſcripſiſſe*, quaſi videatur: *hæc enim Virtus* Principem quemvis maximè decet, cum moderatione tamen illa utendum erit, ne profuſio dicatur: non det aliis tantùm, ut ſibi ipſi auferat; atque ante omnia prius debita exſolvat, quàm munera ſuo Statui non neceſſaria largiatur. S. Auguſtinus etiam prohibet, ne quid ipſi Eccleſiæ detur, ante ſolutionem debitorum: nam plerumque pauperes opifices, viduæ, orphani, quibus debetur, & qui ſæpè nihil aliud habent, unde panem manducent, cùm quod ſibi debetur, aliis donari vident, in cœlum voces ſuas extollunt, & ultionem divinam implorant. Unde graviſſimæ ſæpius pœnæ divinitùs immittuntur!

RADIUS TERTIUS

BENEFICENTIA.

Cic 2 d finib. c.16.m. 33 b. 65.) conf. Piccart dec. 12. c.2. Sen. 3 de benef. c.17.

ADjungemus jam haud immeritò dotem illam in Magiſtratu potiſſimam, quia *liberalitate qui utuntur, Benevolentiam ſibi conciliant, & quod aptiſſimum eſt, ad quietè vivendum* (ſive & regendum) *caritatem.*

Nam Bene- & Munificentia ſemper uſui, maximè in novo ſtatu: ſanè vulgò, ex veteri verbo, *beneficium accipere eſt dare, res optima ac dulciſſima eſt, & jucundiſſima.*

v. Marcilii commentar. in Sueton Tit. c.8 p.91 c d. Cic pro Dejot. conf. Tac. 1. Ann.8. ap. Plut. in ejus vit p. 525 c.

Neq; oportet quemq; à ſermone Principis triſtem diſcedere.

Et frugalitatis verbo ſic laudari Reges non ſolere: frugi hominem dici, non multùm habet laudis in Rege: fortem, juſtum, ſeverum, magnanimum, gravem, largum, beneficum, liberalem, hæ ſunt Regiæ laudes: illa privata eſt.

Quibus tamen conferendum; & quantum, omnino advertendum erit: Imò malis etiam interdum: Sic *Nicias non ſecus his, à quibus metuebat, quàm illis, qui erant beneficio digni, largiebatur.*

Atq; adeò vectigalis erat, improbis timiditas ejus, & humanitas probitas &c.

Senec. d beat. vita cap.23. cum ſeq.

Sapiens donabit cum ſummo conſilio digniſſimos eligens: ut qui meminerit, tam expenſorum, quàm acceptorum rationem eſſe reddendam: donabit ex recta & probabili cauſa; nam inter turpes jacturas malum munus eſt. Habebit ſinum facilem, non perforatum: ex quo multa exeant (conſilio) *nihil excidat* caſu aut levitate.)

Plin. Paneg. cap 27. p. 20.f.

Quin etiam nonnemo: *gratiſſimum eſt accipientibus, diſcunt dari ſibi, quod nemini eſt ereptum.*

Hujus loci eſt Proverbium Italicum, eglicuopre unaltar, & diſcuopre l'altro. Germ. Er ſtihlt das Leder / und gibt die Schuh umb Gottes willen.

Cic. l.2. d. offic.

Nec *ita claudenda eſt res familiaris, ut non eam benignitas poſſit aperire: neq; ita reſeranda eſt, ut pateat omnibus. ſequuntur enim largitionem rapinæ. Cum enim dando egere cœperunt homines, alienis bonis manum inferre coguntur.*

Tac. l. hiſt. 30. p 317. B.

Nimis autem hauriendo, fontem ipſum exhaurimus:

Et Benignitate Benignitas tollitur. Falluntur verò, quibus luxuria in ſpecie liberalitatis imponit.

Plin in Paneg. c. 38 p.29. m.

Perdere multi ſciunt, donare neſciunt.

Tac 1 Hiſt. 52. p.324.

Uti de Othone Tacitus noſter loquitur:

Ambitio enim & jactantia, & effuſio, & quidvis potius liberalitas exiſtimanda eſt, cui ratione non conſtat.

Licet comitatem, Bonitatemq; facientes vocent, quod ſine modo, ſine judicio donet ſua, largiatur aliena.

Ideò

Digitized by Google

Ideò monuit ſapiens Senex: Senec.ep.120.

Sunt virtutibus vitia confinia, & perditis quoq; ac turpibus recti ſimilitudo eſt; ſic mentitur prodigus Liberalitatem, cum plurimum interſit, utrum quis dare ſciat, an ſervare neſciat, multi, inquam, ſunt, qui non donant, ſed projiciunt. Non voco ego liberalem, pecuniæ ſuæ iratum.

Exemplo ſit hoc loco *Conſtantinus M. qui pecuniam & citra delectum inſumpſit, & minore cum delectu comparavit. Unde ejus in largiendo ſtudium, Magnificentiæ non tribuebatur.*

Et Julianus Imp, in Orat. Cæſariana, v.Zonar tom. 3.p.10.m & conf.eund.T. p.154 pr.

Quaſi per deriſum impenſarum ejus fingit, Mercurium cum eo colloquentem quærere, quænam ſit boni Regis nota? Cui ille reſpondit: Imperatori & habenda, & inſumenda eſſe multa.

(πολλὰ κεκλῆσθαι χρῆναι τὸν Αὐτοκράτορα ϗ ἀναλίσκειν πολλά.)

Multa in vitæ actionibus occurrunt (Verbis Galeni) δυσδιόριστα, quia ἡ ἀρετὴ γειτνιᾷ τῇ κακίᾳ.

vid. Galen. d. Cognit. & Cura paſſionum animi. prop. fin. tom. 1. (p. 360. 4.) add. Seneca ep. 120. & Sidon. l. 7. epiſt. 9. p. 229. & ſeq. & Cic. part Orator. cap. 23. m.

Baſilius in Aſceticis:

ἐγγίθυραι αἱ κακίαι ταῖς ἀρεταῖς.

An donare ſit perdere? docet Piccart. obſ. dec. 14. c. 6. obſ. dec. 14. c. 6.

Vitium verò iſti ad Benevolentiam inſtrumento adverſum eſt *Avaritia*, cui ſedes quoque in Tributis: quo nomine cenſemus omne genus exactionum, in quibus aſperitas & odium. *Marcus Antoninus Imperator inquit, Pertinacem & Galbam Imperatores occidi meruiſſe, ob avaritiam, quæ ſit in Imperatore acerbiſſimum malum.* ap. Vulc. Gallican in Avid. Caſſ. c. 8.

An Princeps tributa ſine populi conſenſu poſſit exigere.

pulchrè in utramque partem diſp. Barclajus in Argenide l. 4, p. 357. & ſeqq.

Quæ mitigantur fomento primo *Neceſſitatis*; quæ enim Reſp. aut Regna ſine tributis? v. Toloſſan. 3 d. Rep. l.

Sunt enim *vectigalia Imperii patrimonium.* Flor. l. 3. c. 13. m.

Cicero heîc clamat: l. 1. ad Q. Fratr. ep. 1.

Simul & illud Aſia cogitet, nullam à ſe neq; belli externi, neq; diſcordiarum domeſticarum calamitatem abfuturam fuiſſe, ſi hoc Imperio non teneretur. Id autem Imperium cum retineri ſine vectigalibus nullo modo poſſit, æquo animo parte aliqua ſuorum fructuum pacem ſibi æternam redimat atq; otium.

Ex his fomentis quædam etiam Mecænas proponit apud Dionem. l. 52 p. 554. b. c. quem vid. Plin. Paneg c. 20. f.

Quæ ſervanda, vel augenda, & utiliter interdum *calculus cum Imperio ponendus.*

Digitized by Google

Thurnier-Artic. 9. & 11.

Sed populus docendus: *Autores & Conſultores exactionum, quibus gravantur & opprimuntur ſubditi, publica & ludorum equeſtrium lege infamantur.*

l. 9. ad Attic. ep. 16.
ex ep. 7. (tom. 3 p. 329.)

Suadendus: Cicero ſcribit, *ſe metuere Cæſaris* πειθανάγκην, (i. e. perſuaſionem cum vi & neceſſitate conjunctam) & apponit illud Platonis τὰς τῶν τυράννων δεήσεις, ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις εἰσίν. Tyrannorum preces cum univerſitate permixtas eſſe novimus.

Tac. 4. A. 46. d. militib. ſtipend orantib.

Preces erant, ſed quibus contradici non poſſet.

Principum preces eleganter expreſſit Ovid. in Jove:

—— *Precibus minas regaliter addit.*

v. P. ccart. dec. 5. c. 3.
Macrob. l. 2. Saturn. c. 7. pr.
Liv. 32. c. 21. f.

Vix cogendus: (Mimus) *cogit rogando, qui rogat potentior.*

Poteſtas non ſolùm ſi invitet, ſed etiam ſupplicet, cogit.

Hinc illud Livianum:

Quod rogant, cogere poſſunt.

Fomentum II. ut *Moderatio* ſervetur, ne magna ſint, *vel rem auferant cum pulviſculo*:

Den Seckel zu dem Geld.

v. Plaut Bacch. actu Trucul. prolog. v. 19.

tom. 3. p. 7. conf. Plin. Paneg. c. 36. pr. & v. Lipſ. not. 77. ad Senec. d. provid.

Zonaras in Conſtantino M. de ſuorum temporum calamitate querelam inſtituens, inquit: *Tyrannos non paſtorum inſtar ſubditos tractare, lanâ ſupervacuâ detondendâ, & lacte parce bibendo: ſed prædones imitari, oves mactando, & carnes devorando, aut ipſas medullas exugendo.*

Toloſan. 3. d. Rep. 9. n. 15.

Ut delibentur opes tantùm: Maximus Tyrius olim rectè:

καὶ κηπουρὸν, inquit, μισῶ τὸν ἐκ ῥιζῶν ἐκτέμνοντα τὰ λάχανα.

Conf. Eraſm. 205 m. & 1569 pr. it. p. 1304.

Notum illud eſt Eraſmi Adagium:

Funem abrumpere, nimium tendendo.

l. 12. variar. ep. 12.

Huc pertinet & iſtud præceptum; ut ne differatur ſtatuta tributi exactio: Nam, ut inquit Caſſiodorus, *ſub indulgentia lædit, qui conſuetis temporibus exigere tributa diſtulerit*: Wer den Bauersmann will verderbt haben / der laß die Gült anſtehen.

l. 1. §. 2. ff. de R. d. & §. 2. I. eod. tit.

Videndum etiam ne ſint ſordida: Sic vituperantur, *qui ex aëre, quem naturali jure omnium hominum communem eſſe* notum eſt, *quæſtum captant.*

Illud tribuendum fuit appellatum Ἀερικόν.

vid. Meurſ. Lex. Græco-Barb. in ea dict.

Spartianus in ejus vita.

Quod deſideravit pendi Imper. Peſcennius Niger.

Fecit Michael Paphlagon Imp. Orientis.

Cedreno teſte, ut refert Cujac. l. 10. obſ. 7.

Plin. l. 2. Hiſt. N. 1.
Xiphil. in ejus vita.

Non commendantur, *qui ex umbra tributum pendi volunt.*

Reprehenduntur, *qui ex lotio pecuniam capiunt*, ut fecit Imp. Veſpaſianus, qui & T. Filio graviter ferenti, eam ad nares admovit, interrogans, num malè oleret?

Idem-

Itemque *Ferdinandus Rex Neapolitanus* (Capuæ) Pontan.c.38. de Liberal.

Culpantur, *qui ex pauperrimis ac mendicis ſtipem corradunt, ſicut Caligula ex Gerulorum diurnis operis partem octavam ſibi vendicat,* Sueton. in ejus vita c.40

Veſpaſianus à mendicis Alexandrinis 6. obolos viritim exegit. id ibid. c.16

Vituperantur, *qui ex lenocinio & meretricio ærarium locupletant, quod itidem fecit Caligula.* Id. in ejus vit. c. 40. conf. Ioh Wolff t.2 lect membr. p 614. 647. & 701.

Denique avaritiæ probro ſeſe commaculant, qui cenſum capiunt,

aut pro *quilibet hominum ſingulorum membro, ut Frotho IV. Danorum Rex cepit à Saxonibus devictis.*

Saxo Grammat. l. 6. & Krantz. l. 1. Daniæ. c. 36.

aut pro *qualibet cauda jumentorum, ut Margaretham, Sueciæ & Daniæ Reginam à Suecis & Gothis cepiſſe, teſtantur Hiſtorici.* Ioann. Magno in h ſt. Suec & Gothor. l.21 c. 19.

DD. Bitſch in Nerone Clapm. 5. c.14. Conf. quoque Eraſm. Proverb. à Mort. tributum exig. p. 199.

Nec è delationibus capta:

Multitudo enim *periclitantium gliſcebat, cum omnis domus delatorum interpretationibus ſubverterentur.* Tac. 3. Ann. 25

Lex Majeſtatis ſæpè *ſingulare & unicum crimen eorum, qui crimine vacant.* Plin Paneg. c. 42. pr.

Quod *crimen omnium accuſationum complementum.* Tac 3. Ann. 38

Denique, ad moderationem pertinet, ne Frequentia:

Imp. Alexius Comnenus, impenſarum egens, pecuniæ faciendæ rationes à ratione humanitatis abhorrentes excogitavit. Itaq; Procuratores quo libet mittebantur, qui poſſeſſiones ſubditorum in agris & prædiis deſcriberent: ac novis nominibus excogitatis, ea ὑπέρτιμα καὶ ὑπέρπλεα, quaſi ſupercenſa & redundantia dicas, appellabantur: atque aliâs alii vexationum modi reperiebantur. Zonar. in ejus vita. t.3. p. 236 53.

Sic

Imper. Nicephorus inſtituit ἀλληλέγγυον, χαρτιακὸν, κωνικὸν, tributa ſic appellata &c. Id. p. 100.

Coërcendi ergò adminiſtri tributorum, qui plurimum harpyæ & hirundines:

Cum Imperator Andronicus Senior annua ſubditorum tributa augere ſtatuiſſet, ut à finitimis hoſtibus pacem redimeret, (quod perinde fuit, ac ſi quis amicitiam luporum mercatus, multas ſibi venas incideret, eamq; ingluviem ſuo ſanguine ſaturaret) *publicani & exactores inde ſumta occaſione, alii alios antevertere ſtatuerunt, quiuq; plura ſe exacturum pollicens, ſi id munus ſibi mandaretur.* Niceph. Gregoras l 8. c. 15. p 220 b conf Caſaub. animadverſ. in Athena. l. 3. c. 34. pr.

Quæ coërcitio fomentum eſt III. uno verbo:

Homines cum ſeris manibus, (gr. Πολυχειρία) *genere Geryonaceo.* v Plaut. Aulul. um 3. ſc. 6 verſ. 17.

Geryon

Digitized by Google

Geryon autem Rex fingitur Hiſpaniarum, à Poëtis tricorpor: habens terna capita, ſex manus, totidemque pedes.

Sed duplex ab iis Cautela, *Electio* & *Amotio*:

Zonar. t. 3. p. 124 47. in v. ta Imper. Baſil. Maced. pr.

Imperator Baſilius Macedo, Senatus Principibus advocatis, Imperatorios theſauros aperuit, in quibus nihil præter auri tres centenarios eſt repertum. Re deliberatâ conſentientibus ſuffragiis eſt decretum, & qui nullâ de probabili cauſa pecuniam ab Imperatore Michaële Anteceſſore, acceßiſſent, eam aut ſaltem ejus ſemiſſem reſtituerent. Cum igitur ex Decreto ſemißis exigeretur, non minus trecentu centenarius eſt in Fiſcum relatum.

Tac. 11. Hiſt. 95 454.

Si ulla res, hæc eos confirmet: etſi vereor, ut nec iſta: *Succedent*, nempe *Mucianus & Marcellus, & magis alii homines, quàm alii mores.* Es kommt ſelten was beſſers hernach.

Id. 4. hiſt. 42.

Curtius apud Tacitum:

An Neronem extremum Dominorum putatis?

Idem crediderunt, qui Tiberio, qui Cajo ſuperſtites fuerunt: cum interim inteſtabilior & ſævior exortus eſt.

Vellej. Paterc. l. 2. c. 3. f.

Nemo enim *ſibi putat turpe, quod alii fuit fructuoſum.*

Omnia cum pretio honeſta ſunt.

Senec. ep 95. p. 602. 6.

Nihil turpe eſt, cujus placet pretium.

Fomentum IV. *Diſpenſatio*: turpes e. hîc prodigi:

Zonar. t. 3. p. 127. 16.

Imperator Michaël rerum potitus, magnas copias (à ſucceſſore relictas) brevi dißipavit: inſumſitq; Mimos, adulatores & aurigas, cum quidem eas, totis plauſtris, quod ajunt, effunderet. Theſauris jam exhauſtis, quum tempus inſtaret pecuniæ iis diſtribuendæ, qui dignitatibus prædití ſunt, neq; haberet unde largiretur: aureum platanum, duos leones, totidemq; gryphos, & organa ex auro facta omnia, quæ & Regiam ornabant, & exteris gentibus admirationi erant, conflavit: atq; inde numumata cudi juſſit.

v. Spartian. c. 6. & Sueton. c. 7. Conf. Prov. 13. 11. adde Beſold Polit. p. 666. & ſeq.

Contra laudabiles parci, quippe quod *magnum vectigal parſimonia.*

Exemplo *ſunt* etiam *Hadrianus*, & *Titus.*

Et ſecundùm Poëtam, neſcio quem:

Si rectè fueris, non eſt ut copia major,
Ab Jove donari poßit tibi. ——

V. Ultimumque Fomentum, *Æqualitas*:

Æqualiter enim onera imponenda, ſine odii & gratiæ aſpectu.

Nec malè Virg.

10. Æn. poſt pr.

—— *Rex Jupiter omnibus idem.*

v. loc. Matth. 5. v. 45.

Sen. ep. 30. m. conf. Dion. l. 52. p. 540. c. Symmach. l. 9. ep. 1.

Prima pars æquitatis eſt æqualitas.

Sicut omnibus in hac vita poſitis ac locatis communis eſt cœli ſpiritus, lux diei; ita clementiam maximi Principis ſentiant vota & facta cunctorum.

Ita

Ita Mecænas ad Auguſt. in Orat. ap.

Juſtum, æquumq́ eſt, neminem ſubditorum, neq́ privatum hominem, neq́ populum à vectigalibus immunem eſſe, cum ad omnes ex æquo utilitas eorum, in quæ inſumuntur, redeat. Dion. l. 52. p. 554 a. Add. Bodin. 6. d. Rep. 2 p 660. & ſq.

Et Imperator Juſtinianus ait:

Si minutatim & pariter in omnes vectigalia diſtribuantur, non ſolùm paululum fore, quod Nov. 43. c. 1. §. 1. *præſtitum fuerit; ſed & tantò moderatius, levius, tolerabilius, faciliusq́, quod confertur, exiturum eſſe, quanto à pluribus colligitur: quò verò plures ſint à vectigalibus immunes, eò magis cæteros onerari, & quidem plebejos ac proletarios, id quod ſit abſurdiſſimum.* Kekerm. Curſ. Philoſ. diſp. 34. prob. 11. p. 716. Arniſ. d. Exemt Cleric. p. 91. & ſeqq.

A pauperibus in dites inclinanda onera. Liv. 1. c. 43. & 2. c. 9.

Hæc tamen abſurditas obtinet in Gallia, in qua tria hominum genera, Sacerdotes, Nobiles, ac Magiſtratus ferè omnes, omnia tributa in miſeros, opifices & aratores rejiciunt. Bodin. d. l. 6. & c. 2.

οἱ τοὺς φόρους δασμολογοῦντες ap Gregor. l. 9 poſt pr.

dicuntur ἐξισωταί, q. exæquatores ob eandem (ut puto) cauſam. Wolffius vertit quæſtorem. Malè Heſychius ἐπόπτας.

Odioſa quorundam ſublevatio aut exemptio:

Inter ſcelera Leonis Iſauri Imperat. etiam hoc refert Zonar. t. 3. p. 361. 20.

Quod Calabros & Siculos novis tributis oneraverit, ac more Judaico tributum capitum (κεφαλητίωνα) pendere juſſerit.

Si alia aliorum ſit conditio, accenditur diſcordia, quàm ſedatur. Liv. l. 2 c. 29. f. Add. Dion. l. 52. p. 240. c.

Huic autem Æqualitati ratio unica *Cenſus*:

Res ſaluberrima magno futuro Imperio. Liv. 1. c. 42. f.

Nam hac una re fit, juxta illud Regis Romani Servi Tullii, *ut omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artium, officiorumq́, diſcrimina in Tabb. referantur.* Flor. l. 1. c. 6.

Tandem conducit non ſolùm ad plenam Reipub. notitiam, ſed & pariter ad tributa imponenda, *ut æquiter ex Cenſu quotannis tributa conferantur.* Cic 2 in Verr. 53. p. (80. b 30.

Multa hîc poſſim ad hanc ſedem: Sed claudo eandem uno iſto dogmate & paradigmate

S. Principis in Comp. pag. 12.

Ad hoc quoque Principi ſingulariter attendendum erit, *ne ſubditi*, nec ab ipſo, nec à Miniſtris, nec à Nobilibus *nimium graventur*. Et licet Principi conceſſum ſit exactiones, tributa & alia ſimilia ſubditis imponere, id tamen *cum moderatione* agendum erit, *non exigat ſine cauſa*, ſed expectet, *donec neceſſitas* aliqua urgeat & premat, & tunc ſubditorum opem quoque imploret. Tantum verò oneris imponat, quantum ferre poſſunt: *non una vice eos opprimat*, ut poſtea vix reſurgere amplius, & ſuppetias ferre queant; Nam certo

Digitized by Google

conſtat, ſi moderatè & manſuetè cum ipſis egerit, illos ſemper promtos ad hæc ſubſidia & paratos futuros. Denique tondeat, non deglubat oves. Et licet ab ipſo Principe benè tra&ctentur, curandum tamen erit, ne à Miniſtris ſuis aut Nobilitate opprimantur, & de hoc ſedulò inquirat, nec ita cruciari eos permittat. Videat quoque, ne *Cancellar.* exactionibus nimiis pro expeditione literarum & negotiorum graventur: nam ſi una vice deſtruuntur, aliâ, cum Princeps indiguerit, juvare non poterunt. Deniq; ita ſe gerat erga eos, ut Pater, non Tyrannus dicatur.

De cætero, quoad ipſum Benevolentiæ Inſtrumentum ſive hunc ult. BENEFICENTIÆ Radium copiâ fere Exemplorum ſatiſcimus:

Neque heîc per IMPP. CÆTEROS AUSTR. eo; nam QUIS eorum TALIS non fuit, cum quodam tamen delectu.

Rupert. in univ. Hiſt. ſuppl. p.717. Nam ante ILLOS, & MAJOR ILLIS, noſtro ævo, (primum EXEMPLUM eſto Illuſtriſſimum) FERDINANDUS III. Glorioſiſſ: mem: *quàm gratioſus enim ſolummodo, pacis Oſnabrugæ* d. 14. oct. a. 48. *factæ Nuncius apud* IMPERATOREM *fuerit, illuſtris DN. Ranffitius, exercitatiſſimus Legionis veteranæ ac pugnaciſſimæ Ductor; Dona teſtantur ampliſſima:* Annulus IMP. digito detractus, ſex mille Imperialium; & aureus torques unà cum IMPERATORIO NUMISMATE, magni favoris ſigno; cujus pretium bis mille ducatos æquavit. *Super hæc teſtes pacis citamus,* ſtatuam Coloſſeam, ex marmore factam, in foro Pragenſi; nec non in ponte Crucifixi Signum ejusdem & molis, & ponderis: quæ æterna publicæ tranquillitatis Monumenta Germaniæ pacis Firmator, FERDINANDUS facienda ſtatuendaque curavit!

Nec minus IDEM *ære pauperes, quàm reos veniâ* donavit:

I.R.G. pag. 300.
Felix *Alchymiſta*,
Qui ipſam etiam inaurare inopiam;
potens *Thaumaturgus*,
Qui auri cadavera tam ſanctâ ſciret vitâ donare
Omnium neceſſitates ſuas fecit divitias;
Omnium inopiam ſuam liberalitatem!

Subnecto PARENTI FILIUM,

(Secundum EXEMPLUM Illuſtriſſ.) FERDINAND. IV. Glorioſiſſ: mem. Quàm grave ſanctumque (ut de genere humano nemo præclarius mercéatur)

Nomen ſit *Præceptoris*, quàm longè à ſtipendiaria aliqua ſorte diſtinctum munus, & Venerabile, quod Romani mer ipſi Impperat. ſuis Informatoribus impoſuerunt, eorumque Auctoritatem in ipſo Auguſtali faſtigio toleraverunt: de Nerone, Trajano, Criſpo F. Conſtantini, & Gratiano res no-

tior

Digitized by Google

tior eſt, quàm ut verba & teſtimonia requirat. *Præceptores* verò *à Pædagogis diſertim diſtinxit Seneca*, quem hujus differentiæ fundum & tibicinem do, quod ſcil: *Hi* nihil niſi aſſeclæ, progreſſus, actiones, & mores obſervarenr. *Illi* Artes, ſcientiasque infunderent. 2.d. Ira.c.22. Carol. Animadverſ. in Agell. l.13. c.20. A.1.

·D. *Schilleri* cumprimis *Exemplum* nobile eſt: cujus in ſubſequenti *Epiſtolio à REGE Romanorum*, qui dudum ex ejus Magiſterio exierat, ad eundem exarato, nomen tamen, ſtatumque neutiquam detrectavit IDEM REX ROM. FERD. Quæ autem Epiſtola quantum decus attulerit Schillero, facile eſt æſtimare. Magnum & rarum bonum, Præceptor bonus: ſed haud meritò *frequentius bonum*, idoneus, gratusque diſcipulus.

INSCRIPTIO:

Doctori Eliæ Schillero.

Chare Doctor Schiller, non potui intermittere, quin te certiorem facerem, quod hodie, Laus Deo, in Regem Romanorum unanimibus Electorum, ſuffragiis, electus ſim, & in Eccleſia publicè proclamatus. Coronatio erit Ratisbonæ, cum Reipubl. intereſſe judicaverimus, ut in præſentia Statuum fiat, & non ulterius differatur, ne quid impedimenti interveniat. Et cùm tibi multum debeam, quod me tam benè, fideliterque literis inſtruxeris, volui tibi hiſce gratias agere, & libenter profiteri, quod pars hujus fortunæ meæ hoc nomine tibi adſcribi poſſit. Præſent 4. Iun 1653. Reſp.6. ejusd.

Atque hiſce ſemper maneo Tuus clementiſſimus Rex & Dominus.

Auguſtæ-Vindelicorum 31. Maji. 1653.

Ferdinandus.

At non peribis Gloria Seculi
FERDINANDE noſtri; nec violabili
Clauderis urna; nec cadaver
Pondere Pyramidum obruetur.
FRATER ſuperſtes FRATRIS amabile
ſupplebit ævum. Quos Lacheſis Tibi
Ademit annos, inſequentis
Imperii adnumerabit æther
FRATRIS Coronis!
(Tertium EXEMPLUM Illuſtriſſ. LEOPOLD. I. IMP. AUG.)
FRATRIS, inquam, omnium PATERNARUM virtutum HÆREDIS;
Metempſychoſi Pythagoræ nullâ hîc opus:
In naturam jam abiit AUSTRIACIS, I.R G p.303. & 313.

Omnium MAJORUM in Se vitam & virtutes traducere,
In omnium POSTERORUM ſuas derivare.
Ut nunc meritò & AUSTRIA, & IMPERIUM
Non amplius deſideres mortuum,
ſed gratuleris adhuc Vivum
IN LEOPOLDO
FERDINANDUM!
Quare Te quoque hoc loco veneramur & laudamus tanquam
PROLOGUM,
Et EPILOGUM Cynoſuræ noſtræ,
Quia, quum erecti TIBI t.t. Triumphales Arcus
VIENNÆ in publicis compitis,
Ac audiebantur læti populorum fremitus & acclamationes,
Iisdem mixta quoque mea Minerva,
Atque etiamnum verecunda Te alloquitur:
VIVE, LEOPOLDE IMPERATOR
AUGUSTE,
JUSTE, FORTIS, TEMPERANS,
PRUDENS, BENIGNE, FELIX:
Et ut vivat Orbis diu incolumis,
TU vive Magna Mundi Anima,
Deſolatorum temporum nunc unicum ſolatium,
In Ipſa
EVropa DeLICIVM VnIVerſa!

Quæ oratio verò tantæ affluentiæ Ubertate decurrens, ut MAGNIFICENTIAM, MUNIFICENTIAM, & BENEFICENTIAM, quâ Sereniſſimus noſter LEOPOLDUS, illa ipſa luce, alios inter innumeros, me immeritum quoque radiavit, juſtis laudum encomiis perſequi poſſet?

Ne gravemini, CIVES cujuscunque ſtatûs & Dignitatis S. IMPERIO Romano vel immediatè vel mediatè ſubjecti, primò pauliſper mentis veſtræ oculos in CÆSAREAM hanc à S. CÆSAREA MAJESTATE clementiſſimè conceſſam COMITIVÆ PALATINÆ CYNOSURAM conjicere, ac SEX poſtea quoque ejusdem STELLAS, indeque poſtremò VIGINTI duos BENEFICII Hujus IMPERATORII emicantes RADIOS intueri, & prælaudatæ BENEFICENTIÆ, MAGNIFICENTIÆ & MUNIFICENTIÆ, totiusq; triplicis tractatûs noſtri Tenor, ac ſplendor Vos capiet major, certior!

Prima autem Comitivæ Palatinæ PARS, quæ ſeſe CÆSAREA in hac CYNOSURA noſtro obtutui offert, conſiſtit in HONORE HONORANTIS; uti aliâs *honorem activè acceptum eſſe honorantis, tanquam cauſa efficientis, quatenus ab* eo

eo in honorandum transit, ex Philoſophia Morali compertum, exploratumque habemus.

v. Ariſt. 1. eth. 5. Goldaſt. 3. d. l. Regn. Boh. 13. n. 7.

HONOR inquam ILLE eſt HONORANTIS, QUI *Invictiſſimus noſter Auguſtus* LEOPOLDUS,

IMPERATOR *omni virtute viritior, atq; omni in terris mortalium Majeſtate Major.* Tertul. l. d. Trinit. 4. Br. in l. hoſti. d. Captiv. &c. Bl. in l. fin. C d. Appell.

QUI SOLUS *eſt Civium Romanorum* DOMINUS:

l. 3. C. de S. Trin. l. 3. C. d quadr. præſcr. Iaſ. cons 177. n. 11. vol. 2.

QUEM DIVINÆ MAJESTATIS CHARACTEREM SIBI, ceu DEI Vicario impreſſum, & Imperatorii Diadematis fulgore Honoratum IPSEMET meridiano ſole fatetur clarius, verbis Cæſareæ Cynoſuræ: &c. Von Gottes Gnaden ꝛc.

Aus Römiſcher Käyſerl. Höhe und Würde / darein uns der Allmächtig nach ſeinem Göttlichen Willen geſetzt hat.

QUEM *In- & cum Octaviano Aug.*

COELESTIS IMPERATOR *adhuc in benedicto Mariæ Matris utero clauſus, Terræ Dominum, & faſcibus Auguſteis mactandum prævidit ac agnovit, eiq; cenſum non ſolum non denegavit, ſed & dare præcepit.* Luc. 2, 5. Matth 17, 27. c. 22. 21.

Qui DOMINUS itidem meus BENIGNISSIMUS, his JUSTITIÆ, FORTITUDINIS, TEMPERANTIÆ, PRUDENTIÆ, MAJESTATIS, BENEVOLENTIÆ Stellis, cæteraq; Virtutum Auguſtalium cohorte, ceu Radiis antehac prælaudatis ſtipatus præfulget. Ideoq; tanquam SOL, aut

STELLA *matutina eminet inter omnes Reges in medio nebulæ meridionalis.* l. pen. & ibi Br. C. de Bon. quæ lib.

Adeoque *Sereniſſimum*

IMPERATORIS *Nomen* ſingulis Paragraphorum Cæſarei Diplomatis Stellis & Radiis, Jure meritiſſimo præponitur, & ſub finem demq; Cynoſuræ, AUGUSTISSIMA MANU PROPRIA, adpenſo MAJORE MAJORUM SIGILLO CÆSAREO gratioſiſſime poſtponitur.

Uti ex initialibus fermè verbis Palatinatûs ſatis manifeſtè elicitur & elucet, quæ ita inter alia honorificentiſſimè leguntur:

Wir LEOPOLD ꝛc. bekennen für uns ꝛc. Wann Wir nun ꝛc. Hierumben ſo haben Wir ꝛc. Und dieweilen ꝛc. und gebieten darauff ꝛc.

Atque iſtas quoque SEX Paragraphorum PRIVILEGII noſtri STELLAS PARTEM ejusd. &c. poſſe conſtituere SECUNDAM, IN HONORE HO-

Google

NORATI acquieſcentem, breviter, aſt haud inconvenienter ſtatuimus; veluti etiam aliâs *Honorem paſſivè acceptum ratione fundamenti, & ſubjecti recipientis eſſe Honorati,* ex præceptis Ethicis liquet.

Augeri autem Principis Honorem ac Majeſtatem clientum ac ſubditorum Dignitate, imò ejus ſtatum potentiorem, magis honorabilem, magisque timendum effici, nemo forſan ambiget; tantò enim quis eſt Major & Potentior, quo Majoribus & Illuſtrioribus præeſt; eoq; Nobilior exiſtimatur, quò nobiliores habet ſubjectos. Jam verò quemadmodum Indultum HOC BENEFICIUM *eſſe* IMPERATORIUM *è* tribus Paragraphis præliminaribus (nedum *de* §. *finali & pœnali,* adnexaque *Cæſ. ſubſcriptione & ſubſignatione:* Conſul Klock. conſil. 37. part. 2. num. 377. cum ſeqq. aliquot & imprimis num. 398.) *ceu triplex Stella* emicat: ita IDEM eſſe GRATIOSUM è §. 4. inſtar Stellæ lucidiſſimæ elucet, verbis: Beſondere Käyſerliche Gnad &c.

l. 3. ub. Jaſ. ff. d. Conſtit. pr. Enenk. 3. d. Privil. 8. n. 38. & ſq.

l. 1. C. de Silent. & Decur. Steph. lib. 1. d. Iuriſdict. c. 6. n. 117. cum mult. ſeqq.

Et proinde *latiſſimè interpretandum,* eſt enim unum *de Reſervatis Majeſtatis, & Majoribus Regalibus,* quæ nulli aliâs Principum conceſſa, *inq; Juridictione voluntaria conſiſtens,* quod ex ſingulari gratia Palatinis Comitibus, & ſicquidem participatur, *ut & Lumen, (Sec. Cic. in offic.)* ipſiq; quædam aliis communicare, Suæ poteſtatis Gratiam, & rivulos Suæ Benignitatis in alios derivare poſſint.

Et ſicut IDIPSUM etiam BENEFICIUM eſſe EGREGIUM DECUS, à ſingulis CÆS. hujus CYNOSURÆ §§, tanquam Stellis, earumq; Radiis nitorem mutare neceſſe habet, in quibus AUGUSTALIS TITULI (quippe qualis cauſa, tale quoque cauſatum) luculenta fit mentio; in ſpecie verò cum in d. §. 4. verbis: Hierumben ſo haben Wir/ mit wolbedachtem Muht/ gutem Raht/und rechtem Wiſſen &c.

l. 1. C. de Comit. Conſiſtor. Alex. conſ. 92. n. 33. & conſ. 116. n. 13. vol. 6. Laudenſ. d. Privil. Priv. 96. Rudolphin. d. Sablon. d. ſupr. Princ. pot. c. 5. n. 7.

Unde *omnis ſub- & obreptio tollitur, omnesq; ſolennitates J. poſitivi ſupplentur:* tum etiam in §. penultimo ſive Stellâ quinta idem Motus proprius IMP. eadem certa Scientia, deliberatumq; Conſilium CÆS. MAJESTATIS ſtabilius, illuſtriusq; redditur, verbis: So offt dieſer Unſerer Freyheits- und Begnadigungs-Brieff/ Gefährlichkeit des Wegs/oder anderer Urſachen halber/über See und Land zu führen/beſorg- beſchwer- und gefährlich/ oder auch verderbt und verlohren würde / ſo ſetzen/ordnen und erklären Wir/ daß den Vidimus und Transſumpten/ als dem Original-Brief/Glauben zugeſtellt werden ſolle &c.

Simili quoque IDIPSUM BENEFICIUM eſſe GRANDEM, & HONESTAM, & AMPLAM, & CLARISSIMAM, imò & ILLUSTREM DIGNI-

TATEM,

TATEM, non tantùm ex iiſdem §§orum replendet & effulget Syderibus, aſt itidem ex §. 3. & 4. in quibus ab IPSA SACRATISS. MAJESTATE Honoratus Nobilis Cæſ. Palatii & Aulæ Comes ſalutatur, & ad Dignitatem, faſtigiumq; Comitum S. Palatii, quod eſt AULA CÆSARIS cooptatur, evehitur Conſortioq; cæterorum Comitum Palat. aggregatur, inſeritur, & coæquatur.

L. 3. C. d. Privileg. cor. qui in S. Pal. Mil. conf. Mund. d. Com. Pal. c. 1. n. 20. 26. 65 & paſſim.

Nam SUMMUS PRINCEPS *ſolo verbo & nominatione ſola Duces, Comites, Nobiles, Doctores conſtituit & renunciat:* quod ipſum cum aliis modò allatis, Auctoribus probatiſſimis, & *Summis Aulæ Imperialis Conſiliariis* res eſt vel cognitiſſima, perſpectiſſima, ſicq; revera verum evadit, *Illam- Ipſam*

Cæſaream Liberalitatem nullis limitibus eſſe incluſam: indeq; *Juſtitiæ, Fortitudinis, Temperantiæ, Prudentiæ, Majeſtatis, & Benevolentiæ* Stellis ſplendidiſſimis maximè coruſcantem! l. pen. C. d. Don. int. V. & Vx. cum mult. alleg. Enenk. 1 d. tt. c. 10. n. 19

Qui Cæſareæ tamen *Cynoſuræ ſplendor bipartitus eò* clarior & major relucet, *quò* clariores & majores *in* PARTE inſeq. III. *circa utilitatem Palatinatûs ſive Beneficii hujus Imperatorii, emittit* PRIVILEGIORUM RADIOS, quorum quoque tot in ead. irradiant, quot antehac in toto opere legitimè perfecto præradiantes contemplati ſumus Virtutum Radios.

Eſt autem

I. PRIVILEGIORUM RADIUS.

JUS CREANDI NOTARIOS.

Cauſa Efficiens: vel unde habeant Notarii ſua Prilegia in terris Imperii? ſc. *immediatè* à S. CÆS. MAJESTATE, à QUO FONTE *omnia Privilegia, tanquam rivuli deſcendunt.* Iaſ. in L. quæcunq; n. 4. & 24 ff. d. offic. ejus.

In Dipl. Wir geben auch mehr gedachtem J. O. dieſe Unſere vollkommene Macht und Gewalt/ daß er an Unſer Statt/und in Unſerm Namen ꝛc.

Mediatè vel EX BENEFICIO IMPERATORIO à S. Lateran. Palat. aut Conſiſtorii Cæſ. Imperialis Comitibus.

v. l. 1. C. d. Silent. & Decur. l. 1. & ibi Gl. C. d. profeſſ. qui in urb. Br. in l. 1. C. d. Dignit.

Vel *ex longo uſu & conſuetudine* ab Epiſc. Princip. Comit. & Civit. leg. Boër. deciſ. 50.

Quæ tamen conſuetudo non poteſt induci, *niſi* tacito vel expreſſo conſenſu Superioris. Innoc in c. cum Tabelio X. d. F. d. inſtrum.

An ſit tamen differentia inter creatos à CÆS. MAJESTATE, & Comite Palatino; atq; ab Epiſcopis, Principibus, Comitibus, Civitatibus aut Univerſitatibus creatos? Q.

Eſt,

Eſt, quia

Priores poſſunt officium Tabellionatûs exercere extra territorium Creantis, Inſtrumentaq; ab his confecta omni locorum fidem faciunt, *modò* Aulæ Cæſ. Comitis Privilegium ſit generale, verbis: Durch das gantze Römiſche Reich und Unſere Erb-Königreich/ Fürſtenthum und Landen für ſolche gehalten/ und aller und jeglicher Privilegien *&c.* quia Conceſſiones ejuſcemodi latiſſimæ ſunt interpretatæ.

Iaſ in l. Beneficium n. 15. d. conſt. pr. & in l. ſi arrogator. n. 40. d. Adopt.

Poſteriores verò extra eorundem Diœceſin, Forumq; inter ſubditos peregrinos Inſtrumenta conficere nequeunt, nec pro Notariis ibidē habentur; Neque enim ea authoritas, quæ quantum ad juriſdictionem conſtituentis publica, receptaque, mox etiam quantum ad aliorum juriſdictiones publica & recepta eſt: *Nam* Comes aut Civitas ſubditis, civibusq; ſuis, qualem vellet, tanquam fide dignum conſtituere, aliis non ſuis, illius fidem authoritatemque invitis obtrudere non poſſet.

Id. in l. Imperium. n. 30 c. fin. d. Iuriſd.

Fichard. Art. Not. tom. I. c. 1. v. Ant. Gabr. comm. concluſ. lib. 1. d. Fid. Inſtr. concl. 1. n. 10. & 11. & Franc. d. Marcil. q. 489. n. 12. part. 1.

Materia in qua: vel quis poſſit eſſe, vel non eſſe Notarius?

Fichard. tom. 1. d. tit c. 15.

Eſt ipſe Notarius, qui debet eſſe

1. *Major 14. annorum*; verbis: Die Perſon/ ſo darzu tauglich und geſchickt ſeyn/ welches Wir ſeinem Gewiſſen/ Diſcretion und Beſcheidenheit heimgeſtellt haben wollen &c.

2. *Bonæ vitæ, & famæ.*

Fr. d. Marc. q. 603. n. 2. part. 2.

Gail. 2. obſ. 77 n. 7. Decius in c. 1. n. 26. d. fid. Inſtr.

3. *Sit peritus* in pertinentibus ad ejus artem; ſi enim propter ipſius imperitiam pars læſa fuerit, tenetur ad intereſſe: Et tali caſu non excuſatur ratione minoris ætatis;

Nec ignorantiam prætendere poteſt.

Br. in L. Divus Claudius. ff. d. falſ.

Everh. conſil. 24. Cæpoll. cent. 243. conſ. Carpz. 1. Pr. For part. 1. conſt. 2. def. 15 n. 2 & def. 20. n. 2.

Praxin ex longa experientia habeat; *non enim ſubitò* infunditur experientia in ipſa creatione Notariatus, *ſed* per longum exercitium acquiritur;

Quò poſſit contractum licitum ab illicito ſecernere, ſimulatum à vero cognoſcere.

Non erit E. *Notarius* ſervus, mente captus, cœcus, mutus, ſurdus, fœmina, Clericus, ſpurius, propter hæreſin convictus, & condemnatus, bannitus, &c.

Zaſ. in l. Prætor ait. §. Is autem. n. 5. d. Ed. Modeſt. Piſt. conſil. 46. vol. 1. Hartm. Piſtor. q. 30. à n. 20 usque ad f. lib. 1.

Digitized by Google

Materia circa quam : vel , Quænam igitur Notarium ex Jure ſcire decet?

Præcipuè in tribus materiis : ſc *in* Contractibus obligatoriis, Teſtamentis vel ult. voluntatibus , & Actionibus ſive Proceſſibus Judiciariis: Ihres Ampts in all gerichtlichen Handlungen/ Contracten/Teſtamenten/letzten Willen/gebrauchen. &c.

De hac triga materiarum agitur ex profeſſo in Cæſarea, Conſtitutione Maximilianea, nimirum, *quinam* Notariatûs ſint incapaces, *quæ* inſtrumentorum forma, elegantia & ſolennitas, *& qualia* Protocolla eſſe debeant. *Monet inſimul* Notarios, *ne cuiquam*, etiam quantumcunque digno facile , ac ſine teſtibus credant : *oſtendit modum*, ſi legitimis occupationibus impediantur, alios ſubſtituendi, *ſimiliter* Inſtrumenta extendendi fraudibus & fallaciis aliorum cedendi, Notariatum renuntiandi, ſignum mutandi, in Inſtrumentis radendi, teſtamenta conficiendi, citationes & literas Imperiales inſinuandi , Procuratores conſtituendi, Inſtrumenta appellationis formandi, &c. de quibus ſub forma Requiſitorum ſpecialium mox plura.

v. d. c. Sicut Extrav. Ne Cler. vel Monach. ſec. neg. l. 7. C. d. Fid. Inſtr. l. 24. C. d. Teſtam. l. 1. C. d. Tabular. Auth 44 d. Tabell. offic. Nov. 66 Ord. Cam. part. 1. tit 4. & 52. Rec. Imp. d. anno 1512. Max I. Col. Argr. 8. Octobris.

Formam quod concernit, *conſiſtit illa:*

Partim in perſona Notarii , quæ debet ab eo , qui creandi Privilegium habet, prævio examine, legitimè creari, & antequam inſtrumenta conficiat, in Notarium promoveri, interpoſita tamen Annuli, Codicis clauſi-recluſi , chartæ , calami, calamarii , & ſigni Notariatûs inveſtitutâ , præmiſſoque præprimis fidelitatis Juramento; Doch ſoll ꝛc. gebührende Gelübd und Ayd nehmen/ &c. quod nempe

I. S. CÆS. MAJESTATI, & *Sacro R. Imperio* , *omnibusq;* SUCCESSORIBUS *perpetuò fidelis*, nec ullo unquam tempore in conſilio, ubi periculum CÆS. & Imperiale tractabitur , præſto futurus ſit : ſed potiùs *Bonum commune & ſalutem publicam defenſurus ac promoturus* fideliter , eorumq; damna pro viribus prohibiturus atq; averſurus.

II. *Inſtrumenta omnia*, tàm publica, quàm privata, & *ultimas voluntates*, Codicillos, Teſtamenta, *acta Judiciorum quæcunq;, & omnia alia ac ſingula*, quæ illi ratione officii facienda erunt, vel ſcribenda, *juſtè, purè, fideliter*, omni ſimulatione, machinatione, falſitate, fraudeque remota, ſcripturus, lecturus, facturus, dictaturusq; ſit, *non attendendo* odium, pecuniam, munera, aut alios affectus vel favores, *ſcripturas* porrò *ipſas, & actûs in publ. formam redigendos*, in mundis membranis aut papyris, non tamen chartis abraſis, fideliter, *ſecundùm locorum conſuetudinem*, ſcripturus, lecturus, facturus, aut dictaturus.

Digitized by Google

RADIUS TERTIUS
BENEFICENTIA.

Cic. 2. d finib. c.16. m. (33. b. 65.) conf. Piccart. dec. 12. c. 2.

ADjungemus jam haud immeritò dotem illam in Magiſtratu potiſſimam, quia *liberalitate qui utuntur, Benevolentiam ſibi conciliant, & quod aptiſſimum eſt, ad quietè vivendum* (ſive & regendum) *caritatem.*

Sen. 3. de benef. c. 17.

Nam Bene- & Munificentia ſemper uſui, maximè in novo ſtatu: ſanè vulgò, ex veteri verbo, *beneficium accipere eſt dare, res optima ac dulciſſima eſt, & jucundiſſima.*

v. Marcilii commentar. in Sueton. Tit. c. 8. p. 91. c. d.

Neq́ oportet quemq́, à ſermone Principis triſtem diſcedere.

Cic. pro Dejot. conf. Tac. 1. Ann. 8.

Et frugalitatis verbo ſic laudari Reges non ſolere: frugi hominem dici, non multùm habet laudis in Rege: fortem, juſtum, ſeverum, magnanimum, gravem, largum, beneficum, liberalem, hæ ſunt Regiæ laudes: illa privata eſt.

ap. Plut. in ejus vit. p. 525. c.

Quibus tamen conferendum; & quantum, omnino advertendum erit: Imò malis etiam interdum: Sic *Nicias non ſecus his, à quibus metuebat, quàm illis, qui erant beneficio digni, largiebatur.*

Atq́, adeò vectigalis erat, improbis timiditas ejus, & humanitas probitas &c.

Senec. d beat. vita cap. 23. cum ſeq.

Sapiens donabit cum ſummo conſilio digniſſimos eligens: ut qui memmerit, tam expenſorum, quàm acceptorum rationem eſſe reddendam: donabit ex recta & probabili cauſa; nam inter turpes jacturas malum munus eſt. Habebit ſinum facilem, non perforatum: ex quo multa exeant (conſilio) *nihil excidat* caſu aut levitate.)

Plin. Paneg. cap 27. p. 20. f.

Quin etiam nonnemo: *gratiſſimum eſt accipientibus, diſcunt dari ſibi, quod nemini eſt ereptum.*

Hujus loci eſt Proverbium Italicum, eglicuopre unaltar, & diſcuopre l'altro. Germ. Er ſtihlt das Leder / und gibt die Schuh umb Gottes willen.

Cic. l. 2. d. offic.

Nec *ita claudenda eſt res familiaris, ut non eam benignitas poſſit aperire: neq́ ita reſeranda eſt, ut pateat omnibus. ſequuntur enim largitionem rapinæ. Cum enim dando egere cœperunt homines, alienis bonis manum inferre coguntur.*

Tac. l. hiſt. 30. p. 317. B.

Nimis autem hauriendo, fontem ipſum exhaurimus:

Et Benignitate Benignitas tollitur. Falluntur verò, quibus luxuria in ſpecie liberalitatis imponit.

Plin. in Paneg. c. 38. p. 29. m.

Perdere multi ſciunt, donare neſciunt.

Tac. 1. Hiſt. 52. p. 324.

Uti de Othone Tacitus noſter loquitur:

Ambitio enim & jactantia, & effuſio, & quidvis potius liberalitas exiſtimanda eſt, cui ratione non conſtat.

Licet comitatem, Bonitatemq́, facientes vocent, quod ſine modo, ſine judicio donet ſua, largiatur aliena.

Ideò

Digitized by Google

Ideò monuit ſapiens Senex: Senec.ep.120.

Sunt virtutibus vitia confinia, & perditis quoq; ac turpibus recti ſimilitudo eſt; ſic mentitur prodigus Liberalitatem, cum plurimum interſit, utrum quis dare ſciat, an ſervare neſciat, multi, inquam, ſunt, qui non donant, ſed projiciunt. Non voco ego liberalem, pecuniæ ſuæ iratum.

Exemplo ſit hoc loco *Conſtantinus M. qui pecuniam & citra delectum inſumpſit, & minore cum delectu comparavit. Unde ejus in largiendo ſtudium, Magnificentiæ non tribuebatur.*

Et Julianus Imp, in Orat. Cæſariana, v.Zonar tom. 3.p.10.m & conf. eund.T. p.154 pr.

Quaſi per deriſum impenſarum ejus fingit, Mercurium cum eo colloquentem quærere, quænam ſit boni Regis nota? Cui ille reſpondit: Imperatori & habenda, & inſumenda eſſe multa.

(πολλὰ κεκτῆσθαι χρῆναι τὸν Αὐτοκράτορα καὶ ἀναλίσκειν πολλά.)

Multa in vitæ actionibus occurrunt (Verbis Galeni) δυσδιόριστα, quia ἡ ἀρετὴ γειτνιᾷ τῇ κακίᾳ.

vid. Galen. d. Cognit. & Cura paſſionum animi. prop. fin. tom. 1. (p. 360. 4.) add. Seneca ep. 120. & Sidon. l. 7. epiſt. 9. p. 219. & ſeq. & Cic. part Orator. cap. 23. m.

Baſilius in Aſceticis:

ἀγχίθυροι αἱ κακίαι ταῖς ἀρεταῖς.

An donare ſit perdere? docet Piccart. obſ. dec. 14. c. 6. obſ. dec. 14. c. 6.

Vitium verò iſti ad Benevolentiam inſtrumento adverſum eſt *Avaritia*, cui ſedes quoque in Tributis: quo nomine cenſemus omne genus exactionum, in quibus aſperitas & odium. *Marcus Antoninus Imperator inquit, Pertinacem & Galbam Imperatores occidi meruiſſe, ob avaritiam, quæ ſit in Imperatore acerbiſſimum malum.* ap. Vulc. Gallican in Avid. Caſſ. c. 8.

An Princeps tributa ſine populi conſenſu poſſit exigere.

pulchrè in utramque partem diſp. Barclajus in Argenide l. 4, p. 357. & ſeqq.

Quæ mitigantur fomento primo *Neceſſitatis*; quæ enim Reſp. aut Regna ſine tributis? v. Toloſſan. 3 d.Rep.l.

Sunt enim *vectigalia Imperii patrimonium.* Flor. l. 3. c. 13. m.

Cicero heîc clamat: l. 1. ad Q. Fratr. ep. 1.

Simul & illud Aſia cogitet, nullam à ſe neq; belli externi, neq; diſcordiarum domeſticarum calamitatem abfuturam fuiſſe, ſi hoc Imperio non teneretur. Id autem Imperium cùm retineri ſine vectigalibus nullo modo poſſit, æquo animo parte aliqua ſuorum fructuum pacem ſibi æternam redimat atq; otium.

Ex his fomentis quædam etiam Mecænas proponit apud Dionem. l. 52. p. 554. b. c. quem vid.

Quæ ſervanda, vel augenda, & utiliter interdum *calculus cum Imperio ponendus.* Plin. Paneg. c. 20. f.

Digitized by Google

Thurnier. Artic. 9. & 11.

Sed populus docendus: *Autores & Conſultores exactionum, quibus gravantur & opprimuntur ſubditi, publica & ludorum equeſtrium lege infamantur.*

l. 9. ad Attic. ep. 16. ex ep. 7. (tom. 3 p. 329.)

Suadendus: Cicero ſcribit, *ſe metuere Caſaris* πειθανάγκην, (i. e. perſuaſionem cum vi & neceſſitate conjunctam) & apponit illud Platonis τὰς τῶν τυράννων δεήσεις, ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις εἰσίν. Tyrannorum preces cum univerſitate permixtas eſſe novimus.

Tac. 4. A. 46. d. militib. ſtipend. orantib.

Preces erant, ſed quibus contradici non poſſet.

Principum preces eleganter expreſſit Ovid. in Jove:

—— *Precibus minas regaliter addit.*

v. P eccart. dec. 5. c. 3. Macrob. l. 2. Saturn. c. 7. pr. Liv. 32. c. 21. f.

Vix cogendus: (Mimus) *cogit rogando, qui rogat potentior.*

Poteſtas non ſolùm ſi invitet, ſed etiam ſupplicet, cogit.

Hinc illud Livianum:

Quod rogant, cogere poſſunt.

Fomentum II. ut *Moderatio* ſervetur, ne magna ſint, *vel rem auferant cum pulviſculo*:

Den Seckel zu dem Geld.

v. Plaut Bacch. actu Trucul. prolog. v. 19.

tom. 3. p. 7. conf. Plin. Paneg. c. 36. pr. & v. Lipſ. not. 77. ad Senec. d. provid.

Zonaras in Conſtantino M. de ſuorum temporum calamitate querelam inſtituens, inquit: *Tyrannos non paſtorum inſtar ſubditos tractare, lanâ ſupervacuâ detondendâ, & lacte parce bibendo: ſed prædones imitari, oves mactando, & carnes devorando, aut ipſas medullas exugendo.*

Toloſan. 3. d. Rep. 9. n. 15.

Ut delibentur opes tantùm: Maximus Tyrius olim rectè:

καὶ κηπωρὸν, inquit, μισῶ τὸν ἐκ ῥιζῶν ἐκτέμνοντα τὰ λάχανα.

Conf. Eraſm. 205 m. & 1569 pr. it. p. 1304.

Notum illud eſt Eraſmi Adagium:

Funem abrumpere, nimium tendendo.

l. 12. variar. ep. 12.

Huc pertinet & iſtud præceptum, ut ne differatur ſtatuta tributi exactio: Nam, ut inquit Caſſiodorus, *ſub indulgentia lædit, qui conſuetis temporibus exigere tributa diſtulerit*: Wer den Bauersmann will verderbt haben / der laß die Gült anſtehen.

l. 1. §. 2. ff. de R. d. & §. 2. I. eod. tit.

Videndum etiam ne ſint ſordida: Sic vituperantur, *qui ex aëre, quem naturali jure omnium hominum communem eſſe* notum eſt, *quæſtum captant.*

Illud tribuendum fuit appellatum Ἀερικόν.

vid. Meurſ. Lex. Græco-Barb. in ea dict.

Spartianus in ejus vita.

Quod deſideravit pendi Imper. Peſcennius Niger.

Fecit Michael Paphlagon Imp. Orientis.

Cedreno teſte, ut refert Cujac. l. 10. obſ. 7.

Plin. l. 2. Hiſt. N. 1. Xiphil. in ejus vita.

Non commendantur, *qui ex umbra tributum pendi volunt.*

Reprehenduntur, *qui ex lotio pecuniam capiunt*, ut fecit Imp. Veſpaſianus, qui & T. Filio graviter ferenti, eam ad nares admovit, interrogans, num malè oleret?

Itemque *Ferdinandus Rex Neapolitanus* (Capuæ)

Culpantur, *qui ex pauperrimis ac mendicis ſtipem corradunt, ſicut Caligula ex Gerulorum diurnis operis partem octavam ſibi vendicat,*

Veſpaſianus à mendicis Alexandrinis 6. obolos viritim exegit.

Pontan. c. 38. de Liberal. Sueton. in ejus vita c. 40 id ibid. c. 16

Vituperantur, *qui ex lenocinio & meretricio ærarium locupletant, quod itidem fecit Caligula.*

Id. in ejus vit. c. 40. conf. Ioh Wolff t 2 lect membr. p 614. 647. & 701.

Denique avaritiæ probro ſeſe commaculant, qui cenſum capiunt, aut pro *quilibet hominum ſingulorum membro, ut Frotho IV. Danorum Rex cepit à Saxonibus devictis.*

Saxo Grammat. l. 6. & Krantz. l. 1. Daniæ. c. 36.

aut pro *qualibet cauda jumentorum, ut Margaretham, Sueciæ & Daniæ Reginam à Sueciis & Gothis cepiſſe, teſtantur Hiſtorici.*

DD. Bitſch in Nerone Clapm. 5. c. 14. Conf. quoque Eraſm. Proverb. à Mort. tributum exig. p. 199.

Ioann. Magnus in hiſt. Suec. & Gothor. l. 21 c. 19.

Nec è delationibus capra:

Multitudo enim *periclitantium gliſcebat, cum omnis domus delatorum interpretationibus ſubverterentur.* Tac. 3. Ann. 25

Lex Majeſtatis ſæpè *ſingulare & unicum crimen eorum, qui crimine vacant.*

Quod *crimen omnium accuſationum complementum.*

Plin. Paneg. c. 42. pr.

Denique, ad moderationem pertinet, ne Frequentia: Tac 3. Ann. 38

Imp. Alexius Commenus, impenſarum egens, pecuniæ faciendæ rationes à ratione humanitatis abhorrentes excogitavit. Itaq; Procuratores quo libet mittebantur, qui poſſeſſiones ſubditorum in agris & prædiis deſcriberent: ac novis nominibus excogitatis, ea ὑπέρλιμα ϗ ὑπέρπλεα, quaſi ſupercenſa & redundantia dicas, appellabantur: atque aliâs alii vexationum modi reperiebantur.

Zonar. in ejus vita. t. 3. p. 236 53.

Sic

Imper. Nicephorus inſtituit ἀλληλέγγυον, χαρτιακὸν, κυωνικὸν, tributa ſic appellata &c. Id. p. 100.

Coërcendi ergò adminiſtri tributorum, qui plurimum harpyæ & hirundines:

Cum Imperator Andronicus Senior annua ſubditorum tributa augere ſtatuiſſet, ut à finitimis hoſtibus pacem redimeret, (quod perinde fuit, ac ſi quis amicitiam luporum mercatus, multas ſibi venas incideret, eamq; ingluviem ſuo ſanguine ſaturaret) *publicani & exactores inde ſumta occaſione, alii alios antevertere ſtatuerunt, quiq; plura ſe exacturum pollicens, ſi id munus ſibi mandaretur.*

Niceph. Gregoras l 8 c. 15. p 220 b conf Caſaub. animadverſ. in Athena. l. 3. c. 34. pr.

Quæ coërcitio fomentum eſt III. uno verbo:

Homines cum ſenis manibus, (gr. Πολυχειρία) *genere Geryonaceo.*

v Plaut. Aulul. um 3. ſc. 6 verſ. 17.

Geryon

Digitized by Google

Geryon autem Rex fingitur Hiſpaniarum, à Poëtis tricorpor: habens terna capita, ſex manus, totidemque pedes.

Sed duplex ab iis Cautela, *Electio* & *Amotio*:

Zonar. t. 3. p. 134. 47. in vita Imper. Baſil. Maced. pr.

Imperator Baſilius Macedo, Senatus Principibus advocatis, Imperatorios theſauros aperuit, in quibus nihil præter auri tres centenarios eſt repertum. Re deliberatâ conſentientibus ſuffragiis eſt decretum, & qui nullâ de probabili cauſa pecuniam ab Imperatore Michaële Anteceſſore, acceßiſſent, eam aut ſaltem ejus ſemiſſem reſtituerent. Cum igitur ex Decreto ſemiſſis exigeretur, non minus trecentis centenariis eſt in Fiſcum relatum.

Tac. 11. Hiſt. 95 454.

Si ulla res, hæc eos confirmet: etſi vereor, ut nec iſta: *Succedent*, nempe *Mucianus & Marcellus, & magis alii homines, quàm alii mores.* Es kommt ſelten was beſſers hernach.

Id. 4. hiſt. 42.

Curtius apud Tacitum:

An Neronem extremum Dominorum putatis?

Idem crediderunt, qui Tiberio, qui Cajo ſuperſtites fuerunt: cum interim inteſtabilior & ſævior exortus eſt.

Vell. ſ. Patere. l. 2. c. 3. f.

Nemo enim *ſibi putat turpe, quod alii fuit fructuoſum.*

Omnia cum pretio honeſta ſunt.

Senec. ep 95. p. 602. 6.

Nihil turpe eſt, cujus placet pretium.

Fomentum IV. *Diſpenſatio*: turpes e. hic prodigi:

Zonar. t. 3. p. 127. 16.

Imperator Michaël rerum potitus, magnas copias (à ſucceſſore relictas) brevi diſſipavit: inſumſitq; Mimos, adulatores & aurigas, cum quidem eas, totis plauſtris, quod ajunt, effunderet. Theſauris jam exhauſtis, quum tempus inſtaret pecuniæ iis diſtribuendæ, qui dignitatibus præditi ſunt, neq; haberet unde largiretur: aureum platanum, duos leones, totidemq; gryphos, & organa ex auro facta omnia, quæ & Regiam ornabant, & exteris gentibus admirationi erant, conflavit: atq; inde numummata cudi juſſit.

v. Spartian. c. 6. & Sueton. c. 7. conf. Prov. 13. 11. adde Beſold Polit. p. 666. & ſeq.

Contra laudabiles parci, quippe quod *magnum vectigal parſimonia.*

Exemplo *ſunt* etiam *Hadrianus*, & *Titus*.

Et ſecundùm Poëtam, neſcio quem:

Si rectè fueris, non eſt ut copia major,
Ab Jove donari poßit tibi. ——

V. Ultimumque Fomentum, *Æqualitas*:

Æqualiter enim onera imponenda, ſine odii & gratiæ aſpectu.

Nec malè Virg.

10. Æn. poſt pr.

—— *Rex Jupiter omnibus idem.*

v. loc. Matth. 5. v. 45.

Sen. ep. 30. m. conf. Dion. l. 52. p. 540. c. Symmach. l. 9. Ep. 1.

Prima pars æquitatis eſt æqualitas.

Sicut omnibus in hac vita poſitis ac locatis communis eſt cœli ſpiritus, lux diei; ita clementiam maximi Principis ſentiant vota & facta cunctorum.

Ita

Ita Mecænas ad Auguſt. in Orat. ap. Dion. l. 52. p. 554 a. Add. Bodin. 6. d. Rep. 2 p. 660. & ſq.

Juſtum, æquumq́, eſt, neminem ſubditorum, neq, privatum hominem, neq, populum à vectigalibus immunem eſſe, cum ad omnes ex æquo utilitas eorum, in quæ inſumuntur, redeat.

Et Imperator Juſtinianus ait :

Si minutatim & pariter in omnes vectigalia diſtribuantur, non ſolùm paululum fore, quod Nov. 43. c. 1. §. 1. *præſtitum fuerit; ſed & tantò moderatius, levius, tolerabilius, faciliusq́, quod confertur, exiturum eſſe, quanto à pluribus colligitur: quò verò plures ſint à vectigalibus immunes, eò magis cæteros onerari, & quidem plebejos ac proletarios, id quod ſit abſurdiſſimum.* Kekerm. Curſ. Philoſ. diſp. 34. prob. 11. p. 716. Arniſ. d. Exemt. Cleric. p. 91. & ſeqq.

A pauperibus in dites inclinanda onera. Liv. 1. c. 43. & 2. c. 9.

Hæc tamen abſurditas obtinet in Gallia, in qua tria hominum genera, Sacerdotes, Nobiles, ac Magiſtratus ferè omnes, omnia tributa in miſeros, opifices & aratores rejiciunt. Bodin. d. l. 6. & c. 2.

οἱ τὰς φόρους δασμολογοῦντες ap Gregor. l. 9 poſt pr.

dicuntur ἐξισωταὶ, q. exæquatores ob eandem (ut puto) cauſam. Wolffius vertit quæſtorem. Malè Heſychius ἰσώτας.

Odioſa quorundam ſublevatio aut exemptio:

Inter ſcelera Leonis Iſauri Imperat. etiam hoc refert Zonar. t. 3. p. 361. 20.

Quod Calabros & Siculos novis tributis oneraverit, ac more Judaico tributum capitum (κεφαλητίωνα) pendere juſſerit.

Si alia aliorum ſit conditio, accenditur diſcordia, quàm ſedatur. Liv. l. 2. c. 29. f. Add. Dion. l. 52. p. 240. c.

Huic autem Æqualitati ratio unica *Cenſus:*

Res ſaluberrima magno futuro Imperio. Liv. l. c. 42. f.

Nam hac una re fit, juxta illud Regis Romani Servi Tullii, *ut omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artium, officiorumq́, diſcrimina in Tabb. referantur.* Flor. l. 1. c. 6.

Tandem conducit non ſolùm ad plenam Reipub. notitiam, ſed & pariter ad tributa imponenda, *ut æquiter ex Cenſu quotannis tributa conferantur.* Cic 2. in Verr. 53. p. (80. b 30.

Multa hîc poſſim ad hanc ſedem: Sed claudo eandem uno iſto dogmate & paradigmate

S. Principis in Comp. pag. 12.

Ad hoc quoque Principi ſingulariter attendendum erit, *ne ſubditi,* nec ac ipſo, nec à Miniſtris, nec à Nobilibus *nimium graventur.* Et licet Principi conceſſum ſit exactiones, tributa & alia ſimilia ſubditis imponere, id tamen *cum moderatione* agendum erit, *non* exigat *ſine cauſa,* ſed expectet, *donec neceſſitas* aliqua urgeat & premat, & tunc ſubditorum opem quoque imploret. Tantum verò oneris imponat, quantum ferre poſſunt: *non una vice eos opprimat,* ut poſtea vix reſurgere amplius, & ſuppetias ferre queant; Nam certo

Digitized by Google

conſtat, ſi moderatè & manſuetè cum ipſis egerit, illos ſemper promtos ad hæc ſubſidia & paratos futuros. Denique tondeat, non deglubat oves. Et licet ab ipſo Principe benè tractentur, curandum tamen erit, ne à Miniſtris ſuis aut Nobilitate opprimantur, & de hoc ſedulò inquirat, nec ita cruciari eos permittat. Videat quoque, ne *Cancellar.* exactionibus nimiis pro expeditione literarum & negotiorum graventur: nam ſi una vice deſtruuntur, aliâ, cum Princeps indiguerit, juvare non poterunt. Deniq; ita ſe gerat erga eos, ut Pater, non Tyrannus dicatur.

De cætero, quoad ipſum Benevolentiæ Inſtrumentum five hunc ult. BENEFICENTIÆ Radium copiâ fere Exemplorum fatiſcimus:

Neque heîc per IMPP. CÆTEROS AUSTR. eo; nam QUIS eorum TALIS non fuit, cum quodam tamen delectu.

Rupert. in univ. Hiſt. ſuppl. p. 717. Nam ante ILLOS, & MAJOR ILLIS, noſtro ævo, (primum EXEMPLUM eſto Illuſtriſſimum) FERDINANDUS III. Glorioſiſſi: mem: *quàm gratioſus* enim *ſolummodo, pacis Osnabrugæ* d. 14. oct. a. 48. *facta Nuntius apud* IMPERATOREM *fuerit, illuſtris DN. Ranffitus, exercitatiſſimus Legionu veteranæ ac pugnaciſſimæ Ductor*; *Dona teſtantur ampliſſima*: Annulus IMP. digito detractus, ſex mille Imperialium; & aureus torques unà cum IMPERATORIO NUMISMATE, magni favoris ſigno; cujus pretium bis mille ducatos æquavit. *Super hæc teſtes pacis citamus*, ſtatuam Coloſſeam, ex marmore factam, in foro Pragenſi; nec non in ponte Crucifixi Signum ejusdem & molis, & ponderis: quæ æterna publicæ tranquillitatis Monumenta Germaniæ pacis Firmator, FERDINANDUS facienda ſtatuendaque curavit!

Nec minus IDEM *ære pauperes, quàm reos veniâ* donavit:

I.R.G. pag. 300.

Felix *Alchymiſta*,
Qui ipſam etiam inaurare inopiam;
potens *Thaumaturgus*,
Qui auri cadavera tam ſanctâ ſciret vitâ donare
Omnium neceſſitates ſuas fecit divitias;
Omnium inopiam ſuam liberalitatem!

Subnecto PARENTI FILIUM,

(Secundum EXEMPLUM Illuſtriſſ.) FERDINAND. IV. Glorioſiſſ: mem. Quàm grave ſanctùmque (ut de genere humano nemo præclarius mercεatur)

Nomen ſit *Præceptoris*, quàm longè à ſtipendiaria aliqua ſorte diſtinctum munus, & Venerabile, quod Romani met ipſi Impperat. ſuis Informatoribus impoſuerunt, eorumque Auctoritatem in ipſo Auguſtali faſtigio toleraverunt: de Nerone, Trajano, Criſpo F. Conſtantini, & Gratiano res notior

tior eſt, quàm ut verba & teſtimonia requirat. *Præceptores* verò *à Pædagogis diſertim diſtinxit Seneca*, quem hujus differentiæ fundum & tibicinem do, quod ſcil: *Hi* nihil niſi aſſeclæ, progreſſus, actiones, & mores obſervarent. *Illi* Artes, ſcientiasque infunderent. 2. d. Ira. c. 22. Carol. Animadverſ. in Agell. l. 13. c. 20. A. 1.

D. *Schilleri* cumprimis *Exemplum* nobile eſt: cujus in ſubſequenti *Epiſtolio à* REGE *Romanorum*, qui dudum ex ejus Magiſterio exierat, ad eundem exarato, nomen tamen, ſtatumque neutiquam detrectavit IDEM REX ROM. FERD. Quæ autem Epiſtola quantum decus attulerit Schillero, facile eſt æſtimare. Magnum & rarum bonum, Præceptor bonus: ſed haud meritò *frequentius bonum*, idoneus, gratusque diſcipulus.

INSCRIPTIO:

Doctori Eliæ Schillero.

Chare Doctor Schiller, non potui intermittere, quin te certiorem facerem, quod hodie, Laus Deo, in Regem Romanorum unanimibus Electorum, ſuffragiis, electus ſim, & in Eccleſia publicè proclamatus. Coronatio erit Ratisbonæ, cum Reipubl. intereſſe judicaverimus, ut in præſentia Statuum fiat, & non ulterius differatur, ne quid impedimenti interveniat. Et cùm tibi multum debeam, quod me tam benè, fideliterque literis inſtruxeris, volui tibi hiſce gratias agere, & libenter profiteri, quod pars hujus fortunæ meæ hoc nomine tibi adſcribi poſſit. Præſent 4. Iun 1653. Reſp. 6. ejusd.

Atque hiſce ſemper maneo Tuus clementiſſimus Rex & Dominus.

Auguſtæ-Vindelicorum 31. Maji. 1653.

Ferdinandus.

At, non peribis Gloria Seculi
FERDINANDE noſtri; nec violabili
Clauderis urna; nec cadaver
Pondere Pyramidum obruetur.
FRATER ſuperſtes FRATRIS amabile
ſupplebit ævum. Quos Lacheſis Tibi
Ademit annos, inſequentis
Imperii adnumerabit æther
FRATRIS Coronis!
(Tertium EXEMPLUM Illuſtriſſ. LEOPOLD. I. IMP. AUG.)
FRATRIS, inquam, omnium PATERNARUM virtutum HÆREDIS;
Metempſychoſi Pythagoræ nullâ hîc opus:
In naturam jam abiit AUSTRIACIS, I. R G p. 303. & 313.

Digitized by Google

Omnium MAJORUM in Se vitam & virtutes traducere,
In omnium POSTERORUM ſuas derivare.
Ut nunc meritò & AUSTRIA, & IMPERIUM
Non amplius deſideres mortuum,
ſed gratuleris adhuc Vivum
IN LEOPOLDO
FERDINANDUM!
Quare Te quoque hoc loco veneramur & laudamus tanquam
PROLOGUM,
Et EPILOGUM Cynoſuræ noſtræ,
Quia, quum erecti TIBI t.t. Triumphales Arcus
VIENNÆ in publicis compitis,
Ac audiebantur læti populorum fremitus & acclamationes,
Iisdem mixta quoque mea Minerva,
Atque etiamnum verecunda Te alloquitur:
VIVE, LEOPOLDE IMPERATOR
AUGUSTE,
JUSTE, FORTIS, TEMPERANS,
PRUDENS, BENIGNE, FELIX:
Et ut vivat Orbis diu incolumis,
TU vive Magna Mundi Anima,
Deſolatorum temporum nunc unicum ſolatium,
In Ipſa
EVropa DeLICIVM VnIVerſa!

Quæ oratio verò tantæ affluentiæ Ubertate decurrens, ut MAGNIFICENTIAM, MUNIFICENTIAM, & BENEFICENTIAM, quâ Sereniſſimus noſter LEOPOLDUS, illa ipſa luce, alios inter innumeros, me immeritum quoque radiavit, juſtis laudum encomiis perſequi poſſet?

Ne gravemini, CIVES cujuscunque ſtatûs & Dignitatis S. IMPERIO Romano vel immediatè vel mediatè ſubjecti, primò paulisper mentis veſtræ oculos in CÆSAREAM hanc à S. CÆSAREA MAJESTATE clementiſſimè conceſſam COMITIVÆ PALATINÆ CYNOSURAM conjicere, ac SEX poſtea quoque ejusdem STELLAS, indeque poſtremò VIGINTI duos BENEFICII Hujus IMPERATORII emicantes RADIOS intueri, & prælaudatæ BENEFICENTIÆ, MAGNIFICENTIÆ & MUNIFICENTIÆ, totiusq; triplicis tractatûs noſtri Tenor, ac ſplendor Vos capiet major, certior!

Prima autem Comitivæ Palatinæ PARS, quæ ſeſe Cæſarea in hac CYNOSURA noſtro obtutui offert, conſiſtit in HONORE HONORANTIS; uti aliàs *honorem activè acceptum eſſe honorantis, tanquam cauſa efficientis, quatenus ab*

Digitized by Google

eo in honorandum transit, ex Philoſophia Morali compertum, exploratumque habemus.

v. Ariſt. 1. eth. 5. Goldaſt. 3. d. I. Regn. Boh. 13. *n.* 7.

HONOR inquam ILLE eſt HONORANTIS, QUI *Invictiſſimus noſter Auguſtus* LEOPOLDUS,

IMPERATOR *omni virtute virtior, atq; omni in terris mortalium Majeſtate Major.* Tertul. l. d. Trinit. 4. Br. in l. hoſti. d. Captiv. &c. Bl. in l. fin. C d. Appell.

QUI SOLUS *eſt Civium Romanorum* DOMINUS:

l. 3. C. de S. Trin. l. 3. C. d quadr. præſcr. Iaſ. cons 177. n. 11. vol. 2.

QUEM DIVINÆ MAJESTATIS CHARACTEREM SIBI, ceu DEI Vicario impreſſum, & Imperatorii Diadematis fulgore Honoratum IPSEMET meridiano ſole fatetur clarius, verbis Cæſareæ Cynoſuræ: &c. Von Gottes Gnaden ꝛc.

Aus Römiſcher Käyſerl. Höhe und Würde / darein uns der Allmächtig nach ſeinem Göttlichen Willen geſetzt hat.

QUEM *In- & cum Octaviano Aug.*

COELESTIS IMPERATOR *adhuc in benedicto Mariæ Matris utero clauſus, Terræ Dominum, & faſcibus Auguſteis mactandum prævidit ac agnovit, eiq; cenſum non ſolum non denegavit, ſed & dare præcepit.* Luc. 2, 5. Matth 17, 27. c. 22. 21.

Qui DOMINUS itidem meus BENIGNISSIMUS, his JUSTITIÆ, FORTITUDINIS, TEMPERANTIÆ, PRUDENTIÆ, MAJESTATIS, BENEVOLENTIÆ Stellis, cæteraq; Virtutum Auguſtalium cohorte, ceu Radiis antehac prælaudatis ſtipatus præfulget. Ideoq; tanquam SOL, aut

STELLA *matutina eminet inter omnes Reges in medio nebulæ meridionalis.* l. pen. & ibi Br. C. de Bon. quæ lib.

Adeoque *Sereniſſimum*

IMPERATORIS *Nomen* ſingulis Paragraphorum Cæſarei Diplomatis Stellis & Radiis, Jure meritiſſimo præponitur, & ſub finem demq; Cynoſuræ, AUGUSTISSIMA MANU PROPRIA, adpenſo MAJORE MAJORUM SIGILLO CÆSAREO gratioſiſſi- poſtponitur.

Uti ex initialibus fermè verbis Palatinatûs ſatis manifeſtè elicitur & elucet, quæ ita inter al a honorificentiſſimè leguntur:

Wir LEOPOLD ꝛc. bekennen für uns ꝛc. Wann Wir nun ꝛc. Hierumben ſo haben Wir ꝛc. Und dieweilen ꝛc. und gebieten darauff ꝛc.

Atque iſtas quoque SEX Paragraphorum PRIVILEGII noſtri STELLAS PARTEM ejusd. &c. poſſe conſtituere SECUNDAM, IN HONORE HO-

Digitized by Google

NORATI acquieſcentem, breviter, aſt haud inconvenienter ſtatuimus; veluti etiam aliâs *Honorem paſſivè acceptum ratione fundamenti, & ſubjecti recipientis eſſe Honorati*, ex præceptis Ethicis liquet.

Augeri autem Principis Honorem ac Majeſtatem clientum ac ſubditorum Dignitate, imò ejus ſtatum potentiorem, magis honorabilem, magisque timendum effici, nemo forſan ambiget; tantò enim quis eſt Major & Potentior, quo Majoribus & Illuſtrioribus præeſt; eoq; Nobilior exiſtimatur, quò nobiliores habet ſubjectos. Jam verò quemadmodum Indultum HOC BENEFICIUM *eſſe* IMPERATORIUM *è* tribus Paragraphis præliminaribus (ne dum *de* §. *finali & pœnali*, adnexaque *Cæſ. ſubſcriptione & ſubſignatione:* Conſul Klock. conſil. 37. part. 2. num. 377. cum ſeqq. aliquot & imprimis num. 398.) *ceu triplex Stella* emicat: ita IDEM eſſe GRATIOSUM è §. 4. inſtar Stellæ luciduſſimæ elucet, verbis: Beſondere Käyſerliche Gnad &c.

l. 3. ub. Jaſ. ff. d. Conſtit. pr. Enenk. 3. d. Privil. 8. n. 38. & ſq.

l. 1. C. de Silent. & Decur. Steph. lib. 1. d. Iurisdict. c. 6. n. 117. cum mult. ſeqq.

Et proinde *latiſſimè interpretandum*, eſt enim unum *de Reſervatis Majeſtatis, & Majoribus Regalibus*, quæ nulli aliâs Principum conceſſa, *inq; Jurisdictione voluntaria conſiſtens*, quod ex ſingulari gratia Palatinis Comitibus, & ſic quidem participatur, *ut & Lumen, (Sec. Cic. in offic.)* ipſiq; quædam aliis communicare, Suæ poteſtatis Gratiam, & rivulos Suæ Benignitatis in alios derivare poſſint.

Et ſicut IDIPSUM etiam BENEFICIUM eſſe EGREGIUM DECUS, à ſingulis CÆS. hujus CYNOSURÆ §§, tanquam Stellis, earumq; Radiis nitorem mutare neceſſe habet, in quibus AUGUSTALIS TITULI (quippe qualis cauſa, tale quoque cauſatum) luculenta fit mentio; in ſpecie verò cum in d. §. 4. verbis: Hierumben ſo haben Wir/ mit wolbedachtem Muht/ gutem Raht/ und rechtem Wiſſen &c.

l. 1. C. de Comit. Conſiſtor. Alex. conſ. 92. n. 33. & conſ. 116. n. 13. vol. 6. Laudenſ. d. Privil. Priv. 96. Rudolphin. d. Sablon. d. ſupr. Princ. pot. c. 5. n. 7.

Unde *omnis ſub- & obreptio tollitur, omnesq; ſolennitates J. poſitivi ſupplentur:* tum etiam in §. penultimo ſive Stellâ quinta idem Motus proprius IMP. eadem certa Scientia, deliberatumq; Conſilium CÆS. MAJESTATIS ſtabilius, illuſtriusq; redditur, verbis: So offt dieſer Unſerer Freyheits- und Begnadigungs-Brieff/ Gefährlichkeit des Wegs/ oder anderer Urſachen halber/ über See und Land zu führen / beſorg- beſchwer- und gefährlich/ oder auch verderbt und verlohren würde / ſo ſetzen/ ordnen und erklären Wir/ daß den Vidimus und Transſumpten / als dem Original-Brief/ Glauben zugeſtellt werden ſolle &c.

Simili quoque IDIPSUM BENEFICIUM eſſe GRANDEM, & HONESTAM, & AMPLAM, & CLARISSIMAM, imò & ILLUSTREM DIGNITATEM,

TATEM,

TATEM, non tantùm ex iiſdem §§orum replendet & effulget Syderibus, aſt itidem ex §. 3. & 4. in quibus ab IPSA SACRATISS. MAJESTATE Honoratus Nobilis Cæſ. Palatii & Aulæ Comes ſalutatur, & ad Dignitatem, faſtigiumq; Comitum S. Palatii, quod eſt AULA CÆSARIS cooptatur, evehitur Conſortioq; cæterorum Comitum Palat. aggregatur, inſeritur, & coæquatur.

L. 3. C. d. Privileg. cor. qui in S. Pal. Mil. conf. Mund. d. Com. Pal. c. 1. n. 20. 26. 65 & paſſim.

Nam SUMMUS PRINCEPS *ſolo verbo & nominatione ſola Duces, Comites, Nobiles, Doctores conſtituit & renunciat:* quod ipſum cum aliis modò allatis, Auctoribus probatiſſimis, & *Summis Aulæ Imperialis Conſiliariis* res eſt vel cognitiſſima, perſpectiſſima, ſicq; revera verum evadit, *Illam-Ipſam*

Cæſaream Liberalitatem nullis limitibus eſſe incluſam: indeq; *Juſtitiæ, Fortitudinis, Temperantiæ, Prudentiæ, Majeſtatis, & Benevolentiæ* Stellis ſplendidiſſimis maximè coruſcantem! (l. pen. C. d. Don. int. V. & Vx. cum mult. alleg. Enenk. 1 d. tr. c. 10 n. 19)

Qui Cæſareæ tamen *Cynoſuræ ſplendor bipartitus eò* clarior & major relucet, *quò* clariores & majores *in* PARTE inſeq. III. *circa utilitatem Palatinatûs ſive Beneficii hujus Imperatorii, emittit* PRIVILEGIORUM RADIOS, quorum quoque tot in ead. irradiant, quot antehac in toto opere legitimè perfecto præradiantes contemplati ſumus Virtutum Radios.

Eſt autem

I. PRIVILEGIORUM RADIUS.

JUS CREANDI NOTARIOS.

Cauſa Efficiens: vel unde habeant Notarii ſua Prilegia in terris Imperii? ſc. *immediatè* à S. CÆS. MAJESTATE, à QUO FONTE *omnia Privilegia, tanquam rivuli deſcendunt.* (Iaſ. in L. quæcunq; n. 4. & 24 ff. d. offic. ejus.)

In Dipl. Wir geben auch mehr gedachtem J. O. dieſe Unſere vollkommene Macht und Gewalt/ daß er an Unſer Statt/ und in Unſerm Namen ꝛc.

Mediatè vel EX BENEFICIO IMPERATORIO à S. Lateran. Palat. aut Conſiſtorii Cæſ. Imperialis Comitibus.

v. l. 1. C. d. Silent, & Decur. l. 1. & ibi Gl. C. d. profeſſ. qui in urb. Br. in l. 1. C. d. Dignit.

Vel *ex longo uſu & conſuetudine* ab Epiſc. Princip. Comit. & Civit. (Ieg. Boër. deciſ. 50.)

Quæ tamen conſuetudo non poteſt induci, *niſi* tacito vel expreſſo conſenſu Superioris. (Innoc in c. cum Tabelio X. d. F. d. inſtrum.)

An ſit tamen differentia inter creatos à CÆS. MAJESTATE, & Comite Palatino; atq; ab Epiſcopis, Principibus, Comitibus, Civitatibus aut Univerſitatibus creatos?

Q.

Eſt,

Digitized by Google

Materia circa quam: vel, Quænam igitur Notarium ex Jure ſcire decet?

Præcipuè in tribus materiis: ſc *in* Contractibus obligatoriis, Teſtamentis vel ult. voluntatibus, & Actionibus ſive Proceſſibus Judiciariis: Ihres Ampts in all gerichtlichen Handlungen/ Contracten/ Teſtamenten/ letzten Willen/ gebrauchen. &c.

De hac triga materiarum agitur ex profeſſo in Cæſarea, Conſtitutione Maximilianea, nimirum, quinam Notariatûs ſint incapaces, *qua* inſtrumentorum forma, elegantia & ſolennitas, *& qualia* Prorocolla eſſe debeant. *Monet inſimul* Notarios, *ne cuiquam*, etiam quanrumcunque digno facile, ac ſine teſtibus credant: *oſtendit modum*, ſi legitimis occupationibus impediantur, alios ſubſtituendi, *ſimiliter* Inſtrumenta extendendi fraudibus & fallaciis aliorum cedendi, Notariatum renunciandi, ſignum mutandi, in Inſtrumentis radendi, teſtamenta conficiendi, citationes & literas Imperiales inſinuandi, Procuratores conſtitnendi, Inſtrumenta appellationis formandi, &c. de quibus ſub forma Requiſitorum ſpecialium mox plura.

v'd. c. Sicut Extrav Ne Cler. vel Monach. ſec. neg. l. 7. C. d. Fid. Inſtr. l. 24. C. d Teſtam. l. 1. C. d. Tabular. Auth 44 d. Tabell. offic. Nov. 66 Ord. Cam. part. 1. tit 4. & 52. Rec. Imp. d. anno 1512. Max I. Col. Argr. 8. Octobris.

Formam quod concernit, *conſiſtit illa*:

Partim in perſona Notarii, quæ debet ab eo, qui creandi Privilegium habet, prævio examine, legitimè creari, & antequam inſtrumenta conficiat, in Notarium promoveri, interpoſita tamen Annuli, Codicis clauſi-recluſi, chartæ, calami, calamarii, & ſigni Notariatûs inveſtiturâ, præmiſſoque præprimis fidelitatis Juramento; Doch ſoll rc. gebührende Gelübd und Ayd nehmen/ &c. quod nempe

I. S. CÆS. MAJESTATI, & *Sacro R. Imperio*, *omnibusq;* SUCCESSORIBUS *perpetuò fidelis*, nec ullo unquam tempore in conſilio, ubi periculum CÆS. & Imperiale tractabitur, præſto futurus ſit: ſed potiùs *Bonum commune & ſalutem publicam defenſurus ac promoturus* fideliter, eorumq; damna pro viribus prohibiturus atq; averſurus.

II. *Inſtrumenta omnia*, tàm publica, quàm privata, & *ultimas voluntates*, Codicillos, Teſtamenta, *acta Judiciorum quæcunq;*, *& omnia alia ac ſingula*, quæ illi ratione officii facienda erunt, vel ſcribenda, *juſtè, purè, fideliter*, omni ſimulatione, machinatione, falſirate, fraudeque remora, ſcripturus, lecturus, facturus, dictaturusq; ſit, *non attendendo* odium, pecuniam, munera, aut alios affectus vel favores, *ſcripturas* porrò *ipſas, & actûs in publ. formam redigendos*, in mundis membranis aut papyris, non tamen chartis abraſis, fideliter, *ſecundùm locorum conſuetudinem*, ſcripturus, lecturus, facturus, aut dictaturus.

 III. *Cau-*

Digitized by Google

III. *Cauſas* etiam hoſpitalium & *miſerabilium* perſonarum, nec non *Pontes* & *ſtratas publ.* pro viribus promoturus.

IV. *Sententias, & dicta teſtium, teſtamenta* & ultimas voluntates, *ſub ſecreto*, donec publicata, approbataque fuerint, fideliter retenturus.

V. *Omnia* denique *alia ac ſingula, rectè, juſtè, purè* præſtiturus atque executurus, quæ ad officium probi & legalis Notarii, Tabellionis ſive Judicis ordinarii pertinent, ſive *de Jure*, ſive *de conſuetudine*. &c.

Partim verò Forma eadem conſiſtit *in Generalibus Notariorum requiſitis*, & *Specialibus*: Und allen Sachen und Geſchäfften ihr Ampt gebührend treiben und genieſſen ſollen und mögen / als andere gemeine offentliche Schreiber/Publici Notarii genannt, &c.

Illa quod attinet,

Bl. in rubr. Cod d.F.Inſtrum, n.28.

I. Notarius debet habere ſic dictam *Imbreviaturam* & *Protocollum extenſum*, hocq; ſub pœna arbitraria.

Ne autem tale Protocollum fide deſtituatur, requiritur, ut *titulum* hunc, *quo die, ad quid confecerit, præponat*, adq; horum *confirmationem* opus eſt *conſueto ſigillo*, ejusq; ſubſcriptione.

In Protocollo *ordinem obſervet, actus coram eo celebratos, annum, menſem, diem, horam*, & *locum* inſerat; *ab inſolitis abreviaturis* abſtineat, *deſcripta* inque formam public. vel inſtrumentum redacta ne cancellet & deleat.

Br. in l. fin. de Fid. Inſtr.

Amiſſo verò *Inſtrumento*, vel *ſi Inſtrumentum de falſo arguatur*, tum debet exhiberi Protocollum: reperto Protocollo, inque eo ſubſcriptio & Sigillum Notarii plenè probet, ac ſi ipſum Inſtrumentum in præſentia eſſet.

Menoch. d. A. I. Q. cent. 4. caſ. 369. n. 4. Gail. 1. obſ. 43. n. 3. & 4.

Id. G. 1. obſ. 806. per tot.

Neq; ulli copiam Protocolli, *niſi contrahentibus*, quibus *commune* eſſe debet, facere tenetur; *vel* niſi forſan *tertius juraret ſua intereſſe*, aut doceret de ſuo intereſſe.

Lanfr. in c. quoniam contra falſum. 9. de Inſtr. prod. n. 23.

Petr. Gregor. in Syntagm. l. 47. c. 42. n. 13.

II. Debet *omnes Circumſtantias* in conventionibus à partibus expreſſas fideliſſimè perpendere: ſc. *partes contrahere volentes ipſemet audire, nomen, cognomen, conditionem, domicilium, animumq;* ad contrahendum fideliter obſervare, *in obſcura inquirere*, expreſſis verbis ſetzen: Welcherley/ wieviel/ wie/ und wem verheiſſen oder verſprochen: wie viel Gelds/ und was Müntz/ Gold oder Silber. Im Verkauff: übergeben/ tauſchen/ verpfänden/ einſetzen/ und dergleichen Contracten/ ligende Güter zu melden/ ob ſie frey oder zinßbar/

Digitized by Google

bar/ wem/ und was ſie vor Zins reichen/ oder Beſchwerungen darauff ſtehen. *Cauſam* etiam *conventionis* ponat, ſine qua conventio obligatoria, ſecus liberatoria nulla eſt.

l. Iuris Gent. §. ſed cum nulla ff. d. Pact. Sichard. in l. creditori tuo in f. C. eod.

III. Debet in omnibus actibus penes eum geſtis adhibere *ſubſtantialia requiſita*, & à L. vel Statuto *neceſſarias & conſuetas ſolennitates*, *ne* ex defectu ſolennitatum actus potius corruat, quàm valeat, E. g. Seynd zu einem Act etliche Zeugen nöhtig/ ſolle er ſelbige alle vollkommen darzu nehmen: *quia* fides inſtrumenti non dependet vel procedit à Tabellione duntaxat, etiamſi eſſet legaliſſimus; *ſed* procèdit connexè à Tabellione, & teſtibus inſcriptis.

Everh conſ. 125. & 188.

Poteſt etiam *teſtes* adhibitos, actu perfecto *interrogare*, num actum intellexerint? Ihr Herren/ habt ihr die Handlung verſtanden? und zum wenigſten ihnen dieſelbe in einer Summen erzehlen: *in* Plerumq; enim evenire ſolet, ſi teſtes de actu examinentur, dicant ſe nihil ſcire, vel de actu geſto ipſis parum aut nihil conſtare: quo neglecto, Notarius *pœnam falſi* pro gratiarum actione habebit.

Zaſ. in l. 2 §. voluntatem ſol matr. Br. in l. 1. §. ſi quis neget. quemadm. teſt aper. Innoc. in c. cũ Iohan. de F. Inſtr.

IV. Soll der Notarius *totum actum* coram eo celebratum, *propria manu*, in ſein Protocoll bringen/ und ingroſſiren; hoc ſiquidem alteri delegari nequit.

P. Greg. Syntag. l. 47. c. 42. n. 6. Vmmius diſp. Iud. 17. t. 3. n. 15.

V. Acta & actitata, puta *Pacta conventa*, *Renunciationes*, *Quittantias*, *Ceſſiones*, *Obligationes*, *inſolitasq; Clauſulas*, antequam partes diſcedant, & in formam Inſtrumenti referat, ipſis *prælegat*, *non- vel malè intellecta explicet*. Et hoc maximè obſervet, ſi in ſcriptis partes contrahere voluerint, tunc enim *ante erectionem Inſtrumenti de neceſſitate Imbreviaturam de verbo ad verbum partibus & teſtibus legere tenetur*, ſimulq; inquirere, num ita contraxerint, num augere vel diminuere prælecta velint?

Cœpoll. cent. 192.

VI. *Imbreviaturam forma ſolita extendere*, exque ea Inſtrumentum extrahere, *in membrana* ſive pergameno, non in papyro *inſcribere* vel conficere, ſigillare, ſubſcribere, *partiq; ſemel tantum* (*niſi* ob juſtas cauſas, vel ſi Decreto Judicis ei injunctum) communicare. *Cauſa* autem ſunt, *quia* amiſit Inſtrumentum caſu fortuito, *vel* vi alia majore; in his enim ei ignoſcetur, dum caſum probet. *Ab additionibus in margine, vel abraſione, cancellatione abſtineat, ſi tamen* neceſſitas hoc expoſtulet, *in ſubſcriptione* atteſtetur, ſe feciſſe talem additionem, abraſionem & cancellationem &c.

Gail. 1. obſ. 119 n. 3. Mynſ. 1. obſ. 120 Covar. pract. QQ. c. 19. n. 3. Zaſ. in l. ſi quis §. Prætor. ait. n. 4. d. Ed.
Id. Zaſ. in l. cum plures d. bon auth. jud. poſſ.

Dixi in hoc requiſito, de confectione Inſtrumenti, ejusq; communicatione:

Digitized by Google

Quænam E. ſunt *requiſita neceſſaria Inſtrumenti*, quibus omiſſis, Inſtrumentum vitiatur?

Ea vel ſunt circa perſonam Notarii, vel circa ipſum Inſtrumentum:

Novell. 44. c.1.in pr. *Circa perſonam Notarii* requiritur, *ut ſit ab habente* poteſtatem creandi creatus; *adſit voluntas* partium; ad confectionem alicujus Inſtrumenti *ſit ſpecialiter rogatus*, nam ſi ſe ipſum ingerat, ſuſpectum ſe reddit: Ut autem idipſum exprimat in Inſtrumento,

Boër. deciſ. 35. n. ult. rogatum videlicet ſe eſſe, neceſſarium non videtur; cum ſemper rogatus acceſſiſſe præſumatur.

Ummius diſp. Judic. 17. t. 3. n. 13.

Circa verò *ipſum Inſtrumentum* requiritur:

R I an. 1512. Colon. hab. I. *Invocatio Nominis Divini*; & hoc maximè de conſuetudine.

II. *Annus Chriſti*, quod & ipſum moribus receptum eſt, in Jure noſtro vix cautum legitur.

Nov. 47. c. 1. III, *Nomen Imperatoris*, aut Principis alterius &c. ſi extra Imperium Inſtrumentum conficiatur.

IV. *Indictio*: der Römer Zinß-Zahl.

d. Nov. v. Paul. Cruſ. in lib. d. Epoch. ſive æris temp. p. 63. verb. quid ſit, & quomodo computetur.

d. Nov. V. *Menſis, dies*, & *locus* celebrati actus: & ſi placet, *horam* quoq; addant, quamvis de Jure id non requiratur, nec vitiet Inſtrumentum

Umm. d. diſp. 17. t. 3. n. 13. non adjecta, gravet tamen appellantem & de conſuetudine ita obſervetur: Locus autem *non* ſufficit *generalis*, puta in qua civitate, *ſed etiam ſpecialis* addendus, puta in qua platea, domo, & parte domus.

d. Nov. §. 1. v. l. 25. ff. de probat. VI. *Status ipſe & ſumma negotii* proponenda: v. g. Si quis debeat, cui debeat, quid debeat, & ex qua cauſa?

leg. Vmm. d. diſp. 16. t. 6. 42. VII. *Nomina teſtium*, & *Numerus* pro qualitate negotii à LL. præſcriptus.

Gail. 2. obſ. 49. VIII. Deniq; requiritur in Inſtrumento *Subſcriptio Notarii*, & *Sigillum*; teſtium autem & ipſorum contrahentium ſubſcriptio *regulariter* neceſſaria non eſt, *niſi* fortè Lex ipſa expreſsè eam requirat, ut in l. 31. C. d. Donat. l. 21. C. d. Teſtam.

Et tantum de generalibus Notariorum requiſitis. *Specialia* hæc quod attinet,

I. *in omni Contractu ſunt*:

l. venditor. Comm præd. l. Plautius. d. Procurat. ibique Dd. Quando partes coram eo contractum celebrare volunt, ante omnia *perſonæ qualitatem* conſiderare oportet; ordo enim naturæ poſtulat, ut ſemper prius perſona, hoc eſt, perſonæ qualitas, conditio, & habilitas, quàm Juris ratio quæratur & inveſtigetur:

multi

multi ſiquidem *caſus* ſunt, *in quibus* Contractus, quamvis initi & perfecti, *tamen vel* ratione perſonarum, *aut* rerum in obligationem deductarum, ipſo Jure invalidi ſint, *aut* propter conventiones & adjecta pacta: uſurariam pravitatem ſententia, caſſentur & irritentur.

Sich. in Rubr. C. qui teſtam. fac. poſſ. & in l voluntat. C. de fideicom.

Similiter *Contractus* initi *naturam, proprietatem* & *ſubſtantialia requiſita* conſideret, *ne vel* ex occaſione corruat, *vel ex* appoſitione inepta invalidetur. *Hic* perveſtigentur ſingulæ, *ſpecies contractuum ſingulorum* &c.

II. *In materia Teſtamentaria*, vel circa confectionem teſtamenti itidem principaliter *qualitas perſonæ* teſtantis trutinanda eſt, *num* ſcil. habeat tùm à Jure communi, vel ſtatutario facultatem teſtandi?

Et quia *hæredis inſtitutio* eſt *baſis* & fundamentum teſtamentorum; de Jure autem cum quibusdam teſtamenti factio nulla: alii verò de neceſſitate inſtitui debent, ponderet, *an* inſtitutus hæres vel legatarius aliquis capax ſit hæreditatis vel legati? Atq; ejusmodi inſtitutio fiat purè, vel ſub conditione poſſibili &c.

Quotuplicia ſunt Teſtamenta? Duplex, teſtamentum militare, & paganicum, Hoc iterum vel ſolenne in ſcriptis, vel nuncupativum: Prius absque ſcriptura non, poſterius vel ſine ea conſtat.

Id. Sich. in pr. C. q. teſt. apet.

Quænam ſunt *formalia teſtamenti ſcripti & ſolennis?*

I. Scriptum eſſe debet *manu propria teſtatoris*, *vel ſi* ipſe propter corporis imbecillitatem, aut ignorantiam literarum, ſcribere nequeat, debet adhibere aliam fide dignam perſonam, quæ teſtamentum teſtatoris nomine, *non abbreviaturis inſolitis, aut characteribus*, ſed litera legibili pingere & ſcribere debet.

Id. in l. hac conſultiſſ. C. d. Teſtam. Schurff. conſ. 15. cent 2. Graſſ. §. teſtã. q. 10 n. 6.

II. *Teſtes* ad actum teſtandi debent eſſe *ſolenniter rogati. Si tamen* in dubium vocaretur, quod teſtes fuiſſent fortuiti, poſſet per duos teſtes rogatio: teſtium facta à Notario vel teſtatore probari, cum ſit quidam actus inter vivos.

Clar. q. 58. in pr. §. teſtam. Sich. in Auth. rogati C. d. teſtib.

III. *Verbis expreſſis* exprimat, *in hac charta* vel ſcriptura contineri ſuam ultimam voluntatem; *nihil tamen intereſt*, *ſive* ſit ſubſignata, *ſive* aperta.

IV. Teſtium *numerus* ſit *ſeptenarius*, non minor, at, ſi placet major; Et *hæc ſolennitas* eſt *eſſentialis*, & non tantum probatoria, debentq; eſſe teſtes fide digni, viri probatæ fidei, non ſervi, aut mulieres, &c. debent etiam toti teſtamento ab initio usque ad finem intereſſe. Unde, *niſi teſtes deponant perfectè* de toto teſtamenti tenore, nihil probant, quia non videntur interfuiſſe toti teſtamento, ex quo totum neſciunt.

Id. in l. unquam C. de teſtam. Clar. d. §. teſtam. q. 56. verſ. & ſcias. Gul. Bened. verb. teſtam. 1. n. 10. in f.

Digitized by Google

Graff. d. §. teſtam. q. 47. n. 18.

Not. tamen, *ſi major numerus teſtium* rogatus fuiſſet, *nil obſtat*, etiamſi mulieres, ſurdi, cœci, vel mente capti eſſent; *quia* nulla diſpoſitio regulariter vitiatur per interventum illius rei, quæ licet omninò abeſſet, & non interfuiſſet, non vitiaretur.

Sich. in d. l. unquam. Gödden conſ. 1. n. 14. vol. 6.

V. *Quilibet teſtis* ſe ſubſcribat, ſuoque proprio ſigillo, regulariter, ſubſignet; *ex imperitia tamen literarum*, unus pro alio ſcribere, unus alterius ſigno & ſigillo, etiam non facta mentione, uti poteſt & ſigillare.

v. l. 2. ub. not. C. d. don. cauſ. mort.

VI. *Ut ipſe teſtator*, ſi poteſt, ſubſcribat, *vel* ſi alius eo nomine ſcripſit, hic ſubſcribat, *vel* adhibeatur octavus teſtis, qui tamen ſubſcriptionem in præſentia ipſius teſtatoris facere tenetur.

Dd. ſup. alleg. conſ. quoque d. l. hac conſultiſſ. & l. antiquitas. C. de Teſtam.

VII. *Quod* uno contextu, actus teſtamentarius uno tempore, & loco, interdiu perfectus, & abſque ullo extraneo actu conſummatus ſit.

VIII. Denique *de communi obſervantia* requiritur, adjicere in fine, diem, & locum, in quo ordinatum eſt teſtamentum.

Teſtam. in ſcr. qua Forma fieri deb. vid. omnino Schneid. in §. fin. verſ. und ſoll x. I. d. teſt. ord. Rol. 1. part. de teſtamento in pr. rubr. 63.

Sich. in l. hac conſultiſſ. §. ex imperfecto. C de Teſtam. Bened. Graff. §. teſtam. c. Rayn. q. 10. poſteriore. verb. n. 6. Dilect. cent. teſtam. 1. n. 9. l. tit. 2. Gail. 2. obſ. 112. n. 17. Iul. Clar. §. teſtam. q. 4. verſ. ſed quæro.

At, poteſtné teſtamentum in ſcriptis, carens aliqua ſolennitate, valere tanquam teſtamentum Nuncupativum? A. Wann dem ſchrifftlichen und auch vor den Zeugen verleſenen Teſtament an einer nothwendigen Solennität abgienge: v. g. ſi unus teſtium non ſubſcripſerit, valeret nihilominus ut teſtamentum Nuncupativum, ad cujus validitatem ſeptem requiruntur teſtes: ſi enim non valet ut ago, valeat, ut valere poteſt, de qua regul. vid. Zaſ. in l. 1. §. ſi quis n. 15. usque ad fin. de v. o.

Wann aber das Teſtament vor den Zeugen nit verleſen / *diſtinguendum, an* conſtet de ipſius voluntate, quod voluerit in ſcriptis teſtari, & hoc modo, deficiente ſolennitate aliqua, teſtamentum ut nuncupativum non valet: *vel* de ejus voluntate dubitatur, & ſi incepit teſtari in ſcriptis, non tamen implevit valet tale ut Nuncupativum.

Si verò teſtator adjecit *clauſulam omni meliori modo & forma valeat*, quâ poteſt: valet in vim Nuncupativi, licet in ſcriptis teſtari voluerit.

Quodnam E. eſt *Teſtamentum Nuncupativum* & quænam ſunt ejusdem *ſolennitates*?

Sich. in d. l. §. per nuncupationem. C. de teſtam.

I. Quando teſtator ſuam ultimam voluntatem in præſentia, regulariter, ſeptem teſtium exprimit: dicitque, hunc ſc. Titium ſuum eſſe hæredem; *ſpeciale eſt enim* in hæredis inſtitutione, ut conjecturis fieri

Digitized by Google

ri non poſſit, ideo nec teſtamentum fieri poteſt per nuncium vel epiſtolam: vel

II. *Quando curat ſcribi ab alio*, quàm Notario ſc. parocho, ſchedamque teſtibus prælegit, vel in ipſius præſentia prælegatur. *Eſt igitur* in Teſtamento merè Nuncupativo *neceſſe, ut* exprimatur, clarisque verbis dicatur, quis ſit hæres? *ſecus* verò in eo, quod redigitur in Scripturam, quia tunc ſufficit implicitè voluntatem teſtibus ſignificari ſcripturæ incluſam. Allein/ daß auch offenbar und gewiß ſeye/ daß die Schrifft oder Zettul (ſonſten wäre die Diſpoſition nichtig) darauff ſich der Teſtirer gezogen hat/ ſein Handſchrifft ſeye/ und wer der Erbe/ darinnen begrieffen ꝛc. *conſ. Clar. d. §. q. §. 36. in fin.*

Fich. conſ. 77. Germ. n. 31. Weſenb. conſ. 29. n. 20. Viglius in §. ſed cum paulatim. verſ. ut per manus. n. 13. l. de teſtam. Fich. conſ. 36. n 6. & conſ. 43. n. 7. & 95. 71. n. 7. cum conſ. 76. n. 1. atque conſ. 85. Germ.

III. debet fieri coram d. 7. teſtibus fide dignis: *Examen formæ, impugnationem* &c. talis Teſtamenti, præter Al. tr. Id. Fich. conſ. 77. & 88. Germ. Rol. part. 1. flor. rub. 35. n. 5.

IV. *Teſtes debent eſſe rogati*, idque *ab ipſo teſtatore, vel alio*, ejus nomine; hoc enim non præſumitur, idque etiam ſecundum Jus Can. *licet* enim Jus Canonic. deroget in numero teſtium, *tamen* non derogat quoad ſolennitatem. *Rogatio* autem *teſtium*, quoad teſtamentum Nuncupativum, ubi teſtes ſe non ſubſcribunt, eſt ſolennitas extrinſeca, quæ non præſumitur; *ſecus in teſtamento ſolenni & in ſcriptis*; eo namque ipſo, quod ſe ſubſcribunt, præſumitur, eos eſſe rogatos, *Fallit tamen*, ſi Notarius uteretur aliquo verbo, cui ineſſet rogatio, v. g. teſtamentum eſſe factum convocatis teſtibus. Zaſ. in l. ſciendum n. 12. d. v. o. Rogatus ergo, per inſtitutum debet articulari & reprobari: *licet* teſtes dicant ſe audiviſſe, & non dicant, ſe adhibitos & rogatos ad hoc, nihil probant. *Si tamen* probata eſt voluntas teſtatoris per ſufficientem numerum teſtium, ſatis eſt, ſi probetur rogatus per 2. teſtes: propter hanc ſolennitatem *Practica* talibus teſtamentis *clauſulam codicillarem* adjicit, quia codicilli, teſtibus non rogatis, ſubſiſtunt.

Graff. d. §. q. 58. Sich. in l 1. C. d. contrah. ſtip. & in l. hac conſult. C. d. teſt. Clar. d. §. q. 58. verſ. ſcias tamen. Dilect. cent 8. tit. 2.

V. Uti teſtes, ita etiam *Notarius debet eſſe rogatus*, cum aliâs Inſtrumentum publ. conficere nequeat. Graff. d. §. q. 58. n. 6 ad fin.

VI. *Neceſſe eſt, ut teſtator* in præſentia teſtium, ultimam ſuam voluntatem, verbis, aut ex charta declaret, *quodq; hæc omnia* uno in loco, tempore, & contextu perfecta ſint, teſtesque toti Inſtrumento præſentes ſint; his deficientibus actus corruit: *Teſtesq; teſtamentarii nihil probant*, *niſi* ex integro probent totius teſtamenti tenorem, dummodo per oblivionem aliquid non ceciderit memoria. *Sed non* requiritur in hoc teſtamento *ſubſcriptio & ſubſignatio* ipſius teſta-

Id. d. §. q. 59. n. 1. & 2. Fich. conſ. 46. n. 27. Zaſ. lib. 1. conſil. 2.

Digitized by Google

ſtatoris, *imò, ſi adeſſet*, actum potius dubium reddet, an ſc. voluerit in ſcriptis, an nuncupativè teſtari: præterea eſt etiam *contra ſtylum* Notariorum & modernorum Practicorum.

Quid verò obſervet Notarius cum teſtibus, wann ſie zu einem / qui conſtitutus eſt in mortis articulo, citirt und requirirt werden.

leg. Ang. in l. pen ff. ad exhib. l. ſi defunctus C. d. ſuis & legit. c. fin. de transact.

1. *Num ſana mentis* fuerit? 2. num ipſius *voluntas* ſit, quod velit facere teſtamentum. 3. hocque ſuum elogium *expreſſiſſimis verbis ſufficientiſſimè declararit*.

Dantur & *aliæ ultimæ voluntatis ſpecies, nimirum Codicill: Fideicommiſſ: Donat. M. C. Teſtam. parentum inter liber. Teſtam. ad pias Cauſ. Teſt. tempore peſtis. Teſtamenta conjugum; ruſticorum, &c.* Quid amplius? *In quibus conſiſtit beneficium Inventarii? Quænam ſolennia Inventarii requiſita? Quotuplex ſit ordo hæreditatis legitimæ*, quam ab inteſtato lex defert? Et ſexcenta alia; Itemque, *quinam proceſſus & ordo judicii? & quænam ſit ratio Inſinuationis Inſtrumentorum, Proceſſuum, Appellat. Teſtam. Privileg. Retorſionum*, &c. ſed hæc in παρόδῳ; voluminis enim res foret, ſingula iſthæc, aliaque complura minutatim perſequi.

Rosbach, Proceſſ. Iudic. &c. & alii complur.
Cam. Ord. part. 1. tit. 39. §. fin. &c.

Succedit itaque

II. PRIVILEGIORUM RADIUS:

JUS LEGITIMANDI.

& ſuper defectu natalium, immeritaque geniture ipſorum nota

DISPENSANDI

Cum quibuscunq; extra conjunctionem Matrimonialem proſeminatis maſculis, atque fœminis, nobilibus juxta ac ignobilibus, minorennibus & ætate provectis.

1. naturalibus ſive baſtardis; *2. ſpuriis*, 3. manſeribus *& adulterinis*; *4. nothis atq; inceſtuoſis* & *5. ex nefariis* & cum Canonum, tum LL. Jure damnatis *commiſtionibus quibuslibet*, copulativè, vel disjunctivè quocunque modo cenſeantur, ortum trahentibus.

Quâ de reſtitutione natalium, divinitatis quandam naturam referente *alibi pluribus & peculiari opuſculo*: actum jam non agam, ſed pergam ad

III. PRIVILEGIORUM RADIUM,

quô & Civitatibus, & Univerſitatibus non tantùm, ſed & Principibus, Comitibus, aliiſque illuſtribus perſonis Palatini æquiparantur, dum eorum

TRANSSUMPTA, ſive (quæ vulgò voc.) VIDIMUS

pari pretio habentur, ac ſi à prædictis perſonis Illuſtribus con- & ſubſcripta fuiſſent: quorum tamen Originalia ſtudioſè inſpi-

ciant,

ciant, legant, & cum Copiis conferant, prætérque appenſionem ſigilli, manûs propriæ ſubſignatione corroborent.

c.dudum.d.converſ. conjug.conf.c ult d. fid. inſtr. Alex. conſ. 98. pr. & per tot. vol.7. Maſc.d. prob. concl. 712. per tot.

Idque pro regula traditur communiterq; Dd.

Exemplis Inſtrumentorum non eſſe adhibendam fidem in judicio, *nec* exemplaribus etiam ab ipſo Principe confectis. c.i. ubi Panorm & alii quoque d. Fid. Inſtr. l.2. ff.eod Mynſ. cent.6 obſ. 73. n.1.

multo minus nudo exemplo exempli creditur, etiamſi ſolenniter traducatur.

Bl. in l.3. C. de R.Cr. Alex. conſ.130. lib.1. n.4. Molin. in conſ. Par. tit.1. p.5. n.34.

Imò Copia etiam in Archivo poſita & reperta *non probat, niſi* contra producentem, & in Cancellaria Moguntina. Wehn. obſ. pr. lit. C. Copey.

Copia non recognita an probet? Ib. remiſſivè.

IV. PRIVILEGIORUM RADIUS.

JUS OMNIS GENERIS TUTORES, & CURATORES, & ADMINISTRATORES

conſtituendi, & ab aliis conſtitutos confirmandi, êque cauſis legitimis rurſus removendi.

Quod ipſum tamen *in Feudis minimè procedit.* Schrader. d. Feud. pt.10. ſect.19. n.16.

Et ad excludendam omnem fraudem, fraudisque ſuſpicionem *ſatisdatio* omnibus tutoribus *ſub* hypotheca bonorum omnium præcedat, & conſtitutioni ſive confirmationi tali includatur oportet.

vid. R.I. de A. 1548. tit.31. §. So wollen wir 2c. & A. 1577 tit. 32. §. So wollen wir 2c. Concordant. l.Comm. §.4. l. de Attil. tut. l.6. §. tutoris ff. d. tutel. l.1. ff. t. l.3. ff. d. tut. Cur. dat. l.5. C. qui dar. tut. poſſ. Id. Schrad. d. loco ſect. 20. n. 288. ub. plur.

Quia autem materia hæc eſt decantatiſſima, & operoſiſſimè hinc inde etiam *in Baſi mea Synopt. declarata.* &c. *Stat. Ulm.* deducta, eidem non inhærebo, aſt ſubjiciam

V. PRIVILEGIORUM RADIUM.

JUS UNIONES PROLIUM CUM CAUSAE COGNITIONE CONFIRMANDI;

quâ ſanè, ſi uspiam, in re tanti præjudicii, opus eſt. Idi Argentorat. vol.2. conſ.23. n.7. Richter. pt.6. conſil.34. fol. 293. n.3.

Pariſicatio autem *iſthæc prolium* ſive Vergliech oder Einigung ungleicher Ehe-Kinder: erit conventio, inter parentes ad ſecunda

vota transeuntes, coram competente Magiſtratu, vel Cæſ.Palat. Comite, tutoribus, curatoribus, & proximis conſanguineis præſentibus, legitimè inita, qua agitur de liberis diverſi matrimonii, pubertati tamen proximis, inter ſe pariandis & exæquandis; interveniente præcipuo, & Inventario, ut quoad paterna & materna comprimis bona, non aliter habeantur, ac ſi ex eodem matrimonio eſſent procreati.

Franzk. lib.2. reſol. ult. n.1. Bocer. cl.1. diſp 12. th.11 Carpz. lib.5. tit.1. Reſp.6. n 4. l. Iac. Plebſt. diſp.3. de I. Top. Würt. th. 85. cum ſeq.

Quicquid verò roboris habet hæc unio, *quicquid* efficaciæ, *illud totum habet ex Jure Conſuetudinario*, ſtatutis multorum locorum (*Mogunt. Würtemberg: Francofurt.*) recepto, *& in Camera ſpecialiter* approbato. Conſulendus de hoc argumento integer tractatus *Jac. Rukii ab Arvveiler: & Barthol: Muſcul.* Tr.d. ſucceſſ.convent.cl.1.memb.3.juncta nupera *diſp.inaug.Dn.Joſiæ LutZ.Lic. &c.*

VI. PRIVILEG. RADIUS.

JUS ADOPT. & ARROGANDI;

vel potius Auctoritatem in Iisdem interponendi.

Sigon.lib.1.d. Ant. I. C. Rom. c.1. Harppr. n.4. l. de Adopt.

Adoptio vel Arrogatio, promiſcuè apud veteres uſurpata, eſt actus legitimus, naturam imitans, quo quis civiliter hominem liberum in locum filii, aut nepotis deligit.

leg. pr. & §.5. ac. 10. cum §.1. d.t.

Adoptio autem *in genere* ſic dicta, vel eſt *arrogatio*, *eaq; adoptio hominum ſui juris*, quæ fit Reſcripto Principis, ſive ejus, cui Princeps id conceſſit, beneficio: arrogatumque, & ejus bona poteſtati arrogantis ſubdit.

Vel *Adoptio ſpecialis*, eſtque filiorum familiâs; quæ contenta Magiſtratûs Imperio; & adoptatum ſolùm in familiam adoptantis transfert.

Indeque *ab unione prolium* maximè *differre* conſtat; quippe quod etiam per adoptionem non liberi diverſi matrimonii inter ſe pariuntur, ut quoad paternam & maternam ſucceſſionem exæquentur; ſed qui filius naturâ non erat, filius efficitur.

v. Richter. d. pt. & conſ. n.3.

Fruſtra hîc ferè non nemine renitente:

Spaidel. Spec. var. obſ. voc. angew. K.

Solches auff Teutſch zu erklären / iſt eben geſagt / daß die ein Kindſchafft ſeye / wie eine Anwünſchung / als / einer nimmt eines frembden Kind zum Sohn / oder rechten Tochter auff ꝛc. gleich als ſeye es ſein eygen Kind ꝛc. Quum alias angewünſchte Kinder / *& rectius quidem*, non liberi per unionem prolium pariati, ſed adoptivi dicantur.

Quam-

Quamvis Adoptio unioni prolium, juxta communem interpretum ſententiam, *adfiliationi illi adeo ſit ſimillima*, ut Rickius 33. collegerit ſimilitudines: & inſuper eadem requiratur ad eandem unionis prolium formam, in ejusdem deſcriptione ſuperiori emicante.

d. tr. c. 9. n. 1. cum mult. ſeqq. confer me ipſum in ſupra alleg. opuſc. ad Tit. 1. de adopt.

VII. PRIVILEGIORUM RADIUS.

IUS EMANCIPANDI

liberos adoptivos & arrogatos, aliosq; legitimè natos, & illegitimos; conſentientibus tamen tam patre, quàm filio: quô conſequuntur iſtiusmodi emancipati, ut ſuo nomine liberè contrahere, teſtari, atq; omnia, ut patresfamil. agere poſſint.

Neq; emancipationem fieri, ſi pater liberis res ſuas ſibi habere permittat, vel in Matrimonium eos collocet, *in Germania noſtra eſt perpetuum!*.

Manuductor quod. meus p.m. D.D. Ludvvell. ex Reform. Noric. Carpzov & aliis in diſp. 2, ad th. 10. lit. c.

v. l. 31. ff. d. adopt. l 92. ff. d. cond. & dem. l f. ff. ſi quis à par. manum. l pen. in fin ff. unde lib l. 3 l. pen. & fin C. d. Emanc. lib. conf Schn. & Harpp. ad §. 6. n. 1. 2. & 6. I. quib. mod. &c. Ego in d. op. ad eund. loc.

VIII. PRIVILEGIORUM RADIUS.

IUS MANUMITTENDI

& natalibus reſtituendi homines proprios & ſervos; interveniente itidem Dominorum talium hominum conſenſu (id enim, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro, ad alium transferri non poteſt, per vulg.) atque Decreto inſimul deſuper interpoſito.

Germania noſtra nunquam veros ſervos habuit, nec nunc habet, ſed homines proprii, quos Principes & ſtatus Imperii habent, revera liberi ſunt, omnesque actûs civiles rectè agunt, præterquam eos, à quibus ſpecialiter prohibentur.

Cognominantur aliâs *ſervi anonymi*, eorumq; *ſervitus anomala* vocatur.

Utrisque tamen libertis, & ſervis quoad quid comparandi; *ſervitutis* enim *notam* aliquam *ſuſtinent*, & quotannis, in *ſervitutis argumentum*, domino aliquid præſtant.

Verùm enimverò, multa ex his non tam ſunt ſervitutis, quàm *ſubjectionis*-Magiſtratui-à ſubditis debitæ *argumenta, neq;* poteſt de his certi quid in univerſum conſtitui, *cum* pendeant nonnunquam ex ſingularibus pactis curialibus, quæ Dinckrodel appellant; vel etiam ex ſtatutis, & conſuetudinibus loci cujusliber, in quo caſus decidendus accidit, æſtimandus, cum quibus ſc. ſervisne, libertis, an ingenuis homines proprii conveniant potius: *ſuntq;* non ejus-

Ita ex Gaillo Sichard Zaſ. Harpprecht. &c. ſtat. l. Herm. Siar m. d. homin. Propr. l. 3. c 1. & 17. per tot. pluraque de his habentur etiam in priorib. Libb d. ſerv. perſonali eſusd Auct. conf. quoque I. Frider. Huſ. Tr. ſing. de eadem materia paſſ. atque etiam meam ſynopt. Baſin. ſupra allegat ſparſim.

ejuſdem conditionis, aliique, præ aliis vel meliore, vel deteriore (ut in Weſtphalia.) loco habentur.

IX. PRIVILEGIORUM RADIUS:

IUS VENIAM ÆTATIS CONCEDENDI,

Minoribus, & qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt; dum vel illa ratione prudentiæ firma prædito impetranti tantum indulgetur, vel idem ſupplicans in perfectam & legitimam ætatem conſtituitur. Illud minus, hoc majus eſt: idque *adnexâ clauſula ſalutari*: (vel etiam aliâ) Ex certa ſcientia, nam tunc reſcriptum, aut iſthæc veniæ conceſſio tantum poteſt, quantum lex.

Ex Cagnol. Com & Ruin. Mundius d tr. c.3. n.160. & 165.

Eſt autem hujus *beneficii effectus*, ut is, eave, qui, quæve eam legitimè impetravit, à curatione liberetur, rerumque ſuarum adminiſtrationem conſequatur, ac in omnibus pro majore 25. annis habeatur.

v.l.10 C.d.appell.l. fin.C ſi maj. factus alienat. fact. ſine decr. rat. hab.

Quodque *fœminæ facilius* veniam ætatis conſequantur, *quàm mares* ſtatuit Pruckmann. *verùm moribus noſtris*, quibus in perpetua ſunt curatela, omnibus caſibus, quibus minorennes, gaudent.

in tr. d. differ. utriusque ſex. part.2. art.16. leg. Matth. Weſenbec. conſil.25. n.16.

Quum RUD. IMPER. *Chriſtiano R. Daniæ* anno 1593. d.26. April. A.17. ætatis, *ob Regias dotes* & qualitates ſolenni Decreto (quod *Reinking*. exhibet.) veniam ætatis indulſiſſet; Ipſe anno eod. in conventu Regni Flensburgi à tutoribus, poſt actas gratias, adminiſtrationem ſuſcepit.

Burgold. N. R. I. part.1. d.7. p.218.

X. PRIVILEGIORUM RADIUS:

IUS MINORUM

atq; eis ſimilium, *uti etiam* eorum tutorum & Curatorum contractûs, alienationes, & transactiones confirmandi, iisdemque, *nec non generatim* in aliis omnibus, quæ voluntariæ Juriſdictionis ſunt, Auctoritatem, atque Decretum interponendi, ſed & eadem infirmandi ac revocandi.

Juriſdictionis autem voluntariæ objectum conſtituunt *actus & negotia voluntaria*, quæ à Dd. communiter *legis actiones* indigitantur, nec tantùm ex voluntate partium originem ducunt, *at* in quibus quoque Magiſtratus, non niſi partibus volentibus ac conſentientibus, & quidem juxta illarum voluntatem, auctoritatem interponit atque jus dicit.

Bach. Comm. ad 1 part. tr. d. Jurisd. C 2. de Juriſdict. Div. n.7.

Ex-

Eædem tamen *referuntur ad II. Claſſes, quarum I. complectitur illos*, qui nullam regulariter requirunt cauſæ cognitionem, ad quam non tantùm pertinet *Adoptio*, *Emancipatio*, *Manumiſſio*, ſed & ſecundùm communem Dd. ſententiam, *teſtamentorum inſinuatio & oblatio*, (quæ enim teſtamenta à Com.P. ſubſcripta & confirmata, quamvis teſtibus & omni ſolennitate careant, non ſecus ac ſi judicialiter & apud Acta eſſent facta, valere & obtinere, executionique mandari debent per ninum ferè allegata.) Itemque *donationis* 500 *ſolidos excedentis inſinuatio* & inſuper *edictalis bonorum poſſeſſio*. *Ad II. Claſſem cauſa cognitionem* neceſſariò requirentem, quadrat non ſolùm *Arrogatio*, præſertim *impuberis*, ejusque *Emancipatio*, & *Manumiſſio* à minore 20. annis facienda; ſimiliter *prolium unio*, *legitimatio illegitimorum*, *inſinuatio hypotheca rerum immobilium*, quæ hodie multis in locis eſt neceſſaria: verum etiam *Transactio ſuper alimentis* in teſtamento relictis; *& prædiorum*, quæ minorum ſunt, *alienatio*.

Scip. Gentil. d. Jurisd. l. 1. c. 19. & ſeqq.
Mundii d. Te. c. 3. n. 325.
Mindan. d. Mand. l. 2. c. 66. n. 24.
Vinn. d. Iuriſd. c. 6. §. 6.

At in re tanti præjudicii *circumſpectè agendum*, *& inquirendum, ob quas cauſas* prædia & res pupillorum alienanda veniant, & *utrum utilis* ipſis talis alienatio, necne ſit, *cognoſcendum, ne vel ob æs* alienum *aut* quamcunque aliam cauſam, prædia aut res pupillorum, ſine cognitione & ſufficienti probatione, aliove modo diſtrahantur? Indeque Decreto deſuper interpoſito, Beneficium reſtitutionis in integrum ceſſat, ſemperque pro tali ex eodem procedente contractu præſumitur.

l. 6. & t. t. C. d. præd. & al. reb. min. ſine Decr. non al. ibique Cujac. in *w*. confer quoque Simoncell. d. Decr. l. 1. tit. 1. n. 58. & mult. ſeqq.

XI. PRIVILEGIORUM RADIUS:

IUS CUM INFAMIBUS DISPENSANDI,

in quamcunq; ignominiam, ſive infamiam, juris aut facti, inciderint, vel incidere potuerint, ipſosque nota atque dehoneſtamento omni abolito, & obliterato, in priſtinum ſtatum reponendi, attollendi & reſtituendi, ita, ut à facta hac reſtitutione, ad honores, dignitates, functiones, expeditiones, actûs & negotia quælibet admittantur, eademque pro uſu & libitu ſuo obeant, exerceantque, tum ad omnia hæc perinde, ac ſi in nullam unquam incidiſſent infamiam, apti atque idonei habeantur, omni penitus impedimento ceſſante.

Sed ſatis multa videor dixiſſe *de Reſtitutione famæ-infamium*, quæ, qui volet, adeat, quæ hac de re prodidi ſingulari libello. Jam ad altiora, ſc.

XII. PRIVILEGIORUM RADIUM:
IUS CREANDI DOCTORES & LICENTIATOS.

1. Jurium: 2. Medicinæ: 3. Artium Magiſtros, & Baccalaureos: & 4. Poëtas laureatos.

An verò ejuſcemodi Licentiati & Dd. in utroq; Jure, Medicina & Philoſophia ab IMPERATORE vel CÆS. MAJESTATIS Vice & Loco *à Comite S. Pal. promoti, frui debeant privilegiis Dd. in Univerſitatibus privilegiatis promotorum?*

Nold. d. Nobil. cap. 5 n. 39. Matth. Steph. d. Iurisd. l. 2. part. 1. c 6. membr. 1. n. 82. cum ſqq.

In tanta hujus Radii Privilegiorum luce *licet* egomet haud cæcutiam, vel etiam litem hanc ſolus faciam meam, *veruntamen*, quia novi, & dudum cognitum habui, Beneficio iſti ſummo allatrantes, nigrumque, quod Perſius ait, præfigentes thera, imò ipſum Noldenum, contrarium cum aliis ſentientem, & quaſi quoque aliud antea ſenſerit Matth. Steph. eundem impolitè ἀποſτασίας, accuſantem; iccircò *ex illo ipſo Auctore aſſerentium rationes ac fundamenta*, ſusque deque habitis inficientium dubiis ficulneis, *Συντόμως* adducam, quorum

I. *Quod Doctoratus ſit Dignitas*; *at* principium & origo omnis dignitatis perhibetur eſſe ROMANORUM IMPERATOR: adeoque SOLA MAJESTAS IMP. confert Dignitates. Quidni e. etiam queat creare Doctorem? Quid, quod & ſolo Verbo IMPERATOR poſſit quem conſtituere Doctorem? *Si* IMPERATOR: *poterit etiam S. Pal. Comes*, cui Ipse eam poteſtatem conceſſit.

II. Quod SOLIUS IMPERATORIS AUCTORITATE *Academiæ eriguntur*, fundentur, & confirmentur; talibus inſuper privilegiis à CÆSAR. MAJ. ornentur, quod poſſint ejusmodi gradus Dignis conferre: quod ſi ita, uti verè eſt, *quis denegabit Dd. creatis ab IMP. vel S. Pal. Comite privilegia*, quæ aliâs creatis in Univerſitatibus conceduntur? *quippe quod* omnis honos, omnisque Dignitas, quæ à Principe dependit, *ejusdem ſapiat naturam: quia* omne, quod proficiſcitur ab aliquo per productionem, ſapit originem ſuæ cauſæ transfluentis, nec minus eſt, quoad effectum in cauſato, quàm in cauſa.

III. *Quinimò Dd. creati ab* IMP. vel ejus vice, & conceſſione, *à S. Pal. Comite, præferendi ſint, digniores q; cenſeantur illis*, qui creantur ab Univerſitatibus: *quis enim ignorat*, propter quod unum quodque tale eſt, illud magis tale eſſe!

IV. S

IV. *Si Dd. ejuſcemodi privandi ſuis privilegiis*; *Notarii itidem* à S.Palat. Comitibus creati ſua poteſtate privandi erunt, *quod tamen* nemo usque huc tentavit: *Idem judicium eſto de aliis quoq;* Privilegiorum Radiis, *ne* Poteſtas IMP. videatur claudicare. *Sed quàm abſurdum ſit*, dicere *Privilegium* IMP. in uno valere, in altero non valere, *& quàm eòpſe in* IMP. MAJESTATEM *committatur* nemo non videt, *cum illi homines.*

V. AUCTORITATEM ROMANO IMPERATORI *& Imperio notoriè detrahant, adeoq;* mortaliter peccare videantur, reique ſacrilegii evadant. *Caveant e. ſibi, qui* affectu ſiniſtro Dd. creatos à S. Pal. Comitibus, appellitant Dd. honorarios, bullatos, codicillares: *cum & illi, qui* ab Univerſitatibus creantur, ratione & vigore Bullæ Imp. Dignitatem & Privilegia Doctoralia conſequantur, *quippe ſine quibus*, nulla Univerſitas creandi Doctorem jus habeat.

VI. *Quæ omnia, ut maximè tunc procedunt, quando quis* præcedente rigoroſo examine ab IMP. vel S. Pal. Comite *Doctor creatus* eſt, adeoque optimorum ordinis conſenſu & Decreto conſpirante adprobatus eſt. *Maximè cum* MAJ. IMP. nunquam concedat Palatinis Comitibus poteſtatem creandi Dd. ſolo verbo, ſed adhibitis (*ſecundùm vigorem privilegii noſtri*) in cujuslibet Doctoris vel Licentiati creatione Dd. eximiis de profeſſione creandi ad minus tribus, qui Doctorandum vel Licentiandum examini ſubjiciant, *ſicq;*, prævio examine, creatus debeat & poſſit *exercere omnes actus Doctorales*, legendi, docendi, diſputandi, conſulendi, *omnibusq; & ſingulis gaudeant*, & utantur privilegiis, prærogativis, & Exemptionibus, Libertatibus, Conceſſionibus, Honoribus, Præeminentiis, &c. *quibus cæteri Dd. in Univerſitatibus* Lutetiæ Pariſ. Bononiæ, Paduæ, Peruſæ, Piſæ, Læv. Viennæ, Ingolſtadii, Pragæ, Lipſiæ, Wittebergæ, Tubingæ, Herbipol. Marpurgi, Argentorati, Helmſtadii, Roſtochii, Regiomont. inque aliis ejusmodi Univerſitatibus utuntur &c. Id. Steph. d. loc. n 90. p. 177.

Sic clariſſ Virum D. Caſp. Morhartt, Advoc. Cameræ Spir. S. Pal. Com. *promoviſſe in Doctorem quendam Spiræ, qui haud dubiè* gradum à Pal. Comite non petiiſſet, *ſi* privilegiis Dd. uti ibidem quoque (contra obj. Rutg. Rul. & Ott. Melandr.) non concederetur.

Et quia tandem dignè coronati Poëta prædictis privilegiis omnibus, & Inſignibus, quibus cæteri Poëtæ Laureati in allegatis Academiis fruun-

Hæc contra *non itid. cuivis licita ſunt, quia, ſi cuilibet pro libitu arma ſive Inſignia aſſumere liceret, Id, ut,* S. Beneficium IMP. ſpecialiter non concederetur, *cum quod* communiter permiſſum, ſpeciali conceſſione non indigeat, *nec quod antea* alicujus eſt, beneficio alterius amplius ejus fieri poſſit, *perjura notiſſ. multo minus Inſignium cognitoribus*, Heroldis, perſeverantibus, & quibusdam etiam principibus, ut Archiducibus Auſtriæ, atque Comitibus Palat. poteſtas daretur deſuper cognoſcendi, & ſi quos deprehenderint, *fures* & *armorum uſurpatores atq; aucupatores, falſarios* pœnæ reos poſtulandi.

Mund. d. tr. c. 3. n. 308. cum ſeq.

Qui enim falſis inſignibus mentitur, injuriam infert Principibus, ad quos armorum ſive Inſignium collatio propriè ſpectat, *atq; ita quodammodo crimen Majeſtatis læſæ, maximè ſi* talis mendax ſit ſubditus, incurrere videtur.

Quod non tantum obtinet in eo, qui altioris cujusdam ordinis Inſignibus mendaciter utitur, *ſed & qui* inferioris alicujus dignitatis. *Br. in l. 27. §. fin. ff. d. falſ. & in l. reddatur. C. de profeſſ. & Med. lib. 11.*

l. 4. in fin. C. d veſt. holo. lib. 11. l. 1. C. quæ res vend. non poſſ. Chaſſ. d tr. part. 1. conſid. 38. concl. 17. & 48.

Quiq; mentitur Inſigne quoddam ſuum eſſe, quod tamen non habet à Principe, illoq; pro ſuo temerè utitur, L. Jul. & Cornelia tenetur, atq; ut falſarius punitur. De quo memorabiliter diſponit Art. 45. CAPITULAT. LEOPOLDI IMPERATORIS *Glorioſiſſimi* in verbis: Und unſer Käyſerlicher Reichs-Fiſcal. &c.

arg. l. fin. C. d. Offic. Rect. Provinc. Chaſſ. d. loc.

CYNOSURA AUGUSTI & AUGUSTÆ,

Ad

Quam Tot IMPP. *ſive ex* RUDOLPHINO pullulaſſent *ſanguine, ſive propria virtute Infulas aut Coronas* SIBI acquiſiviſſent *Cæſareas, Imperium ſuum formarunt, firmaruntq;*

Et ſub hac tandem *CYNOSURA Illud ipſum* emicavit

BENEFICIUM

(*Quod quoq; tanquam Cynoſuram, vel, ut Normam & Regulam Cæſareæ Aulæ* me Comitem *ſequi convenit:*

nimirum, IMPERATORIS LEOPOLDI AUGUSTISSIMI,

Qui

vel ut Imperii SOL *omnes Nutûs*

ab ipſis deducit Aſtris:

indeq;

ſcitè ſcitum Illud Imperii ELECTORUM *in Illo*

vici Rhenoſei pomario:

Aſtra DEO *nil majus habent, nil* CÆSARE *Terra,*

Sic CÆSAR *Terras, ut DEUS Aſtra regit!*

Quid reliquum? Nil, niſi ut SACRATISSIMÆ EJUS MAJESTATI

 ve-

Digitized by Google

Σύγχαρμα ſeu Φιλοφροσύνη.

TErreſtres apage Spiritus, animasque reptiles.
Quorum tranſitur potius, quàm tranſigitur,
Vita dicam, an umbra vitæ.
Veras Deucalionis Creaturas, ſed imperfectas,
nonniſi immutata exteriori in hominem forma.
Cui reſidua ſaxi durities
menti adhæret, ad glebam inclinanti,
ſive auream, ſive plumbeam,
perinde eſt.
Miſeros, qui, huic addicti glebæ,
Inæſtimabilem Virtutum Theſaurum,
non cupiunt, quia non capiunt.
Pejus ille adhuc
Cui voluptas in corpore poſita,
ſummumque vitæ bonum
Ex Vite potius, quam Virtute
In ſaginando ventre, quam ſaturando capite
quæritur.
Felices contra terque quaterque,
queis Jupiter benignior
Spiritus inſevit erectiores,
Neque terrenis obnoxios Virtutum impedimentis.
Queis animo, nil niſi laudabilia parturienti,
obſtetricatur ſubjectum corpus
felici eventu, quia concordi.
Hinc fortius ferrum Cyri, quam aurum Crœſi,
Notabilior Phocionis Paupertas, quam Craſſi divitiæ;
Illuſtrior Epicteti Servitus, quam Epaphroditi Dominium
proponuntur Mundo,
ut legat, ut ſciat,

Digitized by Google

ut eoſdem ſequatur, idem conſequatur.
Sic lucubrationes Bartoli de Saxo-
Non ſaxeo, ſed ferrato, ſed igneo
ſic dicta Carpzovii, Saxonis,
ſed hominis conſummatiſſimi,
Fora prædicant, Palatia allegant, Scholæ amplectuntur.
Glorioſo Virorum poſt ipſa fata fato.
Indefeſſi laboris, animique penetrantis
Quos, repetitis jam viribus
orbi erudito, publicæque utilitati
propoſuit, exhibuit, donavit
Sueviæ Decus,
Reipubl. Literariæ ornamentum
JACOBUS OTTO,
JCTUS, COMES PAL. CÆS.
& Syndicus Reip. Ulmenſis
aliorumque Stat. Imperii Conſiliarius,
perpetuum meruere nomen,
famamque cum mundo ſtabilem.
Age ergo,
quicunque virtutem, qui doctrinam præ cæteris amas,
hos mecum laudibus extolle conatus,
& dum Tibi de his, quæ habes, quæ vides
jure maxumo gratularis,
Themidi adole,
ut in poſterum plura tibi ſperare liceat.

Thomas Welz, V. J. D.
& in Rep. Patria Lindav. &c.
Advoc.

AP-

Digitized by Google

APPLAUSUS CÆS. COMITIVÆ
in forma eines
Hirten-Geſprächs/
Zwiſchen Damon und Thyrſis.

Thyrſis.

So wird der Tityrus nit fürter mit uns weiden?
Wird er denn ſeine Heerd ſo unverſehens meiden/
So muß die ſchwache Heerd der Lämmer untergehn/
Wenn man ſie länger wird ohn Hirten laſſen ſtehn.
Damon. Ach rede nit zu hart/ mein Thyrſis, unſer Freunde
Der groſſe Tityrus/ der/ welchen die Gemeinde
Deß gantzen Hirten-Volcks biß an die Sterne trägt/
Hat beſſers nun verdient/ weil ihn Apollo hegt/
Apollo, welchen wir der Hirten Fürſten nennen/
Und ihn für unſer Haupt gehorſamlich erkennen/
Hat unſern Tityrus/ (und ſo hat ers verdient
Daß er auff ſolche Weiß von ihme würd gekrönt.)
Von ſeiner Heerd erhebt/ den Schafen ihn entnommen/
Und auff den Pindus-Berg zu ihme laſſen kommen/
Daſelbſten Gnad erzeigt. Thyrſis. Was/ hat Apollo Gnad/
Dem Tetyrus erzeigt? Sag an/ mit welcher That/
Und wie er einesmals daſelbſten ſo geſtiegen?
Damon. Laß uns ein wenig hier in dieſen Schatten liegen;
Weil unſer Lämmer Schaar dort ſüſſe Klee bricht/
So will ich dir indeß erzehlen die Geſchicht.
Als man das nechſte mal die Sichel angeſchlagen
Als Ceres hier und dort wurd in die Scheur getragen
Und Pan zum Schirm der Hitz den Schaubhut auffgeſetzt/
Neæra aber dort den dürren Gaumen netzt
Mit Lymphen aus dem Bach; kam das Geſchrey zu Lande/
Wie ohne längſten dort am krummen Maynes Strande.
Apollo von der Schaar der Hirten ins gemein
Erkoſen/ daß er ſolt das Oberhaupte ſeyn
Der Hirten und der Heerd. Gros Freude kam den Feldern/
Die Berge hupfften auff/ in Thälern und in Wäldern
Gros Jauchtzen ward gehört/ bald die bald jene Klufft
Mit hocherhabner Stimm/ Glück zu Apollo ruft!

Digitized by Google

Vor Freuden Tityrus nit länger kundte ſchweigen/
Er muſte ſeine Pflicht dem Ober-Hirten zeigen/
    Mit einem Hirten-G'ſang. Sein Heerde ließ er dort
    auff grüner Auen gehn/ und ſetzt ſich auff ein Ort
Am blauen Iſter-Strand. Viel wolgeſtellte Lieder
Sang er mit heller Stimm/ und Echo gabe wieder:
    Die Reimen halb getheilt; das liebliche Gethön
    Bezwang mich/ daß ich muſt hin zu dem Buſche gehn/
Allda ich unvermerckt mich hinter ihne ſchwunge/
Zu prüfen dieſe Stimm: Ich hörte wie er ſunge/
    Der alten Hirten Lob/ er hebte ſie empor/
    Und ſtellte ihren Stuhl in den gewöldten Chor
Deß blauen Sternen-Dachs. Dich aber/ ihren Sohne/
O groſſer Ober-Hirt/ dein wolgeſchmuckten Throne
    Sampt deinem Hirten-Stab/ mit was für einer Zier
    Kondt dieſes Muſen-Kind erheben? Solte mir
Nur immer möglich ſeyn/ die Reimen vorzubringen/
Wie er ſie dazumal ſo artig kondte ſingen.
    Ich lage faſt entzuckt dort hinter dem Geſträuß/
    Weil mir die Sinn verruckt die wunderſüſſe Weiß
Deß lieblichen Geſangs; ich kondte nimmer weichen/
Biß daß ich endlichen hört zu dem Ende ſchleichen
    Den ſchönen Lobe-Spruch. Er ſtunde plötzlich auff/
    Nach dem er End gemacht/ und nahme ſeinen Lauff
Zu einer Weiden hin: Ich ſahe eine Rinden
Mit ſeinem Meſſer ihn von dieſem Baume ſchinden/
    Die er gevierdt geſchnitzt; auff welche er zuletzt
    Mit einem ſpitzen Stefft nachfolgend Worte pfetzt:
APOLLO ohne längſt zum Oberhaupt erkohren/
Dem unterthan zu ſeyn/ die Schäfer han geſchworen;
    Regiere deine Hand beglücket immer hin/
    Biß daß du das Geſtirn wirſt ſehn zun Füſſen ſtehn.
Fein ſachte Tityrus die Rind in Strome leget/
Die unſer Uberfluß bald immer ferner träget/
    Und ſie den Pindus Spitzn ohn Anſtoß zugeführt/
    Daſelbſten mit Begier ſie auffgefangen wird:
APOLLO ſelbſten ſie mit eigner Hand empfähet/
Rühmt ſeines Schäfers Treu/ ſein G'müthe plötzlich ſtehet
    Dem Hirten wol zu thun. Er gehet bald zu Raht/
    Was wegen dieſer Treu für eine neue Gnad.

Dem

Dem Tityrus gebür. Die kluge Charitinnen
Berufte den Mercur auff deß Parnaſſus Zinnen/
In dem geſampten Raht. Ein jede wurd verhört/
Was ſie für einer Gnad den Schäfer achte werth.
Aglaia, der zu erſt die Stimme ward vergönnet/
Die (welche man vom Glantz und von der Würde nennet)
Den Schäfer hoch erhebt / ſie rühmet den Verſtand
Deß klugen Tityrus / und giebet an die Hand
Den wolerſinnten Raht: Der Schäfer / der dich ehret
Mit ſüſſem Kling-Gedicht / von Pallas wolgelehret
APOLLO groſſer Hirt / iſt würdig daß er werd
Mit dieſer reichen Gnad begabet bey der Heerd:
Daß er erheben mög die treue Hirten Knaben/
Bey welchen er verſpürt beſonders gute Gaben
Der Heerde vorzuſtehn: Daß er der Ketten Pracht
Und hoher Tituln Schmuck hab mitzutheilen Macht
Dem a. welchen er befindt / dein Hirten-Recht gelehret;
Und dem b. der Gifft und Seuch von deiner Heerde kehret/
Durch heilſam' Artzeney: Dem c. welcher Weisheit liebt/
Und in der Rede-Kunſt ſich d. unabläßig übt.
Vergönn ihm / daß er mög' den Dichtern e. deinen Knechten
Ein grünen Lorbeer-Krantz umb ihre Stirne flechten/
Das Zeichen deiner Gunſt. Schaff / daß er geben kan
Dem f. Freyheit / der das Recht der Heerde zeichnet an.
So ſagt Aglaia, drauff Thalia ward befraget
Was ihre Meynung ſey? ein mehrers dieſe ſaget/
Iſt unſer Tityrus / APOLLO Schirmer / werth/
Dein Hand iſt nimmermehr ſo enge eingeſperrt.
Du weiſſeſt / wie manchmal ſich geyler Schäfer Willen
Dem Himmel und dir ſelbſt zuwider / nit läſt ſtillen
Der g. Erbarkeit gemäß: Ja daß durchs Teuffels Kunſt
Manchmal erwecket wird ein Höllen-werthe Brunſt. h.
Bey nachgeſiptem Paar. Dann folget Noht und Jammer
Und kommt manch junges Blut unſchuldig in die Klammer
Der Unehr / Schand und Spott. Die müſſen hernach gehn
Auff Seiten / und zuruck von Ehren-Aemptern ſtehn.
Auch ſonderet das Recht manchmal verſchreyte Leuthe i.
Von andern Leuten ab / und ſetzet ſie bey Seite/
Die nun bedörffen Hülff. APOLLO ſiehe drein/
Daß ihnen Tityrus verhülfflich möge ſeyn.

Tha-

Digitized by Google

Thalia hatte kaum die Rede ſo geendet/
Als ſich Euphroſyne zum Ober-Hirten wendet
Und weiters hinzu raht: Wer ſoll der jungen Schaar/
Nach dem k. die Eltern todt/ vornehmlich nehmen wahr/
Als unſer Tityrus. Laſſt Pfleger und Vormünder
Jhm l. ordnen/ für die Schaar der jungen Hirten-Kinder;
Laß ihn m. bekräfftigen/ was vormals iſt beſtellt/
Was man an Kindes ſtatt n. ang'nommen und erwehlt.
Laß ihne überſehn o. was vormals iſt verbriefet/
Schlag ſeim Gutduncken heim/ was Sachen anbetriffet/
Von hoher Wichtigkeit. Was Freyheit p. Fug und Recht
Anlanget und betrifft bey manchem hohem q. G'ſchlecht.
Vergönn ihm/ daß er mög mit Wappen-Brieff beſchencken r.
Den/ welcher es begehrt/ daß er laß Siegel hencken/
Und Zeichen theile s. aus/ daß er eim gantzen t. Stamm
Solch Freyheit geben mög. Hierauff ein Ende nahm
Der Charitinnen Red. Es wurde bald von allen
Der dreyen Schweſtern Schluß einmüthig beygefallen/
Jhr Raht der drange durch. Solch groſſen Gnaden-Lohn
Trug unſer Tityrus auff dieſes mal davon.
Apollo ordnet mehr/ daß welcher würde ſagen/
Es hätte Tityrus unwürdig weg getragen
Sein neuertheilte Gnad/ der ſolte ſchuldig ſeyn
Ein Straf/ ein u. groſſe Straf. Und ſolte kommen ein
Die Helfft dem Tityrus. Thyrſis. So iſt von unſerm Orden
Der Hirte Tityrus uns nun entzogen worden/
Und hat zu Hofe Gnad. Jch dachte jederzeit/
Es würde dieſer Hirt durch ſein Geſchicklichkeit
Dermahlen eins erhebt. Nun/ nun iſt ihm gelungen/
Er iſt der Schäfer Volck faſt ferne fürgeſprungen:
Wolan es komme Glück vom hohen Sternen-Dach
Zu dieſer ſeiner Ehr: All Leyd und Ungemach
Von ſeiner Hütten flieh. Damon. Das helle Rad der Sonnen
Mein Thyrſis ſchau dorthin/ iſt ferne weggeronnen/
Und gehet allbereit der Ampſitriten zu.
Thyſ. So eyl/ daß wir die Heerd bald bringen zu der Ruh.

M. J. C. C. V.

)(o)(

Digitized by Google

ADDITAMENTA
RADII IV.
PARTIS II.

Digitized by Google

Palladium Juris-Coſſ. vel Conſiliariorum

IMPP. GENTILIUM & CHRISTIANORUM,

Quorum

Primo injicitur mentio in CORPORE JURIS CIVILIS,

Hopper. l. 1. ad Pand. Laur. Vall. Proem. l. 3. Elegant.

(Quod non tantùm rerum Cognitione ſcatet, & ad omnium hominum mores ac naturas accommodatum, ſed inſuper verbis tam puris, Latiniſque ac propriis conſcriptum, ut tota Lingua Latina perdita, ex Eodem reſtaurari poſſet.)

Illudque in Theatrum hoc produco ſecundum ſuccinctam, &, ni fallor, quà potiſſimum adhuc in Uſu, eamque concinnam conjunctionem Chronologicam, dudum inter alia deſideratam à polographo *

*Fr. Balduin de Inſt. hiſt. univ. paſſim.

Aſt ab ovo usque ad mala, more tamen Laconum.

DEUS eſt Author L. Naturæ & Poſitivæ, quæ dicitur Divina.

Et

Patriarchæ ante- & Noachus tempore diluvii L. Naturæ inculcarunt liberis & domeſticis ſuis.

Exod. 18.

Moſes & Jethro jecere fundamenta Politiæ Judaicæ, quam DEUS paulo poſt variis LL. per Moſen informavit.

Leges iſtæ certo ordine Collectæ exhibent Syſtema Jurisprudentiæ Specialis Primariæ diviniſſimæ:

Cujus

Num. 11.

Aſſertores fuerunt LXX. Seniores, quos DEUS adjunxit Moſi.

In

Scholis Levitarum & Prophetarum inde usque ad CHRISTUM explicata fuit Lex Moſis.

Reges quoque Judæ & Iſraelis habuerunt ſuos Conſiliarios, ut videre eſt hinc inde in Libb. R Regum.

LL. Forenſes Moſaicæ quædam de rebus immutabilibus, & omnium Gentium communibus,

Ut

Ut ſunt delicta moralia, homicidium, adulterium &c.
quædam de rebus mutabilibus, & Judaicæ Politiæ propriis, Leg. Hænon. Alth. Lieb. Hunni. & Alii complur.
ut ſunt mancipatio ſervi, conjugium cum vidua temporis abſque prole defuncti &c.
Quæ igitur LL. coincidit cum Decalogo, etiam permanent;
Quæ verò abſolutè Judiciales, mutantur pro varietate temporum, Locorum, perſonarum, factorum &c.
Ægyptii *Rudimenta ſuarum LL. acceperunt* ab Hebræis.

Ita patet ex

Decalogo Bibliothecas Omnium JCtorum & LLatorum ortas eſſe, Ex Epiſt. juriſpr. Chriſt. Conr. Heresbach. compendium Juriſpr. Moſ. exhibet.
Eumque Elementa *dici poſſe* Juriſprudentiæ ab Æterno Prætore *profecta, ad quæ omnes omnino LL. tanq. appendices & ſuccedaneæ referri, & velut ad Lydium Lapidem examinari debeant.*

Unde emergit

Juriſprudentia Specialis Secundaria,

Et quidem

Vel Gentilium, vel Chriſtianorum.

Illa vel minus eſt celebrata, eſtque *Chaldæorum, Chalcidenſium, Cretenſium, Thebanorum, Locrenſium, Perſarum, &c. quorum non niſi fragmenta ſparſim occurrere teſtis eſt* Kockern. in diſp. D. 60. Rebuspr. Priſc. Conſul. Ariſt. 2. Pol. 8. & 10. Strabo l. 12. Diodor. l. 2. c. 1. & l. 6. c. 15. Plin. l. 6. c. 16. & l. 30. c. 1. Juſtin. l. 1. val. l. 6. c. 5. Herod. l. 4. Gell l. 12. c. 18. v. l. Neceſſarium. ff. de O. I. Paul. Manut. de LL. Dionyſ. l. 2. d. antiq. Rom.
Eadem vel magis Celebrata, eſtque *Græcorum*, vel *Romanorum*.
Vett. Græcorum LL. *occurrunt, itidem fragmenta quædam LL. apud Athenienſes & Lacedæmonios.*
Hîc *inprimis animadvertendum eſt, multos fuiſſe LLatores, veluti erat Amphictyon, Minos, Oreſtes, Lycurgus, Romulus, Numa, Zaleucus, Draco, Solon, Charondas, Aliique Plures.*
Romanorum Juriſprudentia Vetus *eſt itid. in fragmentis quibusdam,*

ut ſunt

Primò LL. Regiæ, quæ à Regib. Rom. latæ traduntur, & longè poſt à S. Papyrio primo Rom. Juris Conſulto *in Unum Collectæ,*
Dein, LL. XII. Tabb. ab Athenienſibus & Aliis Græcis *acceptæ, perque Legatos Romam deportatæ, tr. d. Rebus Sacris & Religioſis, de LL. & Magiſtratibus, poteſtate privata, Connubiis, homicidiis, rerum adminiſtratione, teſtimoniis ferendis, injuriis, LL. Sumtuariis, deque J. Fecialium & Ne plebi connubium eſſet cum Patribus.*

Cic. l.1.d. orat. conf. Plat. Plin. Liv. Phavor. Agell. Forſter. AliosqueCriticos & JCtos.

De quarum encomio ita Fl. Eloq. Rom. Fremant omnes licet, dicam, quod Sentio, Bibliothecas omnium Philoſophorum Unus mihi videtur XII. Tabb. Libellus, ſi quis LL. Fontes & Capita viderit, & auctoritatis pondere, & utilitatis ubertate ſuperare.

Ante LL. XII. Tabb. lata fuit Lex Agraria. Et paulo poſt

L. Publ. D. Aventino, & Trapeja. Poſt illas ipſas

LL. denique Romanorum à diverſis Magiſtratibus latæ, *partim ad Jus Sacrum, partim ad jus Publicum, partim quoque ad Jus Privatum pertinentes.*

Adeoque Reſp. Rom. t. t. à populi ſive plebis Magiſtratibus LL. conſtitutis; præterea multis SCtis, Plebiſcitis, prætorum Edictis, Jurisperitorum Reſponſis; & poſtremo Cæſarum Placitis ſive Impp. Conſtitutionibus adminiſtrata & gubernata fuit.

Inde

Jurisprudentia Rom. Nova *emergebat, quæ Imperiali Auctoritate, Juſtiniani in Syſtema eſt redacta, eoque modo, quô in Corpore Juris Civilis proponitur, & maximam partem ex omni antiquitate* Jus Romanum *collectum eſt. Et quidem*

JUSTINIANUS IMP. operâ

TRIBONIANI, THEOPHILI, DOROTHEI, & Aliorum *Conſtitutiones Imperatorias ex Codice*

GREGOR. HERMOGEN. ET THEODOS.

intra XII. Libb. coarctavit, quos appellavit

Codicem: quem *poſtea emendavit, & appellavit* Codicem repetitæ Prælectionis.

ATque ita Tertia pars Aſſeſſorum ſive Conſiliariorum Aulic. eſt Confeſſioni Aug. addicta: In Spir. Cam. Romano-Catholici eosdem numero binario excedunt, *leg. J. P. O. Art. 5. §. 52.* paritas enim Anno 47. impugnata, *Vid. Th. Europ. part. 6. p. 250.* at Anno 48. aliquatenus admiſſa fuit *Id. d. part. p. 400. conf. preallegatum Inſtr. P. d. Art. §. 18. n. 50. & §. ac proinde. n. 53.* In Cæſar. Dicaſt. Rotvv. XII. olim ex Militari ſive Equeſtri Dignitate Aſſeſſorum munere fungebantur; Poſtea XIII. ex Senatu Rotvv. pro Eorum arbitrio creabantur: Hodie verò ex Nova Reformatione Illi quidem ex dicto Senatu eliguntur *d. t. 1. part. 1. Ord. Rotvv. §. 2. 4. & 5. confer. quoq; Wehner in Obſ. lit. f. ad privil. Max. II. in frontiſp.*

* Ast.

*Ast. X. (Und der Reichs-Sachen Erfahrne *Ord. R.* Erfahrne Männer/auß den Reichs-Craiſen/ darinnen entweder die A. C. Verwanthe allein / oder zugleich die C. R. im Schwang gehet/ annehmen.)

ITaq; excluduntur hîc Circuli R. Catholici ſimplices: De quo nihil vel in Inſtr. P. vel in Ord. Cam. legitur, ſed ponitur ſolùm , ut aſciſcantur von beeden der alten Religion und dann der A. C. *Ord. C. tit. 3. §. 4. conf. E. F.* von H. Grundſ. *de* H. R. R. *C. 5. p. 270. cum ſeq. part. 3. Et Id. ad Artic. Capitulat. Caſ. 41.* Daß zu Reichs-Hof-Räthen Solche Subjecta genommen werden mögen/ die nechſt anderen Requiſiten/ auch rechten Alters/ und guter Experienz ſeind/ das Sie Niemanden/ als denen Käyſern/ und dem Reich/ ſonſten aber abſonderlichen weder Chur-Fürſten und Ständen deß Reichs / noch auch Inn- und Außländiſchen Potentaten mit Dienſt-Pflichten verwanth ſeyn ſollen etc. *in d. part. 3. c. 3. p. 241. cum ſq.*

*Ast. XI. (Das Geiſt- und Weltl. Sachen ſo zwiſchen den Cathol. und A. C. Verwanthen ſchweben von Aſſeſſorn beederſeits gleicher Anzahl entſchieden werden / es ſeye gleich der tertius interveniens dieſer- oder anderer Religion zugethan/ werde gleich von Mittel- oder unmittelbahren Stand convenirt.)

HÆc non leguntur in Inſtr. P. Oſnab. ideoq; inprimis cedunt in favorem addictis A. C. Illa verò diſertè continentur in *Artic. 5. §. 53.* I. P. O. ut ex pari numero Aſſeſſores aſſumantur *Conf. E. F.* von H. *d. tr. & c. 5. p. 270.* ex inæqualitate enim Imperii Ordinum oritur diffidentiæ venenum; æqualitas namq; fundamentum ſuum in Jure Nat. habet, per txx. expreſſ. *in l. 4. C. Comm. div. & l ult. C. Comm. Utriusq;*, quis enim juſtiſſimam illam, & à Natura profectam legem deprecari juſtè poteſt, utp. quæ ſummam habet, ſine juſta cujusq; indignatione, æquitatem, imò eſt juſtiſſima impetrandorum & Conſtituendorum Judiciorum regula atq; norma, ut Jure, quod in alias, ſtetueris aut obtinueris, ipſe poſtea, quandocunq; uſus venerit, eodem utaris, *per famoſiſſimum Edictum in l. 1. ff. quod quisq; jur. &c. Cic. d. Inv. lib. 2. c. 5. & 12. Itemq; in ep. 1. ad Q. Fr. add. Ariſt. 2. Pol. & 5. d. Morib. c. 8.*

*Ast. XII. (Der Reichs-Hof Rath Solle Unſ. Käyſ. Hof je und allzeit/ welcher Orten derſelbe gehalten wird/ nachfolgen.)

QUia, ſicut Caput Summa Corporis humani pars, quâ nulla ſuperior; ita & IMPERATOR Summus Imperii Moderator, Hujusq; Senatus Aulici Director Summus: *Reinck. de R. S. & E. lib. 1. cl. 2. c. 2. n. 66.*

Digitized by Google

Et Curia ibi eſt,ubi Princeps eſt; Ubicunq; enim IMP. ROM. ibi Roma, ubi Helena,ibi Troja. Ineptè tamen ex amiſſione Urbis Romæ contra Imperium noſtrum infertur,quia non Urbis,ſed Orbis Circulo Imperium Circumſcribitur: Eſtq; in Voluntate Imperantium,Sedem,quò velint,Imperii conſtituere; ne dum de Jure in Urbe Rom. Imperatoribus adhuc integro &c. *Plura tr. Carpz. de L. R. G. cap. 1. Sect. 15. n. 26. usq; ad fin.* Verùm Judicium Cam. Spiræ in Civitate Imperiali eſt fixum, nec inde,niſi per Decretum Comitiale, in alium locum transferri poteſt,*juxta* §. *167. R. I. de Anno 54.*

* AST. XIII. (Auch hinführo keiner von Unſ. Secretar. Zur Reichs-Hof-Raths Stell angenommen/ Er habe dann alle Acta angehörige Ort würckl. geliſ.)

HOc ſiquidem eſt Officii Secretariatûs Complementum; Conſiliarii enim Aul. & Secretarii Munus Compatibiliter ſtare nequeunt, uti & Aſſeſſores, & Protonotarii, & Notarii; quod namque Secretarii in Conſilio Aul. hoc Protonot. & Not. præſtant in Camera *vid. D. Spreng. d. Tr. pag. 6. §. 14.* Rectè: Nam honores ſunt æqualiter diſtribuendi, atque etiam gradatim conferendi,& non majorem honorem,niſi prius minorem ſuſceperit, gerere quis poteſt; per gradus enim eſt ad Ordines aſcendendum *per ded. Caſſan. d. Gl. M. part. 1. conſid. 9. per tot.* Et diverſos eſſe in Supremis Curiis Graphiarios & Magiſtros Scriniorum,ſine quibus Officium Judicis commodè exerceri non poſſe,perſona quippe eſt publica,& dicitur habere officium honoris tr. *Idem d. t. part. 7. conſid. 16. & 50.*

*AST. XIV. (Zum Theil der Nationen und Sprachen/ So an unſ. Käyſ. Hoff-Recht ſuchen/ So viel müglich kündig.)

SUnt verò Sclavonica, Bohemica, Vandalica, Gallica, Italica, & Hungarica. *D. Spreng. d. Tr. adh. loc. §. 15. pr.* de hoc autem Linguarum ſubſidio nihil in Ord. Cam. Sufficit enim Aſſeſſori,ſi Imperii Rom. Statutorum, Conſuetudinum, Germaniæ & Proceſſuum tam in referendo,quàm decidendo peritus ſit *per tx. in Cam. Ord. tit. 3. §. 2.* Polymniam Summo in honore etiam olim fuiſſe habitam ab Optimatibus & IMPP. declarat ſatis, ſuperque Themiſtocles Ille Athenienſis,& Cyrus,& Agamemnon,& Nicias, & inter Cæteros Mithridates, Rex Ponti, qui Jus dicere ſolitus 22. diverſis Nationibus, ſua Cuiq; lingua, quibus imperabat, & pro Concione ſingulas ſine Interprete affari. *Geofr. Linocer. Mythol. Murc. 8.* Jam verò exoptandum eſſet, doctos tam fœcunda,Simonidea qſ. multáve valere memoria,vel ad minimum Lexicon illud Linguæ Univerſalis Illius Thomæ Orquadi,à quo Unica tantùm inventa Lingua, quam tamen Omnes in hoc Sublunari Orbe homines callerent, vel ideo adhuc in rerum natura extare,quô de B. Zeil. *in ſuo Manual. part. 2 p. 408.*

ut ſal-

ut ſaltem Unus, vel Alter Litteratorum in Europa Cognitione etiam Linguæ Turcicæ excelleret, aut tantùm ejusdem aliqualem notitiam haberet; Siquidem legem eſſe, moremq; Turcarum, ut ea, quæ ſuo Idiomate Scripta non ſunt obſervare non teneantur, quod ipſum in Negocio Pacis præcognoſcendum eſt, Exemplo Venetorum ex Bembo monet Scip. Amir. *diſſert. Pol. lib. 4. diſc. 17.* Aliâs à majore ad minus argumentari liquet, quod, cum S. Romani Celſitudo Imperii, diverſarum Nationum, moribus, vita, & idiomate diſtinctarum, LL. habeat, & Gubernacula modetari dignum eſt, & Cunctorum ſapientum Judicio cenſetur expediens, quod Electores, Principes, Ipſius Imperii Columnæ & Latera, Eorumque Filii, vel Heredes & Succeſſores, diverſorum idiomatum, & linguarum differentiis ſcil. in Germanicâ, Italicâ, Ilyricâ ſive Sclavonicâ linguis inſtruantur, ut plures intelligant linguas, & intelligantur à Pluribus, qui plurimorum neceſſitatibus revelandis, Cæſareæ Sublimitati aſſiſtunt, in partem ſolicitudinis conſtituti, *ex A. B. tit. 30. per tot.*

* Ast. XV. (**Von den Reichs-Handlungen / und anderen Sachen Unſ. Käyſ. und demſelben anhangenden** Reput. **Rechten etc.**)

HIc in Conſilio Aul. itidem deſideratur Negociorum, Publ. & Comitialium Scientia, ut & illuc adhiberi poſſit, quæ autem non tantùm in Aſſeſſoribus Cameræ non deſiderantur, ſed & diſertè prohibetur, ne alienis, quàm Cameralibus vacent Negociis, & litibus, ac, licet velint, tutela excluduntur. Idem quoque obſervatur in Dicaſt. Rotw. quod Aſſeſſores rebus vel negociisSe alienis haud imiſcere debeant, præterquam ſoli operam navare proceſſui, *leg. Ordo Cam. Tit. 7. per tot. & Ord. Rotvv. part. 1. Tit. 3. §. 2. conf. hîc iterum ad prad. hunc loc. Ord. Aulic. E. F. ab Herden. Cit. Tr. part. 3. c. 5. p. 270. cum ſq.*

* Ast. XVI. (**Zu welchem Ende dann die jenige / So nicht in Fürnehmer Ständen Dienſten begriffen / dem** Examini **zu unterwerffen**/ex Actis **zu referiren.**)

IN Cam. Spir. omnes ex actis, in quibus concluſum, (neque adjicitur, definitivè) referre tenentur, & priusquam acta accipiant, de non adhibendo auxilio extraneo juramentum præſtare tenentur *per Tit 5. §. 14. part. 1.* ſic exNova Reformatione Rotwil. Aſſeſſores exSenatuRotw. absque Judicis & Reliquorum Aſſeſſorum examine nec recipi, neque removeri, atque etiam recepti ad juramentum præſtandum admittuntur *part. 1. tit. 1. Ord. R. §. 2. & fin. ada. Tit. 3. §. 1.* præterea, quod in Aula Cæſ. admonitio ad Præſidem, Depoſitio Aſſeſſorum ad CÆSAREM pertineant, *tr. D. Spreng. d. Tr. hoc loc. §. 17.* Aſt in Cam. Spir. (1.) in præſentia trium (2.) in Conſeſſu omnium limites ſui officii transgrediens Aſſeſſor monendus, & niſi ad ſaniorem redire mentem anhelet,

à Jud.

Digitized by Google

à Jud. Cam. & Aſſeſſoribus præſentanti indicatur, ut ille deponatur, Aliumq; præſentet, quæ præſentatio, niſi intra 6. menſes fiat, devolvitur ad Cameram. *Ord. Cam. part. 1. tit. 6 §. 2. & part. 1. tit. 3. §. pen.* Circa exceſſus Judicialium perſonarum Rotw. gradus ſimiliter attenduntur admonitionum, *de quibus leg. part. 1. tit. 2. §. 3. Ord. Rotvv.*

* Ast. XVII. (**Präſident/ als das nachgeſezte Haupt/ Soll jederzeit den Vorſitz/ die Umbfrag/ den Beſchluß/ und die gantze Direction haben.**)

IN eo notoriè conſiſtit Directorium Plenum, **wann Er** / Dn. Præses 1. **Die** Propoſition **ablegt**; 2. **In den Berathſchlagungen die Umbfrag hält**; 3. **Die** Vota colligirt; 4. **Die Umbfragen/ da die** Vota variren/ **von Neuem erholt**; 5. **Ein gantzes** per majora, **auch für Sich Selbſten macht**; 6. Citationes, Compulorial. &c. **Bey- und End-Urthel/ auch Andere Notturfften verfertigen läſt**; 7. **In allen Fürfallenheiten dieſe Reichs-Hof-Raths-Ordnung** perpetuò obſervirt; **wie und auch fürs** 8. **Dem** Secretario &c. **Was Er zu thuen/ und zu laſſen/ an Hand gibt etc.** Inſuper Directori ſtatim atque ab Imperatore Conſtitutum eſt Caput Hujus Senatus Aulici, vel denominatus eſt Director, Præſes, &c. Omnium quoq; rerum Officium incumbit, quæcunq; in Officio verſantur, *inſpiciatur tx. l. ædiles. 25. §. ut. ſciendum. 8. ff. d. Ædil. Ed.* Qui quidem Ordo in talibus facit, ut qui primò nominatur à Principe, Prior ſit & dignior: Et inter Officiarios juſtitiæ ſunt præferendi præfecti Prætorio aliorum locorum, ut ſunt præſidentes Parlamentorum &c. *Chaſſan. d. Gl. M. part. 7. conſid. 8. cum ſq.*

Et hoc Officio in Cam. Spir. ut & Dicaſt. Rotw. fungitur Ipſe Judex, & in hoc loc. indigitatur Illius Caput, **der Hof-Richter** / *per tx. in Ord. Cam. part. 1. tit. 1. c. 16. in pr. & Ord. Rotvv. part. 1. tit. 2. §. 1. 2. 5. & 7.* Ubique vota non niſi cum expreſſione Cauſæ reddenda. Quid ſi tamen Vota ſint in Eodem Dicaſterio diſparia? *Remitt. ad §. 4. tit. 3. d. part. 1. Ord. Rotvv.*

* Ast. XVIII. (**Gegen Herrn Präſid. die Reichs-Hof-Räth willfährige Folg/ rechter Gehorſam/** Resp. v. **Er hinwieder auf Sie fleiſſige Obacht etc.**)

SIc ab Aſſeſſoribus omnis reſpectus & reverentia Judici, ut Capiti Judicii, debetur, quæ neceſſaria eſt Obedientiæ prædictæ ſequela, *in Ord. Cam. part. 1. tit. 10. §. 1.* Utriusq; cum Judicis Rotw. tum Aſſeſſorum officia reciproca adumbrat & delineat pariter Ord. Rotw. *d. part. 1. §. 2.* & inibi ſq. §. ult. inſimul agitur de Exceſſibus Ipſius Judicis. Quivis ergo peragenda peragat oportet, niſi Status mutationem ignominioſa miſſione, vel depoſitione

ſitione ab Ordine, locô reflexionis meritorum, reportare velit. Cum autem Præſes ſive Director PERSONAM Summi-Principis repræſentet, debent omnes Eidem parere, & reverentiam exhibere; Delegatum quippe tanquam IPSUM DELEGANTEM honorare debemus *per longè ded. Chaſſan. d. Tr. part. 7. conſid.* 10. Hîc denique alia adjicitur Clauſula in favorem Statuum adpoſita: **auch alle unordentliche Mißbräuch und Ubertrettungen gänzlich verhüttet bleiben etc.** ad tollendos defectus Hujus Judicii eorumque gravamina diminuenda. Nam abuſus Juris ſæpe delictorum eſt occaſio: ſic ex abuſu *l. 2. Ub. in rem ag. oport.* delicta nata videntur, de quibus ſermo eſt in t. t. C. d. his qui potent. nom. *conf. l. 13. ff. d. injur. in fin. C. I. A. d. Procurat. th.* 20. Uſus habet laudem, crimen abuſus habet.

*ART. XIX. (**Da der Ordinari Präſident nit Perſönlich ſich zuſtellen / ſolle Vice-Präſident etc. Und wann auch derſelbe nit zugegen / daß** Directorium **der Nächſte und Aeltiſte etc. Damit etc. etc.**)

UNde & ſurrogatus in alicujus locum, ejusdem debet eſſe juris & conditionis, qualis ille eſt, in Cujus locum ſubrogatus eſt, *Sec. Bl. in l. 18. C. d. Ep. & Cl. Berlich. 3. concluſ.* 41. *n.* 4. *Menoch. conſ.* 52. *n.* 68. *cum mult. ſeqq. & Conſ.* 784. *n.* 12. Menochius ait procedere, quando is, qui ſubrogatus eſt, æqualis eſt conditionibus, moribus, & ſcientia cum eo, cui ſubrogatus eſt, *per trad. Molin. d. Primog. l. 4. c. 4. n. 36. Steph. Gratian. diſcept. for. c. 624. n. 2.* Et licet de Jure Aſſeſſor nullam habeat jurisdictionem; tamen hic & alibi quoq; Aſſeſſores in abſentia locum tenent. Sunt Judices, & per abſentiam Præſide, vel aliter impedito præſidere poteſt, & præſidendi poteſtas ad Illum transfertur: Sed impetrandum id eſt à SUMMO PRINCIPE, à Quo Omnis honor & excellentia provenit, & ab Eo, tanquã Excellenti Excellentia diſtribui debet, & non ab alio. Neq; quis poteſt præſidere vel aſſidere in provincia vel Civitate ſua ſine PRINCIPIS Summi Licentia, ut hoc loc. & fuſius *ap. Chaſſ. d. tr. & part. 7. conſid.* 19. In Judice Cam. requiritur, ut, ſi impediatur, Munus ſuum Uni Aſſeſſorum ex Comitibus & Baronibus, & ſi nullus Horum reperiatur, Uni ab Electoribus præſentato demandare teneatur; quando autem iis obverſetur, quæ vel Electores, vel Principes &c. concernit, Unus vel Comitum, vel Baronum præſidere debet, vel in Horum defectu committi debet Directorium alteri vel Principum, vel Comitum, vel Baronum, licet Aſſeſſor non ſit ſub Lege tamen ut devinciatur, juramento Judici præſcripto. *Ita D. Spreng ex Ordin. Cam. part. 1. tit.* 10. §. 1. Sic Judex Rotvv. ſi Ipſemet Illi Dicaſterio præ- ac intereſſe propter cauſas juſtas & legitima impedimenta haud potis ſit, con- & ſubſtituit Vicarium è Numero Comitum vel Baronum, interpoſito juramento, quo Violato, tenetur Uterque

SUMMUS PRINCIPI de exceſſibus rationes reddere. *Ord. Rotvv. d. part. 1. Tit. 2. §. 1. 2. 4. ubi plura.* In Triga hac Ordinationum ſc. Juris Cæſareo-Aulici-Spirenſis-Cameralis- & Dicaſterii Rotw. idem ſubjungitur finis, favorabilis: In Illo quidem damit Einiger Saum-Saal nit erſcheinen etc. *hoc loc.* In Iſto verò das dem Cammer-Gericht Sein Starcker Lauff gelaſſen werde etc. *in Ord. Cam. part. 1. Tit. 35. R. I. de Anno 1548. §.* Folgends aber *Circ. fin.* In hoc autem wegen Schleunigen Außtrag und Beförderung der Urthel in Rechtſertigung etc. *præcit. loc. Rotvv. Ord.*

*AST. XX. (Wo wir auf den Reichs-Tägen Einen Reichs-Fürſten: oder Unſer Obriſt-Hofmeiſter Jemanden von uns zum Reichs-Hof-Rath aufgenommen / Solle Jenem der Vorſitz- und dieſem Seine Stell im Rath aſſigniren. Sonſten unſere Reichs-Hof-Räth Allen Räthen vorgehen.)

QUæ hoc §. 7. 8. & princ. §. 9. obſervanda veniant circa Principem Imperii, ſi aſciſcatur in Conſilium Aulicum, &c. Itemque circa Conſiliarios Aulic. quando à ſupremo Aulæ Magiſtro aſſumuntur in Eund. Senatum Aulic. ſimiliter circa prærogativam ſive præcedentiam DNN. ASSESSORUM &c. De his Singulis ſigillatim vel in Ordin. Cam. multo minus in Ordin. Rotvv. ne gry quidem habetur; ſine L. igitur loquenti erubeſcendum eſſe, *Dd. comm. tr. per N. 10. c. 5. & al. loc.* neque aliquid temerè & absque lege aſſerere debemus, *juxta l. 19. C. d. Collat. l. 5. C. d. Repud. l. 13. §. 7. d. Excuſ. tut. Carpz. part. 2. quæſt. Crim. 76. n. 42.*

* ASTER. XXI. (Reichs-Hof-Raths Präſid. und Räthe / auch Andere Perſonen zum Reichs-Hof-Rath gehörig etc. Sambt allem Ihrem Haußgeſind / auch Ihren verlaſſenen Kindern und Wittiben Sollen aller Perſonal Beſchwärden / auch von Vormundtſchafften / und anderem Gerichtszwang frey ſein / doch Gaſtung und Kauffmannſchafft nit gebrauchen / auch die Wittiben etc. Freyen Abzug haben / und keine Nachſteur bezahlen.)

HIc §. 9. etiam poſt frontiſpic. d. Immunitatibus & Exemptionibus ab omnibus Oneribus Perſonalibus, & illa patrimoniali, onere ſc. detractionis, Totius Senatus Aul. & Cancellar. cum ſuis Familiis, plenus auro & honore; ſunt autem Perſonæ Conſilio Aulic. adjunctæ: DN. PRÆSES, Vice-Cancellarius, Vice-Præſes, Conſiliarii, Secretarius, Regiſtrator, Taxator, Scribæ, Oſtiarius, Nuncii cum ſuis familiis; Hæque omnes perſonæ à muneribus omnibus perſonalibus, (de quibus omnibus pleniſſimè G. Mundius *d. Mun. Hon. & oneribus c. 1. per tot.*) & omni aliena jurisdictione, (*Vid.*

Digitized by Google

ne, (Vid. Geil. *1. Obſ.* 126. *n.* 1. *&* 2. Klock. *vol.* 1. *conſ.* 11. *n.* 302. aut Carpzov. in J. P. F. *part.* 1. *Conſtit.* 3. *def.* 3. *n.* 2. *cum ſqq.*) nec non à munere Civitatis emendæ. profectionis cauſa, pari modo (quæ 2. inter munera realia aliàs referri certum eſt) à decima emigrationis, ſi domicilium aliò transferre, dum migrare, & emigrare, & remigrare, quò, quando, & quoties velint, ne obulo quidem deſuper exſoluto conceſſum. *Conf. iterum Mundium d. tr. c.* 2. *n.* 447. *& ſeqq.* Privilegium laxius & largius competit Assessoribus *in Ord. Cam. part.* 1. *tit.* 63. §. 1. 2. 4. 11. quales ſunt: Judex Cam. Præſides, Aſſeſſores, Fiſcus, Advocatus Fiſci, Procuratores, Protonotarius, Scribæ, Notarii, Lectores, Nuncii, & Immatriculati Practici; nam immunes pronunciantur ab omnibus oneribus & muneribus, exceptis bonis, (quæ ab Anno 1582. quocunq; titulo in Spir. Territorio acceperunt) de quibus collectam pendere tenentur. Hæcq; immunitas prorogata ad relictas etiam Viduas & liberos in d. Ord. Cam. apponuntur tantùm ipſis perſonis Cameralibus, *conf. quoque R. I. de Anno* 1654. §. 141. Quo Receſſ. inſuper, quemadmodum in Utraq; Ordin. Beneficia Illa Imperatoria ſub hac conditione indulgentur, ne Cauponam & Mercaturam exerceant, indeq; Per- & Illuſtrem Grandem & Ampliſſimam Hanc Immunitatem & Dignitatem obfuſcent, & planè tollant: cum & aliàs mercatura Nobilitati &c. deroget; *Atteſt. Tiraq. d. Nobilit. c.* 33. *n.* 20. *& ſqq. Nolden. cum mult. alleg. d. ſtatu Nobil. cap.* 17. §. 2. *n.* 174. Præterea Caupones in Jure quoque parum probi reputantur, & improborum genus hominum, quod anhelet ad fraudes & extorſiones, *teſte Caroc. in tr. d. depoſit. part.* 1. *tit. d. in lit. jur. n.* 8. *&* 9. Et quod ſub colore Officii, multas fraudes committere, & uſuras extorquere poſſint, memorat Coler. *d. proceſſ. execut. part.* 1. *c.* 2. *n.* 220. Quæ porro Privilegia Dicaſterio Rotvv. ab Impp. Maxim. I. Car. IV. & Max. II. Conceſſa, Ipſi Ord. Rotvv. præfixa omnium oculis ſubjiciuntur, quò me, amore brevitaris, remiſſum volo. Cujus tamen Dicaſt. Perſonæ ſunt: Judex, Vicarius, Aſſeſſores, Fiſcalis, Procuratores, It. Cancellariæ Adjunctio Archigrammat. Protonotarius, tres Secretarii & Scribæ, Copiſtæ, ſervus ſive Pedellus, Nuncii.

*Aster. XXII. (Mit den Seſſionen der Reichs-Hof-Räth zu halten / wie Sie aufgenommen worden / und zwar in Einem bequemen Zimmer Käyſerlicher Reſidenz.)

Quemadmodum in Aliis Conventibus publ. particul. Seſſiones variant; ſic & in Hoc Senatu Aul. 2. ſunt Scamna, Illuſtrium, & Gradu Inſignitorum, in Iisq; ſedent ſinguli juxta conditionem ſuam, & tempus receptionis. Quare inter Plures Conſil. etiam Advocatos Ejusd. Sedis, cæteris paribus, præferuntur primò promoti, & ſecundùm tempus receptionis, &

 admiſ-

admiſſionis eorum in aliqua Curia, gradum ſibi vendicare, & in matricula inſcribi debeant; itaque qui primo Matriculatus eſt, præferendus eſt poſterius Matriculato. Et hic Ordo eſt temporis, qui eſt ultimus, & de eo non curatur, Ubi locum habet Ordo qualitatis per ea, quæ prolixè tr. Chaſſ. *d. tr. part 7. conſid. 46. per tot. & in part. 10. Conſid. 29. ferè ſub fin. cit. Decii*, qui etiam Decius dicit, hoc eſſe verum in honoribus delatis, ſed in honoribus deferendis non antiquiorem, at magis idoneum præferendum eſſe. *Conf. inibi quoq; Conſid. ſq. 30. &c.* Aſſeſſores verò Camerales ſedere intermixtim, juxta quod vel hunc, vel illum Statum ſive Circulum præcedentem, ſive ſequentem repræſentent, *teſtis eſt ſingul. D. Spreng. d. tr. §. 25. conf. inf. Tit. 5. §. 92. cum ſq.* Judex Rotw. Ejusque Vicarius in præſentia omnium vel ad minimum. 7. Aſſeſſorum, ſingulis diebus Martis in Loco Judicii, ſub dio, **vor der Statt R. unter der Linden /** comparent, & Jus dic. *Wehn. in Not. ad §. 2. & 3. Ord. Rotvv. Tit. 2. part. 2.* Hujus Auct. Commentaria, quia tantæ auctoritatis, in Ipſa etiam Aula Cæſ. eſſe celebrat Beſold. *Th. Pr. verb. Rotvv.* **Gericht/etc.** ut S. Cæſ. Maj. eadem q. loco Manuductionis t. t. ſequenda eſſe injunxerit, heîc & deinceps quoque cum ex. etiam nobis in ſæpius alleg. inſtar Statuæ Mercurialis haud immeritò erunt. Sic in Italia & Gallia Varia extant Palatia, quæ propriè Domus Principum, in quibus Juriſdictiones eorum exercentur pro adminiſtranda & conſequenda Juſtitia &c. fuſiſſimè Chaſſan. *d. tr. part. 12. conſider. 67.*

* Art. XXIII. (**Morgens und Nachmittag ufs wenigſt 3. gantze Stund/ und 4. mahl wochentl. Rath halten.**)

QUænam horarum ſit melior & excellentior? Aſtrologi dicunt, quod maſculinæ, ut prima, non fœmininæ, ut ſecunda & ſic de ſingulis, cum in omni genere maſculus ſit dignior fœmina. At Paulus *in l. 2. ff. de V. S.* inquit: Cujusque diei ſc. naturalis major pars eſt horarum 7. primarum diei, non ſupremarum; eſt ergo major diei pars prima; licet ſit minor, per conſ. major pars diei non ſpacio, aut numero, vel quantitate diſcreta vel continua, ſed uſu, & utilitate, & commoditate, & laboribus hominum convenientior. Nam in ipſis primis horis diei, vel poſt ſomnum ingenium acutius; dumque quis ſurgit mane, non eſt amplius feſſus animo & corpore, ideo mane majorem laborem ſufferre poteſt, nec ipſum recuſare honeſtè valet: Unde memoria matutina firma, conſtansq; dici ſolet, ſiquidem Syncerius cohærentiusque adglutinantur, quæ proferente Die percipimus, quo jam auctiore ſubſultat virtus ea, hebeſcitque. Fuſius Chaſſ. *d. tr. part. 22. conſid. 43. per tot.* Et quidem conſtat, Romanos prima diei parte Seriis rebus Vacare ſolitos

reli-

Digitized by Google

reliquum verò palæſtræ, Conviviis & jocis tribuere. *Matth. Steph. in Not. ad d. l.* § *1.* Idque ipſum, reſpectu temporis deliberationi dicati, imperatur non tantum in Ord. Cam. *part. 1. tit. 11.* §. *1.* verùm etiam in ipſa Ord. Rotw. *part. 1. tit. 2.* §. *5.* Et ſubſeq. §. agitur de pœna emanentis aut tardius venientis in Dicaſt. ſed in Senatu Aulic. Præſes iſtam negligentiam Cæſari indicat §. ſq. 13. aſt in Judicio Camerali certus quidam conſtituitur, qui tardius comparentes obſ. Prætere in Ead. Ord. Camer. diſpoſitum, ut Soli etiam vacent Judicio, non diſcurſibus aliis, vel deambulationibus ſub §. 13. d. tit. & part. Et ut audientiæ pomeridianæ hyemales hora prima inchoentur, & usq; ad horam IVtam continuentur; æſtivo verò tempore Vtâ finiantur, *evolv. R. I. d. Anno 1570.* §. derohalben Setzen wir etc. *& in R. Anno 1654.* §. *82.* Audientiæ in Camera ut & Senatus ſingulis diebus extra Sabbatum & Ferias tenentur, publicatione Sententiarum in certum diem rejecta; quod ſecus hîc in §. 14 Ord. Aulic.

*Ast. XXIV. (Solle nichts vorgenommen werden / dann in der gewöhnl. Reichs-Hof-Raths-Stuben. In Beyſeyn all- oder genugſ. Anzahl deß Collegii- und bey Schöpffung der Definitiv-Urthel uff wenigſt 8. Räth Sich befinden.)

SUfficientem num. Collegii 3. conſtituunt, quod generaliter verum eſt; de jam conſtitutis autem Colleg. ita res habet, ut jus Collegii in uno duntaxat reſidere poſſit: Collegæ verò appellantur etiam qui ſunt Ejusdem Magiſtratus, & ejusdem quidem poteſtatis, paremque Jurisdictionem habent, etſi alter ſive ætatis, ſive diurni officii cauſa, præeminentiam quandam & authoritatem majorem habeat, per ea, quæ annot. in Prælect. Magir. *ad Tit. ff. de V. S. l. 85. & 174.* Dein not. quod nullitas ſententiæ etiam oriatur ex loco, ſi lata ſit Sententia, omiſſa quoque hac ſolennitate ad eandem requiſita, puta à Judicii Loco non conſueto &c. *Emer. à Rosbach. Proceſſ. Civ. tit. 72. paſſ. Marant. d. Sentent. num. 48. & 55. & 98. in fin. Lancil. d. ſent. num. 40.* In Camera ad Definitivam exigitur Præſentia 6. vel 7. Aſſeſſorum; ad Interlocutoriam 3. 4. vel 5. ad ſupplicationum Decreta 3. & ad taxationem expenſarum 2. vel 3. Imò, plenus Senatus non niſi ex Speciali Cauſa indici poteſt, quæ exprimitur in Ord. Cam. *part. 1. tit. 15.* § *5. & ſeqq. add. tit. 25.* §. *1.* Audientiis autem pomeridianis Præſes cum uno vel duob. Aſſeſſoribus antemeridianis verò ſolus præſidet. Publicationi Sententiarum dimidia Aſſeſſorum pars alternativè, & inprimis illi, qui ſententiis Concipiendis præfuere, adſident *R. I. de A. 1654.* §. 82. *& R. I. de A.* 1570. §. 29. Rotwilæ ad concipiendum, ferendumve ſententiam 7. ad minus requiruntur Aſſeſſores, forte

 ad

ad Conſuetudinem Curiarum plerarumq;, quia numerus Septenarius Sacer & notabilis ſemper habendus eſt, *ſec Wehn. in Not. ad Ord. Rotvv. part. 1. Tit. §. 3. & part. 2. Tit. 2. §. 3.*

* Art. XXV. (**Präſid. und Reichs-Hof-Räth ſollen getreu/gehorſam und gewärttig ſeyn/ unſere Käyſerl auch deß H. Reichs Ehr und Nutzen beförderen: alles ungebührlichen Anhangs/ Geſchäfften und Partheylichkeit ſich enthalten/ keine Verehr- und Schanckung annehmen etc. Ob gleich Ein Sach uns Selbſt betreffe. Allein GOtt und Jhren Aydt allzeit vor Augen haben etc.**)

STatutum & Conſuetudinem, ut Judicibus remittatur juramentum, non valere, quia materiam ſuppeditaret delinquendi, & ſuſpicionem &c. ex Magenhorſt. *Wehn. ad Ordin. Rotvv. part. 1. tit. 19.* Hæ formulæ juram. expreſſæ important ſubjectionem & Obedientiam DOMINI Beſold. *Th. pract. verb.* **Huldigung.** Siquidem graviter peccare dicuntur, qui CÆSARI ſunt inobedientes, *teſte Bl. in c. 1. pr. n. 1. verſ. & peccant, Tit. d. pac. jur. firm.* imò mortaliter, ut vult Hoſtienſ. *in c. per venerabilem. §. videbatur. col. 2. verſ. nunquid e. mortaliter. X. qui fil. ſint leg. conſ. & Laudem. d. Princip. quæſt. 70. & 60. Vid. & Arniſ. 1. d. Majeſt. c. 2. n. 2.* Salus Reip. ſuprema Lex eſto *l. quod ſemel. 5. d. decr. ab Ord. fac. &c.* Si 2. Spartiatæ jure ſe obtulerunt Xerxi, promti ultro vitam pro Patria profundere: Si 2. Juvenes Carthaginenſes paſſi ſunt ſe jure vivos ſepeliri, quò limites Imperii ſuis ſepulchris teſtatos facerent, Quanto magis pro ſalute publ. laborandum erit illis, quos illa ipſa in eum uſum præfecit, ut Ejus prudentia & Virtute ſalva ſit. *Plura ap. Arniſ. 1. Pol. 7.* Pro Affectio & Studium erga ejusmodi perſonas ſolet impedire veritatem *per c. accuſatores. 3. c. 3. q. 5. Steph. d. Offic. Jud. l. 1. c. 6. n. 17. Lancill. d. Off. Jud. in Cauſ. Civ. d. Except. n. 11. §. 13. 22. & 39.* Sed nimis grave & periculoſum eſt, coram Judice Suſpecto litigare *per l. apertiſſimi. C. d. Jud. c. ſuſpicionis cauſa 39. d. Offic. del. c. licet. 12. d. for. Comp. Maranth. in ſpec. aur. part. 4. diſt. 5. n. 42. Steph. d. c. 6. n. 5.* Et Judices poſtea ſemper ſunt timidiores in Judicio contra recommendatum, etiam quod iniquiſſimam foveat cauſam *per trad. Neviz. l. 5. Sylv. Nupt. n.* 100. & *n.* 103. *Menoch. de A. I. Q. caſ. 343. n.* 11. Quæ dona & munera Judex jure accipere poſſit, & quibus abſtinere debeat, declarantem inducit Menoch. & Magenhorſt. Wehn. ad 5. d. tit. Id. omnino Menoch. evolv. de A. I. Q. caſ. 342. cum ſq. ub. de pœnis Judicis & partis corrumpentis tr. pro Juſtitia facienda ne quid licet aliquid dare & offerre multò minus accipere per Proph. Amos *c. 5. & c. qui rectè judicat.* 11. *q.* 3. *Mynſ. obſ. Cam. 75. n. 1. cum aliq. ſq.* Qui enim dat pecuniam, pro habendo offi-

Digitized by Google

officium, præſumitur habere animum malè faciendi, cum det ovem, ut recipiat bovem, *per l. 2. C. d. Murileg. Neviz. in Sylv. Nupt. lib. 5. n. 95. & 98. add. n.* 100. & 101. Cum etiam Judex teneatur ſe ita gerere, ne quod contra eum militet aliqua ſuſpicio Corruptionis *per tx. in Auth. ſed novo jure. C. d. pœn. Jud. &c. Neviz. d. l. n. 97. Perez. ad tit. C. ad L. Jul. Repet. n. 4.* Præterea jurans DEO principaliter obligatur, & ſecundariò homini &c. *Zahn. d. Mend. lib. 3. c. 6. n. 2. & 3.*

* AST. XXVI. (**So dann / die Röm. Käyſ. Wahl Capitulation / Reichs-Abſch. Religion- und Prophan-Frieden / M. und O. Frieden-Schluß / Privilegien / Gerechtigkeiten Ordnungen und Gewohnheiten / und in Mangel dern die Käyſ. Rechte Recht-mäſſige** Obſerv. **und Gebräuch / und nach denſelben ihre** Decreta **aber mitnichten einig aigenſinnige Meinung denſelben fürzu-ziehen etc.**)

PRoceſſus & Sententia conformis eſſe debet Juribus in quolibet Territorio uſitatis, *per tx. §. 1. I. de Off. Jud. Auth. jubemus. C. d. Judic. l. 18. ff. d. quæſt. l. 40. §. 1. ff. d. Jud. Geil.* 1 *Obſ. Cam. 36. n. 12.* Cujusmodi ſunt LL. hîc inſertæ Fundamentales Germanorum Imperii hodierni, adplicandæ etiam in Hoc Senatu Aul. (de quibus tamen alibi plenius) tanquam norma normans Relationibus & Cauſarum Deciſionibus, & quidem, præter A. B. firmiſſimam Imperii petram, extant etiamnum Cæſar. Capitulationes, magna pars Receſſ. Imperii, veluti limpidiſſimi J. Publici Fontes, Pax Relig. & Profana, ut Oſnabr. & Monaſterienſ. inſtar German. Palladii, itemq; Privilegia, Conſuetudines, & ſtatuta, quæ ubi defecerint, Statim viam monſtrare debet Jus Civile, quod rectiſſimè per totam fere Europam q. Jus Gentium quoddam obſervatur, in iis inſuper caſibus, in quibus Jus Municipale deficit, quorum ramen generalitas ex eodem Jure Civ. interpretationem recipere debet, teſte Geil. 2. obſ. Pr. 33. n. 4. quia per omnia fermè juſtiſſima rationis rectæ præcepta præ ſe fert; veraq; manet ſententia Herm. Gœhauſ. *part. 1. peric. 2. 9. 14.* tam elegans Jus Chriſtianam Remp. non daturam, quàm datum eſſe ab Ethnicis. Ratio hæc eſt, quod Romani à Græcis illud Jus acceperint *per tx. in l. 2. §. 4. ff. de O. I.* Græci verò ab Hebræis, Hebræi autem à DEO IPSO. At Græcos Jus ſuum habuiſſe ab Hebræis probatur, quod Plato in Ægyptum proficiſcens à Propheta Jeremia fuerit informatus, ex quo didiciſſe creditur, quod poſtea cum ſtupore docuit, trad. Auguſt. *lib. 2. c. 28. d. doctrina Chriſt. & Ambroſ. in Epiſt. ad Rom. c. 7. pr.* quod inſimul hoc §. 16. adpenditur de æquitate Cerebrina maximoperè attendendum, nam certè, ubi Jus vel Æquitas ſcripta non eſt ab iis diſcedendum, & fraus eſſet, qui ſpreto jure, quod

eſt

Digitized by Google

eſt omnino in æquitate fundatum, vel ex æquitate imaginaria, vel capite proprio fabricata procedere, aut contra expreſſum caſum legis, prætendere æquitatem, quorſum enim attinebat, LL. ſcribi, ſi liceret diſcedere à Scripto, & ſuo arbitrio æquitatem fingere per Complura allegata Rutg. Rul. *in Conſil. & Relat. Aſſecurations-Sach. conc. p. 95. & 96. n. 248. & 155. cum ſeqq.* Et hæc maximè conſonant cum Ord. Cam. *part. 1. tit. 19. §. in init.* niſi, quod iſthæc ad ſtylum quoque & Conſtitutionem Cameralem reſpiciat, qui ſemper obſervandus, *juxta Bl. in l. fin. C. quæ ſit long. conſu.* habetur enim ſtylus communis pro lege, & dicitur Practica Confirmata, prout infinitis autoritatibus ſuffulc. *Id. Bl. & Conſ. Arg.* 1. *conſ. 29. n. 91. Franc. Niconit. in repet. rubr. n.* 130. & 137. *ff. de N. O. N. & Alii.* Conſiliarii autem Aulic. ad Ordinat. Aul. quemadmodum Dicaſt. Rotw. ad Ord. R. & Utraq; quoque deficiente, Judex hic ejusque Vicarii cum Aſſeſſ. peritiores, & quidem Juſtitiæ Sacerdotes conſulere & in caſu etiam deficientis Ord. Rotvv. recurrere ad Conſuetudines, Receſſ. Imperii, & Jura Civ. &c. tenentur *part. 1. Tit. 1. §. 3. & Tit. 3. §. 4. & part. 3. Tit.* 21. aſt Illi ad Conſtitutionem Cameral. devinciuntur *art. 5. Inſtr. P. §. 20. Verb.* So wird bey bevorſtehenden Reichs-Tag etc. *Conſ. continuat. Europ. Th. ad Anno 1652. p. 305.*

* Art. XXVII. (Secretarii zu protocolliren So wohln die zu Spath ankommende als abtrettende Räth/ welche bey jeder Sach mit Ihrem voto concurrirt etc.)

HOcq; Officium Notariorum eſſe in Camera, ut & minima diligenter notent, teſtatur D. Spreng. *d. tr. ad hunc* §. 17. *p.* 20. §. 31. de Officiis autem perſonarum Cancellariæ Rotvv. ſcil. Archigramm. Protonotar. & 3tium Secretar. atque Scribarum *Vid. Ord. R. part. 1. tit. 7. cum aliq. ſeqq. titt.*

* Art. XXVIII. (Reichs-Hof-Rath von Ihro Käyſ. Maj. Ihrer Pflicht entlaſſen auſſerhalb deſſelben Sachen auch ſonſten keinem anderen Potentaten bedient ſeyn/ etc. Da auch derſelbe einer Parthey mit Sippſchafft/ etc. zugethan oder Advoc. etc. Gleich abzutretten.)

QUoad illud favorabile St. Imper. Correſpondet cum Ordin. Camer. ne tamen Ulli Aſſeſſorum interdictum ſit, proximis ſanguine junctis & Affinibus Patrocinium Advocati præſtare. Igitur Quoad hoc conſonat itidem prædicta Ord. Cam. per omnia, niſi quod & in eadem procuratoribus illa judicandi licentia permittatur, ut tamen ſecretò fiat, *leg. Ord. Cam. part. 1. tit. 19. §. 5. & 8.* In Dicaſt. Rotvv. Aſſeſſores Cognatis ſuis conſulere, & Aſiſtentiam præſtare poſſunt, modò à Judicio eatenus ſe abſtineat.

Wehn.

Wehn. ad tx. Ord. illius part. 1. tit. 3. §. 5. Alloqui ſententia impugnaretur per nullitatem ex perſona Judicis ſententiam ferentis deſumtam, vel ſuſpecti, vel conſanguinei &c. ejus, pro quo Sententia lata aut ferenda eſt. *per c. cum ſuper. 23. d. offic. deleg. Marant. part. 4. d. tr. diſt. 16. n. 4. & d. appell. num. 24. in pr. & Soar. theſ. recep. ſent. lit. I. 242.*

* Art. XXIX. (Vacanz oder Recreationz, H. Präſid. und Räthen/ So verehlicht 8. und denen beedigen Standts 6 Wochen gewidmet ſeyn etc Die Extraord. Implorat. Sollen ohne Käyſ. Erlaubnuß nit beſchehen etc. übrige verſaumte Zeit/ohne ehhaffte Verhinderung etc. Defalc. oder gar exautor. werden.)

INdiſtinctè Aſſeſſoribus permittit Vacantiam. 6. hebdomadum *Ord. Cam. part. 1. tit. 8. §. 1. & §. 4.* Oportet peragatur cum Aſſenſu Judicis & Aſſeſſorum. Et ut paritas eſt Vacantiæ in Judicio Aul. inter præſidem & Conſiliarios; ita Judici adjicitur ultra 6. Septimanas ſpacium 4. hebdomadum; & adponitur certus numerus, ne ultra 6. ut Vacent, concedatur; & ultra 2. Vices annuatim nemo poſtulare poteſt, neque ſine expreſſione cauſæ, loci ad quem, & quamdiu emanere velit: vel, ſi poſtuletur, ſimul cum Præſidis & aſſenſu duor. Aſſeſſorum fieri debeat *per tx. in Ead. Ord. d. part. & tit. §. 13. & §. 7. & §. 2. It. §. 3. 5. 6. & ult.* prius minatur, ut detractum ultra emanentis accreſcat præſentibus; quod tamen longè ſe aliter habet in Judice. Cujus detractum non inter neglecta refertur, aſt ærario Cam. immittitur. Denique pœnam remotionis ſive degradationis non niſi illis infligit, qui ultra ſpacium ſemeſtre abſentes fuerunt: ſed ſi quis ob brevitatem temporis, vel nimiam feſtinationem, aut aliam ob ſonticam cauſam & neceſſitatem urgentem, non indicata peregrinatione &c. ſine dolo malo emanſerit, Juris eſt apertiſſ. *in l. 2. §. ſi quis municipalis. ff. ſi quis caut. &c. l. 22. & 29. ff. ex quib. cauſ. maj. &c. l. ſed etſi. 7. ff. quemadm. teſtam. aper.* quid enim æquius, quàm abſentiam cujusque, quæ vel negociis Reip. datur, vel quam expreſſit neceſſitas, nullius in injuriam redundare, ut nec obſit cuipiam. Verùm, ſicut aliàs Mai. Cæs. omnia ponderare, & cum Conſilio facere præſumitur; ita & ejuſcemodi inopinatò incidentia, noviterq; emergentia negocia æquitate & clementiſſimè æſtimabit & diſpenſabit. *Bl. in l. placet. num. 2. C. de SS. Ecl. annot. & Jaſon. ibid. in 1. lect. in 1. not. num. 9. Conſ. Arg. 110. num. 35. lib. 1.* Præterea, quomodo & quo tempore ſingulis annis Dicaſt. Rotw. celebrari debeat, fusè expenditur in Ord. R. part. 2. per tot.

Digitized by Google

TITULUS II.

* ASTERISC. I. (In Unſ. Reichs-Hof-Rath Sollen all und jede Sachen deß H. R. Reichs alda angenommen / Gerechtſ. darüber Erkennt etc.)

INteger Hic Tit. agit de Juriſdictione, quæ conſiſtit in omnibus & ſingulis Juſtitiæ Cauſis, hoc §. 1. & 6. enumeratis, Solius Imperatoris Judicium requirentibus, Eidemq; non tantum cauſarum ad Juriſdictionem Cæſaream partium requirentium diſceptatio, ſed & aliorum fere omnium negociorum, ad Regalem Cæſarum, non verò totius Imperii poteſtatem ſpectantium deliberatio committitur. Indeq; nunc elucet, quænam Cauſæ Juriſdictioni huic Cæſareæ ſint ſubjectæ, nim. illæ potiſſimum Procerum & Statuum Imperii & reliquorum membrorum immediatorum cauſæ ad Senat. Aulic. ſpectant, quæ Solius Imperatoris Judicium requirunt, & Cæſareæ Cognitioni reſervatæ ſunt: Nam IMPERATOR Rom. SOLUS in Imperio Jura Territorialia, iisque annexas Regales dignitates concedit, *arg. l. 1. pr. ff. ad L. I. de amb. l. 5. C. d. div. reſcr. Reinck. de R. S. & E. lib. 1. Claſſ. 5. c. 6. n. 119. ub. in ſeqq.* plura jura propria Imperatoris Cognitioni Soli reſervata recenſet: & nos etiam in Al. Tract. IDEM IMP. SOLUS de Feudis Regalem Dignitatem annexam habentibus in Signum ſupremæ poteſtatis cognoſcit & judicat *per tx. clariſſ. R. I. de Anno 1521. ſub Tit.* der Röm. Königl. Maj. Regiment. §. Ob auch Sachen fürfielen etc. Ut autem Huic Conſtitutioni locus ſit, 4. adducit requiſita Reinck. *d. tr. l. 1. cl. 4. c. 19. n. 41. cum aliq. ſeqq.* It. SOLUS de vectigalibus Elector. cognoſcit; Indulta & prorogationes inveſtiendis concedit; Commiſſiones ad Cognoſcendum & referendum, tam inter immediatos, quàm mediatos decernit; SOLUS Inveſtit de Comitatibus, Baronatibus &c. Privilegia poſt ſe Dignitatis confert & confirmat vigore A. B. *tit. 8. & 11. confer. l. 1. §. fin. ff. de Conſtit. Princip.* SOLUS Cauſas Statuum & reliquorum immediatorum Criminales disquirit, inque hos delinquentes IMPERATORIS Criminalis eſt Juriſdictio *per ded. Gylm. Symphor. tom 1. part. 1. tit. 6. Vot. 1. n. 23. f. 41.* Itemque Solam ad Hanc Juriſdictionem Cæſaream omnes pertinent reliquæ cauſæ perſonarum imperio immediatè ſubjectarum, in prima Inſtantia, & mediatarum, per viam appellationis, niſi ſpeciali privilegio, præſcriptione, vel ſua natura exemptæ. Et quæ Hiſce vel Similia, vel Majora IMPERATORIS ſunt Reſervata, *de quibus remiſſivè Beſold.*

Digitized by Google

Beſold. 1. Pol 8. n. 5. & alibi quoque Paurmeiſt. *d. Juriſd. lib. 2. c. 1. n. 9. Clapmar. d. Arcan. Rerump. lib. 5. c. 20. Carpzov. Tr. d. Capit. Caſ. c. 13. n. 23. ſeqq. Rumelin. in diſſ. ad A. B. diſc. pen. th. 5. Limn. de I. R. tom 1. lib. 1. c 10. n. 12. ſeqq.* Quæ tamen omnia non Competunt Imperiali Cameræ, licet non Eidem Privilegia etiam ab immediatis inſinuentur, deſuper tamen ſpecialia haud expedin debent confirmatoria. Et quamvis Eadem Comiſſiones quoque ad examinandos teſtes & tranſumenda inſtrumenta & diplomata, attamen alias non, in legitimo proceſſus tramite potius coarctata decernat. D. Spreng. *d. tr. ad hunc loc.* §. *35. p. 24.* Juriſdictio Rotwilenſium Ordinaria non tantum ad Cauſas Civiles, veluti Cam. Imper. verùm etiam ad Criminales pertinet *arg.* §. *13. part. 2. Ord. Rotvv tit. 5.* Paurmeiſt. *lib. 2. d. Juriſd. c. 6. n. 13.* & non contentioſæ modò, ſed & Voluntariæ Juriſdictionis coërcitionem habet, *arg. d. part. tit. 6. ub. conjung. Notas Wehn. lit. Tm.*

*Ast. II. (Der Reichs-Ständ Privilegia der I. Inſtanz, Jura Auſtregarum, Privilegia de non appell. Einem Extract derſelben verfertigen/ und in Erkennung der Citationen etc. zu beobachten etc.)

PRæſens Aſter. agens de Cauſis ab Imp. Juriſdictione exemptis totus coincidit cum Ordin. Camer. nec non quoad Inſinuationem Privilegiorum & conficiendi extractûs Eorundem; cujusmodi compendium per duos Deputatos compilatur, & in Camera aſſervatur. *Vid. Ordin. Cam. part. 1. tit. 16. §. 3. 4. confer. quoque* §. *5.* de J. Communi, regulariter, ab omnibus cauſis, quæ expreſſè non ſunt prohibitæ, appellare licet *per expreſſ. l. 2. C. d. appellat.* niſi producatur prohibitio Specialis, qualia ſunt in hoc puncto publicata Privilegia & Cæſarea Reip. Ulm. è quibus cauſæ appellationum irritarum hoc loc. ſuccinctè ſunt extractæ, quarum prima conſiſtit in quantitate appellandi *per Nov. 23.* §. *illud etiam Verſ. nulla & poſt verſ. & cauſa ſine ſpe &c. ſc.* In Hoc Privilegio Appell. Imp Ferd. II. Glorioſ. mem. infra Summam 600. flor. Et iſtud Privilegium ratione ſummæ Appellabilis Civit. Ulm. ſe extendit ultra 600. aur. an Klag und Haupt-Sach etc. cum qua non licet conjungere uſuras, quicquid aliâs Dd. dicant in contrarium. De Jure Communi, re adhuc integra, Reformatio Sententiæ per ſupplicationem quæri poteſt. *Gloſſ. in Auth. quæ ſupplicatio C. d. precib. Imp. offer. R. I. de Anno 1600.* §. Es Soll aber etc. *Myns. 6. Obſ. 16.* Secus tamen hîc, & qu. ob defectum appellabilis Summæ In Imp. Cam. appellatio non venit recipienda, nec tunc recipitur appellatio. Et ubi nulla admittitur appellatio, ſupplicatio, & quælibet reductio ſententiæ, ibi nec admittenda erit reviſio vel aliud remedium extraordinarium *R. I. de Anno* 1600. §. Es Soll etc. *& R. I. de Anno* 1654. §. Doch Mit etc. Secunda Cauſa conſiſtit in eo, quod vigore Privil. Imp.

Digitized by Google

Maximiliani II. piiſſ. mem. & poſtea Confirmati à Ferdinando II. adſtringatur appellans ad præſtandam cautionem realem, & juramentum calumniæ, illamque ſi non potis ſit præſtare, contra eum valebit conventio pro debito Civili ad carceres, quod ipſum confirmatur in Rec. Imp. *de Anno 1654.* §. auch zum ſechſten etc. quicquid hîc ogganiat Gail. & Mynſ. paſſim in contrarium. Ut porro Cives & ſubditi Ulm. non poſſint evocari, freti Privileg. Imp. Caroli IV. R. Wenceslai, R. Ruperti & Imp. Friderici III. ad Alia Judicia & Tribunalia; *Confer. etiam Gail. 1. Obſ. 126. num. 1. & 2.* ita Magiſtratus Ulm. Suis poteſt ſubditis inhibere, ne litigent coram non-ſuo judice, & ratione proprii intereſſe intervenire, & ſuos evocare queat per Ded. Carpzov. *I. P. F. part. 1. conſt. 3. def. 31. num. 2. cum ſeqq.* Cammerger. Ordn. zu Worms *d. Anno* 1495. *t. 24. & d. Anno* 1521. *t. 29. Ordin. Camer. part. 2. t. 1. pr. & §. 1. & t. 5. paragr. ſ. Capit. FERD. II. paragr. 13. FERD. III. paragr. 17. FERDIN. IV. paragr. 15. & LEOPOLDI I. paragr.* 18. In prima Inſtantia etiam Ulma Judices habet Privilegiatos: Memming, Gmünd. vel Biberac. *per notata Knipſch. d. tr. part. 3. cap. 54. num. 34.* Ulma tamen in Caſibus denegatæ & protractæ juſtitiæ nullibi, quàm Coram Imp. vel R. Rom. neque etiam in Camera Imp. conveniri poteſt *juxta trad. Ejusd. lib. 2. cap 33. num. pen. in fin.* Quæ privilegia Cæſarea omnes caſus reſervatos in Judicibus provincialibus & Aulicis abſorbent; maximè, quia Privilegia Ulm. non tantùm generaliter concepta ſunt, um was Sach das were etc. quo caſu forſan non comprehenderent die Ehhafften; Sed & per expreſſum binos iſtos caſus prædictos exciperent. *VID. WEHN. in not. ad Reform. R. part. 2. t. 5. & 4. Vb.* disertè etiam agit Ord. R. wie und welcher Geſtalten die Abſorderungen und Remiſſiones beſchehen ſollen etc. It. von Fällen / So auf der Privilegirten Stând abſorderen / mit remittirt werden etc. etc. Præterea potiſſimum etiam ab Imperatoris Jurisdictione exemptæ ſunt Cauſæ Eccleſiaſticæ ſive Spirituales, & Spiritualitati annexæ, niſi de poſſeſſione vel q. earum rerum agatur, aut de facto quæratur. Paurmeiſt. *d. tr. lib. 2. cap. 4. num.* 150. Et ſic quoque Cauſæ Matrimoniales; *Id. d loc. num.* 151. *Kuzel Sym. Matrim. cap.* 10. *num. 22.* nec non reliquæ Cauſæ Feudales; Paurmeiſt. *d. loc. num.* 152. & controverſiæ religionem concernentes. *Evolv. Knipſch. d. tr. lib. 2. cap. 3. Sparſim.*

*Ast. III. (Wann die Unterthanen wider Ihre Ordenl. Obrigkeit / tanquam partes, non Judices Sich beſchwähren / Solche Appellationes an die Richter Erſter Inſtanz verweiſen wollen etc.)

SUbditi adverſus Magiſtratum Mandata in Camera Imper. impetrare poſſunt. 1. Si evidens periculum in mora. 2. Si irrecuperabile verſetur damnum vel Salus Publica periclitetur. 3. Si ſupplicantis talis ſit caſus, Cui Magiſtratus inferior, etiam præſens coram ſuperiore non poſſit contradicere. Vel etiam 4. Si Magiſtratus contra ſubditorum ſolemnia & publica privilegia ſubditorum agat, & hi & factum & privilegia in Judicio producant: quibus & ſimilibus caſibus audiendi ſubditi *per l. defenſionis C. d. Jur. Fiſc. & ibi Dd Ord. Camer. part.* 2. *t.* 27. *Gail.* 1. *Obſ.* 17. *num.* 1. *& d. Arreſt. cap.* 10. *num.* 7. *Mynſ.* 5. *Obſ.* 8. *num.* 12. *Mindan. d. Proceſſ. & Mand. lib.* 1. *cap.* 13. *art.* 8. Judex autem antequam ſubditis Mandata decernat Dominorum informationem audire debet. *hic ex R. I. Ratisb.* §. 79. *& de Anno* 1654. §. beneben's Solle/etc. *Ord. Camer. part.* 2. *t.* 24. *Gail. d. Obſ. num.* 6. *&* 1. *Obſ.* 22. *num.* 4. *Sixtin. d. Regal. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 59. *&* 61. *Denais J. Cam. T. Mandata S. C.* §. 5. Schwan. 2 *Proceſſ.* 21.

*Ast. IV. (Cammer-Gerichts Ordn. und dero Proceß requiſita Subſtant. So viel möglich Obſ. und Andere Gerichts Solemnia nit verbunden ſeyn etc.)

QUod Ordinatio Cameræ in Judicio Aulico quoad eſſentialia proceſſus conſideranda & perpendenda, *leg. I. Pac. artic.* 5. §. 20. *add. Burgold. plura alleg. in ſua Notit. R. I. part.* 3. *Diſc.* 9. *pag.* 71. *ſub fin.* e. g. fatalis illius appellationis introductæ effectus ſunt, decernendi proceſſus appellationis, revocatio attentatorum, inhibitio, Compulſoriales, Mandatacum- & ſine Clauſula. *Præter Alios Althuſ. dicæolog. lib.* 3. *cap.* 56. *num.* 17. *&* 35. *Gail.* 1. *Obſ.* 145. *Marant. d. tr. d. Appell. num* 174. *& ſeq.* Et iſthæc Mandata in eo notoriè & principaliter differunt, quod illis, quamvis æque hoc vel illud ſub pœna in iisdem mandetur, non præciſè, idque propter adnexam Clauſul. Juſtificatoriam, parendum, ſed in arbitrio ejus, cui mandatur, ſit, num parere, vel jus & cauſam ſuam deducere malit; alterutrum enim, vel parere, vel cauſales ſuos primo termino proferre tenetur: *R. I.* §. 87. dieweil auch etc. *Deputat.* Abſchied *d. Anno* 1600. §. demnach ferners etc. *Gail.* 1. *Obſ.* 78. *n.* 5. *& Obſ.* 15. *n.* 4.

Digitized by Google

Cum contrà Mandatis S. C. præciſè ſine exceptione parendum ſit, præterquam in ſub- & obreptionis, maleficii, banni, privationis, & ſimilibus perſonam actoris inhabilitantibus cauſis *R. I. de Anno* 1594. *§. 84.* **Dann auch zum dritten etc.** *Gail.* 1. *obſ.* 14. *&* 98. *n.* 2. *Gylm. in Symphor. tom.* 2. *part.* 1. *Vot.* 26. *& tom.* 1. *part.* 2. *tit* 6. *Vot.* 5. *n.* 39. *& ſeqq.* Cauſa principali ad forum ordinarium ſpectante, *heîc in tx. alleg. part.* 2. *Ord. C. t.* 23. *in fin.* Et in eod. tit. licet ab executione non ſit inchôandum, adeo ut proceſſus ab ea inceptus eſſet ipſo jure nullus *per l.* 1. *C. d. Exec. R. I. L. ſi cum nulla. ff. de R. I. &c.* Mandata S. C. quidem executionem important propter quadrigam caſuum generalium, in quibus à præcepto incip. poſſ. Aſſeſſ. Cameræ in præjud. Cam. verbo Mandatum S. C. p. 144. cæteroquin noto-notius eſt, IMPERATOREM, Ordinem Judiciarium de J. Civ. introductum obſervare non teneri *Bl. in c.* 1. *ſi de Inveſtit. lis. Jaſ. in l. certum. col. pen. C unde leg.* Et in IMPERATORIS Conſiſtorio, juris apicibus neglectis, ex æquo & bono, inſpecta veritate, procedi ſolere, *per c. ad petitionem.* 22. *X. d. Appell. Gail.* 1. *obſ.* 42. *n.* 1. *cum ſeq. Gylm. Symph. t.* 3. *verb. Camera.*

* AST. V. (**Streittige Sachen zu güttl. Handlung und Vertrag zubringen/ doch nit wieder der Parthey Willen etc. Auch den Commiſſionen die Clauſul/ in Verbleibung der Güthe** anneckt. &c. **Von den Außträgen und Commiſſarien** appell. &c. **Und in** Extraordin. Commiſſ. **betr. allein die** A. C. **Verwanthe Sollen hierzu vergleichen Deput. etc. etc.**)

PRæſtat Cauſam prius Concordia, quàm Judicio terminare *per tx. in c.* 1. *d. Mut. pet. c. querelam.* 15. *d. Simon. c. ſi Primates.* 5. *q.* 2. *c. ſi quis Membrorum.* 23. *q. fin. c. ſi illum.* 23. *q.* 4. *c. ſtudendum.* 90. *diſt. tx. etiam in l. æquiſſ. ff. d. Uſufr. & l.* 1. *§. & poſt operis. ub. Alex. n.* 7. *ff. de N. O. N. Weſ. conſ.* 21. *lib.* 1. *n.* 1. *Neviz. lib.* 6. *Sylv. Nupt. n.* 8. non tantum propter immenſas litis expenſas *arg. l.* 18. *ff. de jurej. l.* 22. *C. Mand. A. & qui jurat. C. d. bon. auth. Jud. poſſid.* itemque propter temporis jacturam nobiliſſ. *l.* 15. *ff. ut legat. nom. Cav. l.* 51. *ff. d. pecul. l. f. C. ad ſc. Turpill.* Et propter moleſtias, labores, & Calumnias *per l. f. C. ub. in rem actio. l.* 2. *C. d. Juriſd. l.* 20. *Verſ. ſed ſi aliqua. ff. de O. & A.* aſt etiam propter litis eventum dubium *per l* 51. *ff. d. pecul. Gl. in l.* 78. *§. fin. ff. ad ſc. Turp. Caſt. in l. in tempore. n.* 3. *ff. d. pecul. d. l.* 51. *n.* 2. *eod. & Alii.* Hinc delegationes Principum ad Concordiam & juſtitiam inventæ ſunt, ut prius Judices Delegati Concordiam tentent & perſuadeant, quâ ſolutâ, demum via Juris procedendum. *l. c.* 1. *& c ſtudendum.* 90. *diſt. c.* 1. *in f. d. mut. pet. Auth. ſi verò. C. d. Jud. c. cauſ. q* 19. *X. d. teſtib.* Diverſo à Cameralibus Uſu: Sintque Commiſſiones Cæſareæ vel Commiſſiones ad decernen-

dum

dum vel referendum, vel Commiſſiones Simplices, quæ ut plurimum dantur cum Voto referendi, non cum poteſtate decidendi, & à quibus appellari nequit: vel Commiſſiones ad decidendum, quales ſunt Commiſſiones Auſtregarum, & à quibus provocari poteſt: *Hac Ord. Aulic.* §. 4. & 6. Et licet, regulariter, de Jure Communi ad tranſactionem ineundam ſive compromiſſum faciendum nemo cogi vel compelli poſſit *tx. in Nov.* 124. *c. ult. & tx. in c. fin. d. Reſcr.* Fallit tamen, ſi partes diu litigent, & Cauſa eſſet dubia. *Jaſ. in d. Auth. n. 7. tx. eſt in c. placuit. 90. diſt. Matth. de Afflict. deciſ.* 149. *n. 7.* vel, ſi timor eſſet futuri ſcandali *l. æquiſſimum. ff. d. Uſufr. Dd. in d. c. d. mut. pet.* vel ſtante ſtatuto de Compoſitione facienda, *Bl. in Proem. in* 1. *Conſtit. C. quem ref. & ſequitur Caſtr. in d. l. quidam n. 6. ff. ſi cert. pet.* vel in tranſactione alimentorum *Jaſ in l ſi convenerit. n. 3. ff. de R. I. Dec. in l.* 21. *verſ. hoc tamen. d. t.* vel, ſi conſtet Judici, alteram partem juſtitiam fovere *Ant. d. Butr. in d. c. d. mut. pet. Dec. in d. l. n. 5.* vel in Criminalibus ante perpetrata delicta *Bl. in l.* 18. *C. d. Tranſact. Alex. in l.* 1. §. *poſt operis. ff. de N. O. N.* vel gliſcente diſſenſione inter perſonas bene de Rep. meritas *l.* 1. §. *in Civilibus. ff. d. Captivis &c.* vel præprimis fallit, ut heîc, In Supremis Judicibus, quod videtur prob. tx. * *in c. cum inter R. nb. Ant. d. Butr. d. Elect. Caſtr. in d. l. quidam. n. 6. itemq; Alex. Jaſ. Matth. d. Affl. allegat. loc. conſ. quoque in terminis Carpz. I. P. F. part. 1. def.* 10. *cum ſeq. per tot.*

* Art. VI. (**Wir haben Unſerem Cammer-Gericht** Concurrentem ... Jurisdictionem **mitgetheilet etc.**)

HIc Conſilio Aulico Concurrens attribuitur Jurisdictio cum Camera Imper. quod in dubio Jurisdictio ſemper cumulativè conceſſa intelligatur *G.* **Obrecht.** *d. Juriſd. lib. 3. c.* 1. *n. 9. & ſeqq. A. Knich. d. ſuperior. Territ. c.* 1. *n.* 518. Itaque per Cameræ Conſtitutionem Impp. Sibi in Jurisdictione Imperii vel in minimo nihil præjudicatum, detractumque voluerunt, neque id, quod in Imp. Maiestatis Favorem, atque Imperii emolumentum introductum, in Ejus Odium & perniciem detorquendum eſt: hæcque Sententia Affirm. majore Dd. calculo comprobata: *Gail.* 1. *obſ.* 11. *n. 6. & Obſ.* 29. *n. 3. & Obſ.* 41. *n. 3. & Obſ.* 42. *n. 3. Mynſ. dec. 3. conſ.* 24. *n.* 20. *& dec.* 10. *conſ.* 94. *n. 5. Schvvan. Obſ. 4. n.* 1. 2. 3. *& 6. Roding. Pand. Cam. lib.* 1. *tit. 3. n. 5. Grav. Pr. Concl.* 29. *Conſid.* 1. *n. 2. lib.* 1. *Mindan. in præf. lib.* 1 *Proceſſ. & Al. Complur.* Atque hanc Sent. prolixè etiam defendit, & ad contraria reſpondet **Paurmeiſt.** *d Juriſd. lib. 2. c. 6. n. 30. & mult. ſeqq.* ut ita præventio utriusque fundet forum, quæ per obtentam & inſinuatam Citationem fundatur ut hîc & per alleg. Ejusd. *d. c. 6. n.* 320. *cum ſeq.* Hodie enim propter Novam Pacificationem Oſnab. & Monaſt. hactenus non multum

Digitized by Google

tum intereſſe videtur, ſive in Judico IMP. Aulico, ſive in Cam. Imperiali agitentur lites: Poſtquam ſc. Utriusque Religionis Aſſeſſores pari numero eſſe debent, vi dictæ Pacific. *c. 5. §. 20. Wurms. Exerc. Ac. 7. quæſt. 25. in fin.*

*AST. VII. (**Deß Cammer-Gerichts Lauff** per avocationem Cauſ. **nit verhinderen** etc.)

QUantumvis aliâs Superior Cauſam coram Judice Inferiore pendentem, vel motam proprio, vel ad partis inſtantiam avocare poſſit *c. ut noſtrum. 56. X. d. Appell. Gail. 1. Obſ. 41. n. 1. & 2. Berlich. part. 1. Pract. Concl. 6. in princ.* aliter tamen ſe res habet quoad IMP. & Cameræ Jurisdictionem, idque ſine Conſenſu Imperii, ut hîc & in Ord. Cam. *part. 2. t. 35. R. I. Aug. Vind. d. Anno* 1548. §. 24. *in fin. & R. I. Spir. d. Anno* 1570. §. 42. *prooëm. Ord. Cam. de Anno* 1555. *in fin. princ. conf. Matth. Steph. lib. 2. part. 1. c. 3. n.* 31. Secus verò, ſi ſint Cauſæ exceptæ, & SOLIUS IMP. Cognitioni reſervatæ, *arg. c. ex tranſmiſſo. & ibi Dd. Comm. X. de F. Comp. Reinck. d. tr. lib. 2. cl. 2. c. 14. n. 11. 4.*

TITULUS III.

*ASTERISC. I. (**Es ſollen die Agenten jederzeit der Parthey Offene Memoriali um Erkhenn. der Proceß / durch den Thür-Hüetern einliſeren laſſen.**)

REſtat PROCESSUS, ſub hoc Tit. & 4. ſeqq. contentus, qui Senatui Aulico ut plurimum eſt Summarius, raro, niſi in graviſſimis Cauſis, Judiciarius, pro lubitu tamen, cum ad Juris Civilis ſolennitates IMPERATOR non teneatur; hinc etiam hodie in arduis quoque negociis ſæpe lapſis & purificatis terminorum præjudiciis, novos terminos, etiam altera parte reclamante, concedi, quotidiana experientia teſtatur *Reinck. d. tr. lib* 1. *cl. 3. c. 12. n. 37. & 39.* Ubi ejus hanc reddit rationem, quod IMPERATOR in ejuscemodi Cauſis inter Illuſtres perſonas & Imperii Proceres vertentibus, procedat tanquam Pater inter Filios, non attento juris rigore, ſed potius Imperii tranquillitate, Pace & Concordia, ut motus & turbæ evitentur. Deferuntur ergo Cauſæ ad Aulam Cæſ. vel per modum Simplicis Querelæ ſive in I. Inſtantia Electorum, Principum, Prælatorum, Comitum, Baronum, Civitatum, Nobilium, & Aliorum Imperio immediatè ſubjectorum, niſi ſpecialiter, uti ſupra

ſupra dict. exemptæ & Privilegiatæ ſint: Vel per viam appellationis, deferuntur ad Hanc Aulam Cauſæ quoque ſubditorum mediatè Imperio ſubjectorum, atque etiam immediatorum, qui in I. Inſtantia ab IMPERATORIS Jurisdictione, per ſpeciale Privilegium vel alio modo ſunt exempti. Leg. plura ap. Paurmeiſt. *d. lib. 2. c. 4. n. 271.*

*Ast. II. (Verſchloſſene Schr. und Anders Herrn Reichs-Hof-Raths Vice-Cantzler, und dieſer dem Herrn Præſidi zuſchicken etc.)

IN Camera omnia cujuscunq; ſint ſpeciei, ut & in Dicaſt. Rotw. ad Judicem nec non in Hoc Tribunali ad Vicarium ſimul dirigu ntur. Et notandum inſuper hoc loc. In Camera, pro majore negociorum expeditione 5. dari Ordines, ut Novarum, in quo omnes cauſæ fere aguntur; ideo autem Novarum dictus, quod novis & recens emergentibus ſit decretus: quem ſequitur Ordo Sententiarum, Audientiæ coram Deputatis, Reproductionis, & Paritionis; Præfixarum verò deſiit. Ita, dum Judex Cam. ſive Illius Vicarius pro Tribunali ſedet, foribus apertis, procuratores antequam cauſas dicant, prius in quo Ordine procedere velint, judicare tenetur SCt. Cam. Anno 1655. Et inter illos ordines Ordo Sententiarum Solus continuus eſt, nec niſi horis antemeridianis diei ☾. & ♄. Ordini paritionis deſtinatis, ut & Cauſis Fiſcal. interpolatur.

Veruntamen horum Ord. & Audientiæ nullus in Aula Uſus, nec illic Procuratoribus, quos nominant Agentes, perorandi Coram Tribunali, libertas, ſed poſtulata & preces illic in ſcriptis ab Agentibus æſtate, nona & dimidia, hyeme verò 10. & media per Oſtiarium Conſilio Aul. intimantur. *Ord. Aul. t. 3. §. 1. confer. D. Spreng. d. Tr. §. 27. p. 16. ſeq.*

*Ast. III. (Agenten die Judic. producta in duplo ut & ſupplicationes pro extrahendis Proceſſibus in 4to cum præfixione termini in Teutſch- und Lateiniſcher Sprach eingericht und angenommen werden etc.)

DE forma ſive modo edendi ſupplicationes agitur hic §. 2. cum 3. ſeqq. pro extrahendis Proceſſibus, & ſubſequentia producta Judicialia non in exotica, aſt vel vernacula, vel Latina lingua: Quæ etiam concordat cum Stylo Cameræ in Ord. Cam. *part. 1. tit. 34. §. 4. & 12. & tit. 35. §. 9. & part. 2. tit. 34. §. 6.* ſed in eadem tamen quoad prudentiſſimè In Hoc Judicio Aulico requiſitam translationem legalem ac approbatam planè nihil eſt diſpoſitum. Ab hoc verò diverſus ſanè modus eſt proponendi Jus litigatorum in Dicaſt. Rotw. utpote in quo à Procuratore jura partium litigantium

Digitized by Google

oretenus vel viva voce in Judicium deducta, Protonotarius de Verbo ad Verbum calamo excipere eſt obſtrictus, inque eum finem præter alia duo Volumina Ipſi ad manus eſt Volumen Receſſ. Cui ſingula dictata rite, ſtudioſeque inſerere tenetur, uti cavetur in Ord. R. *part.* 1. *tit.* 6. *& 9.* Utriusque formæ quidem veſtigiis q. inſiſtunt plura, Variaq; Judicia quoque Inferiora Statuum Imperii, ſed quis non animadvertit, Proceſſum haud abbreviari, ſi non multo magis protrahatur mutuis ſcriptis & per dictationem in chartam, per quam multum tempus conſumitur, movet in terminis Berlich *part.* 1. *concl.* 13. *n.* 19. *ubi ad contraria reſp.* Idque Ipſum etiam ſummum Imperii Tribunal Spirenſe invaſit, ut verè pudeat referre, quod impudenter nonnulli evomunt, larga namque lachrymarum effuſione deplorandum eſt, quod lites ad Cameram appellabiles fiant immortales, nec patris, filii, imò nepotis termino terminentur ex Ventur. de Valent. & Herm. Vultej. exclamat, Carpzov. *in l. P. F. part.* 1. *def.* 1. 2. *& 6.* indeque Forum Electoratus Sax. pro forma eſſentiali requirere adſtruit, ut partes in cauſis Civilibus, multo magis Criminalibus ſua jura de ſimplici & plano, ore tantùm, absque ſcriptis proferunt, nec per apices juris & ſubtilitates LL. Domi excogitatas, & in Scriptis conceptas, lites protrahant, adeoque hæ citius determinentur ac finiantur per innumera inibi cit.

*Art. IV. (**Agenten Jhre Mandata zu Jedweder Gerichtlichen Sach**/in primo termino **ſtehts Originaliter übergeben etc. Da Er aber ſchon Originaliter** producirt/ **Solle derſelbe von dem** Regiſtratore Collationirt/ **wieder** producirt **werden**.)

IN omnibus omnino Judiciis Legitimatio debet præcedere, nec admittitur procurator absque Mandato, in quo Judicium Subſtantiatur, ut loquitur Bl. *in l.* 12. *C. d. procurat. n* 4. in tantum, ut exceptio illegitimationis in quavis Judicii parte opponi queat. *Br. in l.* 24. *C. d. Procur. & in l.* 40. §. 3. *eod.* quin & non oppoſita hac exceptione, Judex ex Officio Advocatum vel Procuratorem ſine Mandato Comparentem repellere tenetur. *Joh. Zanger. d. Except. part.* 2. *c.* 8. *n* 23. 36. neque ſufficit, loco Mandati, exhiberi Chartam Vulgo Voc. blancam ſive Vacuam, à parte quidem ſubſignatam & ſcriptam, ſed non conſcriptam propter ſuſpicionem nim. falſi. *Carpz. part.* 1. *I. F. def.* 28. *per tot.* In quibus autem caſibus requiratur ſpeciale Mandatum, & non ſufficiat Generale ? latè Barbos. *in tr. d. Clauſul. Uſufreq.* Non ſufficit verò Mandatum, ab Agente & Procuratore exhiberi, ſed legitimum ſit, neceſſe eſt, puta tale, quod omnia habeat requiſita Judicii Aulici, hoc §. 7. & Cameralis in Ord. *part.* 3. *t.* 14. §. 3. *&* 14. Verùm ordinariè in primo termino Procuratores caveant de rato & grato: inque eodem judicio omnia hodie ſpecialia Mandata ſunt eliminata, niſi illa, quæ ſpeciale Mandatum requirunt, ſimul

Digitized by Google

mul cum Generali Mandato exhibere velit. *R. I. de Anno 1654. §. 101.* Idemque præciſè attenditur in dicaſterio Rotwil. *Ord. R part. 1. tit. 5. §. 2.*

* Ast. V. (**Agenten / So die** Inveſtit. **oder vielmehr um die** Renovation **anſuchen / Sollen den legt außgefertigten Original Lehens-Brieff / oder deſſen** vidimirte**- und** collationirte **Copien einliferen: 2. genugſ. Beweißth. und** Atteſtation **deß Vaſallen todeſ. beylegen: 3. Die Lehenfolger vermelden / wie nahe Er verwanth. 4. Gewalt zu laiſt. deß Lehen-Ayds** producıren **und das derſelbe von allen zu** inveſtiren **verlangendten Perſonen unterzogen und beſiegelt werde etc.**)

HÆc ex §. 8. & 9. Licet de J. Feud. ad ſubſtantiam Inveſtituræ non requiratur, ut de ea conficiatur publicum Inſtrumentum, vel breve teſtatum; tamen hodie de conſuetudine, regulariter, ſolent fieri Literæ Inveſtituræ non tantum ſuper novo feudo, ſed etiam in renovatione feudi antiqui, renovantur Inſtrumenta Inveſtituræ: & quia tenor Inveſtituræ derogat etiam Juri feudorum, advertendum eſt, ut tales literæ diligenter & cautè conficiantur *Beſold. Theſ. Pr. verb.* **Lehen-Brieff.** Et ſucceſſionis Ordo poſtulat, ut ſecundùm gradûs prærogativam fiat Succeſſio, & de Jure Communi, & Feudali *Auth. defuncto. C. ad Sc. Tertyll. Feud. lib. 2. t. 50. in fin.* Procuratorem autem, qui ad Inveſtituram accipiendam, & fidelitatem faciendam ablegatur, ſpeciali Mandato de præſtando juramento Vaſallatico oportet eſſe inſtructum, ſiquidem in animam alterius abſque Speciali Mandato jurare nullo jure permiſſum eſt. Bocer. *de Inveſt. F. c. 40. n. 24. Schrad. d. Feud. part. 6. c. 4. n. 31. conf. Schneid. in Epit. F. part. 5. n. 89.* Quotieſcunque enim mutatio aliqua circa perſonam Vaſalli, aut ſenioris incidit, renovatio Inveſtituræ petenda eſt, usq; adeo, ut, ſi intra tempus legitimum, & Jure Feud. præfinitum, id factum haud fuerit, feudum amittatur, niſi Vaſallus ſit adhuc minor 14. ann. *Carpzov in Synopſ J. Feud. diſp. F. 6. poſit. 39.*

* Ast VI. (**Geringer Rüchl Lehen die** Renovatio **der Belehnung geſucht / etc. Die** Simultanea Inveſtitura Obſ. &c. Recognitiones **auf geſchehene Lehens-Muethung in Mißbrauch gerathen etc. Beede** Regiſtratores **Einen** Judicem **der Lehen** extrahi**ren etc.**)

ILla Feuda ſunt impropria de Camera & Cavena, quia J. Feud. non in re conſtituuntur immobili, neque in perpetuum, ſed tempus concedi ſolent; aſt hîc in heredes tranſeunt. *Roſenthal. de F. c. 2. Concl. 75. Schrad. part. 2. c. 3. n. 81. Jaſ. in Epit. F. part. 4. n. 8.* Licet Feudum jure ſanguinis & ſucceſſionis debeatur, nihilo ſecius omiſſio illa generat amiſſionem feudi, ſi non petatur Inveſtitura, de Jure Sax. aliter de J. Communi, uti ſtatuitur & amplia-

tur à Carpz. *in I. P. F. part. 2. Conſt. 45. def. 10. num. 2. & def. 17. num. 1. 6. 7. & 8. add. def. 24. d. part. & Conſtit.* Quodnam verò tempus ſit legitimum ad petendam renovationem Inveſtituræ? Nos in hac quæſtione adſtipulamur paragr. 12. cum ſeq. ſcil. tempus illi præfinitum anni & diei, idque ſec. tx. expreſſ. *lib. 2. Feud. t. 24. & 40. & 55. & plura alleg. Carpz. in Synopſ. J. Feud. diſp. F. 6. poſ. 40.*

*ASt. VII. (**Um alb. Kauff- oder andere Verträg** Confirmation **Im Nahmen beeder** Contrahenten/ **den** Orig. Contract **zu** producireñ etc. **Sonſten wegen Beſtettigung der** Privilegien etc. Vidimirte **Abſchrifft beyzulegen** etc.)

QUia Contractus non niſi mutuo utriusque partis contrahentis, conſenſu diſſolvuntur & revocantur per tx. famoſ. *l. 58. ff. d. pact. l. 5. C. de O. & A. C. quodſemel. de R. I. in 6.* ideo non confirmantur nec in Aula, neque in Camera, niſi aſſentientibus partibus, quæ poſtea Confirmatio S. PRINCIPIS vitia contractuum ſupplet *l. 2. qu. decr. non eſt Opus. l. 38. ff. de adopt. v. Natta Conſ. 636. num. 81. Grav. Pract. Concl. 1. num. 1. cum ſeq. lib. 2.* quod ipſum ſecus ſe habet in Confirmatione Privilegiorum, quippe quæ ſemper intelliguntur ſalvo jure ſuperioritatis- & tertii, *Sixtin. d. Regal. lib. 1. c. 5. n. 3. & ſeq. Meichſn. deciſ. 6. Cam. t. 2. l. 1. Deciſ. n. 89. 90. 91. Gail. 2. Obſ. 142. n. 10. Gylm. Symph. t. 4. part. 1. Vot. 29. per tot.* Unde Confirmantur à prælaud. Dicaſteriis, deſiderante uno vel altero, quoad Privilegia ſcil. Statuum & Aliorum Imperio immediatè ſubjectorum procerum per notiſſ. *l. 11 paragr. fin. l. 3. ff. d. Conſt. Pr. l. Un. C. d. his, qui à Princip. paragr. 4. J. de I. N. G. & C. Steph. d. Juriſd. lib. 2. part. 1. cap. 1. membr. 2. num. 150. Bocer. d. Regal. cap. 2. num. 233.* Cum mediatè ſubjectorum Privilegia etiam ab Inferioribus, à quibus, vel à quorum Succeſſoribus ea data ſunt Magiſtratibus & territoriorum Dominis confirmari poſſunt. *Knipſch. d. tr. lib. 2. cap. 5. num. 218.*

*ASt. VIII. (**Aber der** Exemptions-**Befreyungen Solle die Clauſul der Ehehafften eingeruckt werden** etc.)

QUamvis olim ante Reformationem Rotw. maximè fuerit dubium, quinam caſus ſub **Ehehafften** comprehendantur; hodie tamen in Illa Ordin. *part. 2. tit. 5.* ſpecialiter ſunt nominati, ita ut præter Caſus ibid. expreſſos nulli alii pro **Ehehafften** admittantur, & recenſentur ibid. XXVIII. Caſus reſervati. Quod tamen Privilegia contra **Ehehafften** poſſint concedi, generaleque Exemptionis Privilegium, **um was Sachen das**

Digitized by Google

das wåre etc. non comprehendat **die Ehehafften**; ſecus v 5, ſi unus tantùm caſus fuerit exceptus, puta Juſtitiæ denegatæ, qui ſemper ex‑eptus intelligitur, omnium fuiſſ. Knipſch. *d. tr. lib. 2. cap. 33. num.* 255. *cum aliq. ſeqq. Conf Wehner. in Obſ. Pract. verb.* **Ehehafften etc.** *in fin. & d. Ordin. Cam. tit. in pr. & fin.*

★AST. IX. (**Uff die Eingeg. Schrifften der Reichs‑Hof‑Raths‑Pråſident 1. das Pråſent. zaichnen: 2. da es Nachdencken vonnöthen / Einem** Referenten **zu** ref. **zuſtellen: 3. Solche alsdann unter den Råthen** diſtribuiren: **4. Den Nahmen derjenigen / welchen Solche geliferet / neben dem Tag aufzuzaichnen 5. Sonſten keiner dergleichen Schr. annehmen. 6. In Abweſenheit Herrn Pråſid. der Reichs‑Hof‑Raths Thürhüter die** Mem. **deſſen Ampts‑Verweſern zuſtellen: 7. Wann vor der** Relation **die** Acta **zu** collat. **oder die** Proc. **zu** inrot. **Soll Herr Pråſid 2. Råth den Partheyen durch Ein Kåyſerl.** Decret **verkünden laſſen / die Mångel ihrer Schreiben kürzlich anzaigen etc. It. 8. von deß** Protonot. **Ambt.**)

QUoad primum quod in Judic. Aul. peragit Dn. Præſes, illud in Camera eſt Procuratorum: *Ord. C. part. 1. tit. 34. paragr. 5.* Quoad ſecundum, quæ citra Conſultationem in Cam. dijudicari debent, recenſentur in Ead. *d. part. t. 12. pr. & paragr. 1.* Quoad tertium ſpectat hoc in Imperiali Cam. ad Judicem, & non per Alium fit diſtributio per d. t. 12. paragr. 7. Quoad quartum expeditur idipſum per Lectores d. loc. conjung. quoque paragr. 22. Quoad quintum Conſonant hæc etiam cum Conſtitutione & Praxi Cam. Et quoad ſextum exhibentur Memorialia in Imp. Camer. Judici ſive Ejusd. Vicario. Sic Quoad ſeptimum per Deputatos hoc in Cam. expeditur. Et tandem, quoad octavum Protonotarii cum Camer. Imp. etiam majus quid exercent *ex parte 1. tit. 41. per tot. D. Spreng. d. tr. paragr. 57. cum ſeqq.* Atque ita quoque in Dicaſt. Rotw. Protonotarii Soli cum Solis, vel cum quodam adjuncto è Cancell. iſthæc fere omnia & ſingula exſequuntur prout videre eſt in Ord. R. *part. 1. Tit. 9. cum ſeq.*

Digitized by Google

TITULUS IV.

* Asterisc. I. (Kein Reichs-Hof-Rath Solle ohne Aſſignation Einige Supplication, vielweniger gantze Acta zu Sich nemmen.)

NEque petat hæc vel illa acta ſibi ad referendum dari, velut additur in Ord. Cam. *part. 1. tit. 20. §. 1.* Conſiliatoris enim non eſt petere, ſed dare conſilium, & Conſultus de jure reſpondere tenetur *l. 1. C. d. Offic. Aſſeſſ. Cujac. ad l. Gallus ff d. lib. & poſth.* aliàs ita ſeipſum ingerendo, ſuſpectus eſſe præſumeretur, idipſum faciendo, quod facere p. t. non debet, teneretur de culpa, & inſimul curioſitatis haud ferendæ eſſet, temerè immiſcere ſe rei alienæ, h. e. illi negocio, ad ſe, curamque ſuam nondum pertinenti per vulg. Et quemadmodum ne quidem Judex Officium ſuum, niſi imploratus, regulariter, impertit *l. 4. §. 8. ff. d. damn. infect. l. 1. C. ut quæ deſunt Advoc. Jud. ſuppl. l. 37. ibique Dd d. Judic. &c.* ita placeat Ille Conſiliarius, qui ſpeciẹ obſequii regit; adque omnia, quæ agenda ſunt, quieta cum induſtria adeſt, ex præcepto *Tac 3. hiſt. 50.* Et ibi Acta Judicii intelliguntur, ubi aliquid fit Autoritate Judicis quocunque loco etiam extra Judicium. *Carpz. I. P. F. part. 2. conſt. 14. def. 9. n. 5. & conſt. 15. def. 18. n. 3. it part. 3. Conſt. 3. def. 18. num. 4.*

* Ast. II. (In allen Definitiv-Sachen Herr Präſident Einen Correferenten zuordnen / und da die Sachen beederſeits Religionen betr. Solle die Außtheil. der Acten unter Allen Reichs-Hof-Räthen mit rechter Gleichheit beſchehen etc.)

HUjus §. 2. Prius- & Poſt: Membrum coincidit cum Ord. Cam. *part. 1. t. 12. in pr. & §. 16.* niſi, quod in §. 17. d. Ord. videatur haud in omnibus cauſis requirere Correferentem: Reliqua §. verba generalia reſtring. juxta mentem D Spreng. *d. tr. §. 67.* & accipit de Statibus Imperii Inſtr. Pac. *art. 5. §. 53.* Quod attinet Re- & Correferentem certum itidem eſt, oculos plus videre, quàm Oculum, ſec. not. Feder. Scot. *Conſ. 1. n. 297. Rutg. Rul. d. Comm. ff & Commiſſi. lib. 2. part. 1. c. 24. n. 6.* Et quod plurium fit conſenſu, majorem veritatis habet præſumptionem & autoritatem *l. 8. C. de LL. c. prudentiam 21 in pr. d. Offic. & pot. jud. deleg. Gail. 1. obſ. 33. n. 2. Klock. d. Ærar. lib 2 c. 40 n. 114 cum ſeq.* Et plurium fidei rectius conittitur Judicium, quàm paucorum. *D. D. Manz. ad artic. Crim. 84. n. 5.* Etiam in Reform. Rotw. ſaluberrimè diſpoſitum eſt in caſibus & cauſis arduis & juridi-

juridicis in Conſilium adhibere Juriſperitos. *Ord. Rotvv. part. 1. tit. 1. §. 3. & tit. 3. §. 3. 5. &c.*

* Ast. III. (Protonot. **Sollen nachſehen / ob die** Acta complet **vorhanden/Selbe Im Reichs-Hof-Rath/uf Eine darzu verordnete Tafel hinlegen.**)

UTi hoc in Cam. expediunt Lectores; ita illud Officium itidem Protonotarii, cum Notariis & Lectoribus ſimul peragunt, tx. expreſſ. in Ord. Cam. *part. 1. tit. 43. §. 4. 5. & 6. & tit. 41. §. 15. conf. quoq; tit. 11. d. part. §. 20.* Solus autem illud ipſum exſequitur Munus ille protonotarii adjunctus è Cancell. Rotw. quemadmodum expreſſè habetur in Ord. R. *part. 1. tit. 10. §. 2.*

* Ast. IV. (**Die** Acta, **neben denen beygebundenen** Protocollis **dem** Referenten **zuſtellen etc. Dargegen Ers In Ein- zu dieſem** Relations-**Werck verfertigtes Buch/ unmangelhaffte Empfangen zu haben/einſchreiben etc.**)

INde perſpicuum evadit, Protocolla eſſe partem ſive compendia potius, & Indicem actorum, ut, an ex iisdem vel celatum, vel ſubtractum ſit, omnino appareat. Quamvis aliâs Protocolla in Judiciis nullam mereantur fidem, ceu ex Mynſ. & Bornitio probat Beſold. *in Th. Pr. verb. Protocoll.* Quod autem hîc fit per Referentem, hoc in Spirenſi Cam. efficitur per Judicem & Lectores, deſuper penes utrumque extantibus 2. libb. in Ord. Cam. *part. 1. t. 12. §. 12.* quemadmodum etiam in Senatu Aulico, ut quælibet confuſio evitetur præter Illum Librum Regiſtratori adhuc Repertorium ad manus eſt, ut hîc; Ita quoque in Judicio Rotw. **damit die Geſchäfft deſto Ordenlicher verrichtet**/in promptu ſunt. 3. Libb. Unus Receſſuum Protonotario; alter; & tertius ſc. **Raths- und Urthelbücher** Regiſtratori, prout expreſſum in Reform. R. *part. 1. tit. 9. §. 2.* An verò iſtiusmodi libb. probent, & quæ requirantur, ut plenè probent? Latè Berlich. *part. 1. deciſ. aur.* 282. *cum 2. ſeq. per tot. Rutg. Rul. d. Commiſſ. & Commiſſi. part. 2. lib. 5. c. 6. per tot. cum aliis ſeqq. Ruding. Cent. 1. Obſ. 22. Wehn. itid. in Suis Pract. Obſ. Varia ejusmodi Libb. genera recenſet Lit. B.*

* Ast. V. (**Herr Präſid. In Außtheil. und Erledigung der Sachen dieſe Ordnung halten. 1. Ihro Käyſ. Maj Sachen: 2. Gottshäuſer und Gefangene: 3. Armer Leuth- und Waiſens-Sachen: 4. Fiſcals- 5. Privilegirte- und ältere Sachen etc.**)

ORdo Juris & Æquitatis Naturalis Vigor in Judiciis obſervari debet; & omnia, quantum fieri poteſt, ex Juris Ordine facienda ſunt *c. in cauſis. 19.*

Digitized by Google

ſis. 19. *X. d. ſent. & re jud. l.* 12. *pr. d. reb. Autor jud. poſſ.* Ordo enim juris non ſervatus, & Proceſſum, & Sententiam nullam reddit, cum Ordinis neglectus vel præpoſterum omnem actum vitiet, eumque nullum reddat *ex c. ad petit.* 22. *X. d. accuſat. c. cum dilecta.* 22. *de Reſcr. c. Venerabilem.* 37. *d. reſtit. ſpol. c. Piſanis.* 10. *eod.* Omniaque, quæ à Judice acta ſunt, præſumuntur ritè celebrata, *Carpz. in I. P. F. part.* 2. *Conſt.* 34. *def.* 4. *n.* 4. Jam verò juſtum & æquum eſt, & quidem hoc loc. in ordine tractandi, diſtribuendi, & referendi, ut, quia etiam IPSE IMPERATOR non poteſt eſſe JUDEX in Cauſa propria, ſed potius illam (uti hoc c.) debet delegare, *A. de Iſern. in c. Imperialem. §. præterea ſi inter. col.* 7. *&* 8. *d. prohib. feud. alien. per Frider.* Planè enim Duces, Principes aut Comites etiam (quidni S. JUDEX in his terris, CÆS. MAIESTAS?) in Cauſa propria per ſuos Conſiliarios de conſuetudine judicare dicuntur, quod de Conſuetudine Germaniæ teſtatur Biga Inſignium JCtor. Germanor. *Zaſ. in l. qui juriſdictioni. n.* 20. *ff. d. Judic. & Weſenb* 1. *conſ.* 53. *n.* 43. ideo in illis cauſis ante omnia referatur, quas CÆSAR vigore Decreti propoſuerit. Dein Judex facilior quidem eſſe debet ad liberandum reum, quàm ad condemnandum, excepta tamen cauſâ Viduarum, Pupillorum, Pauperum, & ſimilium. *Carpz. in I. P. F. part.* 1. *conſt.* 16. *def.* 46. *n.* 4. *&* 5. quibus continentur etiam loca pia, captivi, periculum moræ, cauſæ fiſcales, (& has diſt. quod vel magni, vel modici ſint momenti, ſec. Ord. C. *part.* 1. *t.* 21. §. 5. *add. tit.* 29. §. 1.) & aliæ cauſæ privilegiatæ, aliæ magis antiquæ, vel prius concluſæ, quæ cauſæ ſingulæ cum aliis in Ord. Cam. *part.* 1. *tit.* 12. § 3 5. *&* 6. *ut & tit.* 11. §. 6. *&* 9. enumeratis præ omnibus per Jura notiſſ. tractari debent, quod ipſum etiam confirmatur in Reform. R. *part.* 3. *tit.* 16. *ſub fin. cum Not. Wehn. ibid.*

* ART. V. (**Einem Rath Einmahl** ad Referendum **gegebene Sachen/Sollen demſelben In Bey- und End-Urtheln verbleiben/ damit der Sachen Nothdurfft was anders erfordert/ wie auch** Supplicationes **um neue Proceß/da Sie** connex ſeyn etc.)

RAtione enim Connexitatis & conjunctionis cauſæ ac diſpendii, incommoditatis & perplexitatis evitandæ ad Eundem pertinent Referentem ſive Conſiliarium Aul. adeò, ut qui cognoſcit de uno, poſſit & reliquum cognoſcere, ne cauſæ continentia dividatur *contra l.* 8. *C. d. judic. c. fin. d. Reſcr. Br. in l.* 79. *in fin. pr ff. eod. & in l.* 15. §. 1. *n.* 2. *ff. de R. I. Menoch. A. I. Q. caſ.* 37. *n.* 2 *cum ſeq. & conſil.* 130. *n.* 1. Niſi in Cauſis dividuis, limitante Card. Tuſch. *tom.* 1. *lit. C Concl.* 159. *& tom.* 2. *concl.* 976. *Grave. ad Pract. Cam. Imp. lib.* 1. *concl.* 32. *&* 33. In quo nec diſſentit Ipſa Ord. Cam. *part.* 1. *tit.* 12. §. 11. *cum ſeq.*

Hunc

Digitized by Google

Hunc §. 11. Conſtituti. Aul. confer. cum §. 17. inf. h. t. verbis: **Da auch Ein** Referent &c. qui etiam conſonat cum Ord. Cam. *d. part. tit. 20. §. 7.* Cauſæ autem Connexæ quænam dicantur arbitrio Judicis quando relinquatur, adeatur Carpz. *in I. P. F. part. 1. Conſt 7. def. 12. & in antec. 11. def.* perhibens cauſas connexas dici, quæ ex eodem contractu, inſtrumento aut fundamento naſcuntur; easque, quæ ab aliis dependent, ne quidem ſeparata inſtantia & coram alio Judice tractare licet, antequam prima illa contentio fuerit finita. Id. d. part. & Conſt. def. 9.

* Ast. VI. (**Da der** Referent **und** Corref. **durch die Partheyen verkundtſchafftet / oder auß anderen erheblichen Bedencken entladen/oder ſonſten Ein Raths-Geheimnuß außgeſagt/etc.**)

ILLO ENIM MODO, quando Pars litigans ignorat Relatorem, non tantùm aufertur occaſio Illum corrumpendi, & Relatori nimis extorquendi, ſententiamque auro vendendi, ſed etiam exinde fit, ut contra petentes æque, ac contra pauperculum liberrimè pronuncietur, *Nevizan. in Sylv. nupt. lib. 5. num. 59. pag. 537. circ. fin. Winther. in Parthen. litig. lib. 1. cap. 16. num. 20. ub. remiſſivè de modo referendi in Cam. Imper. quem etiam notavit Roſacorb. pract. for. cap. 2. per tot. Conf. quæ conſign. Additionator ad Beſold. Theſ in diſſ. d. mod. ref. in I. & II. Inſt. Marant. in ſpec. part. 6. in rubr. & qu. appelletur. num. 9. ubi fideliter admonet, ne Referens poſſit ſubornari vel trahi ad votum alterius partis. Add. Vultej. lib. 3. cap 10. in quo ag. de Conſultatione jud. & qu. Judices teneantur ſequi JCti relationem? Conf. Perez ad tit. C. d. Relat. lib. 7. tit. 61. num. 6. per tot.* inque eo iterum convenit Ord. Cam. *part. 1. tit. 12. paragr. ult. deque eod. argum. Ead. Conſtitutio A. 5. tr. h. tit. §. 2. in fin* Aſt iſtum modum inter alia delineat Jus Cam. d. part. & tit. paragr. 15. quando Referens clientis amicus, (qui aliâs de Jure pro Amico teſtis admittitur, *Maſc. concl. 86. Lancillot. num. 64.*) vel conterraneus ſit, vel adhærens cauſæ aut affectionem habens ad cauſam. QUOAD HUNC MODUM; Taciturnitas optimum atque tutiſſimum rerum adminiſtrandarum vinculum. *Val. Max. lib. 2. cap. 2. à pr.* Neque enim res magnæ ſuſtineri poſſunt ab eo, cui tacere grave eſt. *Curt. lib. 4. cap. 6. poſt pr.* abditos verò Principis Senſus, & ſi quid occultius parat, exquirere illicitum, anceps; nec ideo aſſequendum! *Tac. 6. Annal. cap. 8.*

* Ast. VII. (**Die** Ref. **und** Correferenten **ſollen die anvertraute Sachen nit obenhin / durch die Jhrige oder Andere leſen / und** Extract **drauß machen laſſen.**)

RE. & Correferentes, & quilibet Commiſſarii formam Commiſſionis & Cauſæ Commiſſæ diligenter inſpicere & obſervare debent *Gail.* 1. *Obſ. Pr.* 35. *n.* 2. *Hartm. tit* 45 *Obſ.* 3. *n.* 5 *Id. Gail. lib.* 2. *de P. P. c.* 4. *n.* 16. 17 *& ſeqq. Gylm. Symph.* 412. *part.* 2. *vot.* 36. *n.* 1. *& ſeqq.* Et Cauſæ magnæ requirunt Magnos Judices. *Id. Gail.* 1. *Obſ.* 1. *n.* 32. *&* 1. *Obſ.* 27. adeoque in cauſis ejusmodi arduis actorum lecturam non delegare poſſunt, ſed ipſi, ut quorum induſtria perſonæ eſt electa, peragere debent: quo caſu actùs per alium exerceri & explicari non poſſunt *c. fin. d. Offic. deleg. l. un. § fin. C. d. Cad. toll. l. ſervus. in fin. d. Stat. lib. Gail.* 1. *Obſ.* 97. *n.* 2. *Rol. à Vall. conſ.* 23. *n.* 6. *Stiat. c.* 16. *Obſ. pr. n.* 21. *& ſeq. Menoch. A. I. Q. lib.* 1. *q.* 68. *n.* 11. *& ſeqq.*

* Ast. VIII. (**Die** Conſilia & Informationes Juris, **ſo die Partheyen ſtellen laſſen/nit** pro parte Actorum **zu halten etc.**)

RAtio redditur in Ord. Cam. *part.* 1. *tit.* 11. *part.* 2. *ibi*: **überflüſſig** *diſput.* **verdrießlich** *alleg. conf. Receſſ. Imp. de Anno* 54. §. 61. quamvis aliâs cauſam litigandi juſtam habeat duo Conſilia Claſſ. JCtor. pro ſe habens per ded. Gail. 1. *Obſ. Pr.* 152. *n.* 6. Verùm enimverò Judicem Summum In Hoc Summo Tribunali in Jure informare velle, & demonſtrare ex Corpore Juris Gloſſa, aut Interpp. quid de lite ſit judicium, ridiculum planè, & inconveniens eſt, non ſecus, ac ſi ægrotus Medico curam præſcribere vellet ex Galeno, Hippocrate, & Aliis. *Carpz. in I. P. F. part.* 1. *Conſt.* 1. *def.* 4. *n.* 6.

* Ast. IX. (**Reichs-Hof-Räth Sollen / unter dem** Referiren/ **die Principal Partheyen Jns Memorial verzeichnen/etc. die verfertigte** Relation **nach Möglichkeit beförderen etc.**)

QUoad Prius in Cam. ut acta Singula ad protocollum referens ſumat, nec ex ipſis actis, ſed ex ſuo protocollo referat, Referenti injungi; & Quoad Posterius hoc Specialius determinari refert rurſus ex Ord. Cam. *d part. tit.* 23. §. 16. *& ibid.* §. 1. 2. 3. *D. Spreng. d. tr.* §. 79. *&* 89. Cum Reip. tranquillitas in celeri expeditione Proceſſuum conſiſtat per not. Windher. in Parthen. litig. lib. 1. c. 15. n. 2. & 3. atque Ubi majus litium periculum, ibi expeditius agendum ſit, *c. ubi periculum. d. Elect. in* 6. *Molin. in l.* 1. §. *ſi quis. n.* 30. *ff. de v. o.*

* Ast.

Digitized by Google

* Ast. X. (Die Re: und Correlation Solle uf Einander folgen/Solche verpetſchirt aufgehalten/und die Concludirte Urthel von dem Re: und Correferenten unterſchrieben/etc. auch die Einmahl angefangene Relation nit zuruck geſtellt werden.)

QUOAD ANTERIORA concordat itid. R. Imp. *de Anno 1654. §. 145. & 146. §. 150. & §. 149.* quod etiam Juri Communi conveniens eſt *l. 2. ibi. ſed deliberatione C. Sent. ex peric. recit. vid. Harppr. d. Proceſſ. Judic. diſp. 5. c. 8. concl.* 114. *cum ſeqq.* Et non tenetur Judex, relatione ſibi facta, illam ſequi, ſed potius cuncta rimari, *l. 9. ubi Jaſ. C. d Jud. c. judicantes. 30. q. 5. Deut. 19. verſ. 18. Perez. in Prælect. ad lib 7. C. tit. 45. n.* 13. Referre ac Correferre, & tandem ſententiam publicare per Ord. Cam. *d part.* 1. *tit.* 10. *fere per tot. Viſit.* Abſchied. *de Anno* 1550. 1556. §. 1. & 2. & *Anno* 1566. nam Conſilium deciſivum reddens æquiparatur Judicis Sententiæ & rei judicatæ, *Ph. Corn. Conſ.* 137. *verſ. aſſimulatur enim tunc conſultor. Jac. de Aſen. d. Commun. v.* 1. *Dd. Opin. lib.* 1. *tit. 6. n. 74. Gœdd. inter Conſ. Marp. Conſ. 28. n. 2.* QUOAD POSTERIORA, ne in tanta Cauſarum multitudine oriatur ataxia, repetitur hæc ratio in Ord. Cam. *d. part. tit.* 11. §. 10. Licet aliâs Cauſis duabus concurrentibus celerior præoccupet, *l. 63. ff. de v. o. l. 33. d. her. inſt. Panthein. 2. q. 21. n.* 14. Et multis, ac magnis negociis præpeditis non facile ſit, aliquorum Conſultationibus reſpondere ſec. tx. cap. licet. 3. X. de Sponſ. duor.

TITULUS V.

* Asterisc. I. (Referent Solle mit gueter Ordnung verfahren/ob die Procuratoria recht eingerichtet/auch ſonſten keine Nullitet begehen/darauf deß ganzen Proceß factum beruhet.)

Singula ſe conformant non tantùm Ord. Cam. *d. part. t. 23.* §. 10. 17. & 18. *Conf. quoq. R. Imp. de Anno* 1654. §. 143. *circ. fin.* Sed & Reformat. Rotw. *in. 5. allat. T. 5. part.* 1. §. *ult. confer. quoq. part. 3. t.* 10. *per tot.* Qui autem procuratorio nomine agere vult, ante omnia de mandato edocere, & quamdiu de eo non Conſtat, audiri non debere manifeſti juris eſt *l. 24. in pr. C. d. Procur. Vb. Dd. comm.* proinde de eodem pleniſſimè liquere debet in Judicio, quantumcunque Summario, *Viv. deciſ. 10. n. 13. cum ſeq. Argentorat. Vol. 1. conſ. 44. n.* 2. Imò Judex ex officio inquirere, & ad docendum illud,

 partem

partem compellere tenetur, ne Judicium eluſorium reddatur, *Gloſſ. in c. 1. verſ. abſentia d. Elect. in 6.* Quid autem Mandatum Procuratorium continere debeat, ut pro ſufficienti habeatur, confer. Mynſing. *4. Obſ. Cam. 99 & 5. Obſ. 84.* Prætetea rectè Apoſt. Paulus admonuit Judices, ne aliquid faciant ſine præjudicio h. e. ſine cauſæ cognitione, & diligenti examinatione. Verſatur enim cauſæ Cognitio in audiendo partes, & conſiderando jura earundem. *1. Tim. 5. Socin. Jun. conſil. 32. Vol. 1. Cephal. conſil. 89 q. num 3. vol.* 1. Eaque ita demum fiunt, ſi partes citantur, earum jura audiuntur, ordo judicii ſervatur, termini ſtatuuntur, & hinc inde exceptiones & replicationes deducuntur, ut ſummatim hæc eſt complexus Menoch. *conſ. 629. num.* 11. *Vol. 7. & 1. arb. jud* 19. Hinc eſt, ut Judex ſine cauſæ cognitione procedens, non cenſeatur Judex eſſe, ſed privatus, ac proin Ei obediedum non ſit. *Felin. in cap. Eccleſia S. Maria. col. 12. d. Conſtu. Hippol. d. Marſil. in ſua Pract. paragr. ſucceſſive. num. 3.* quam ob cauſam dicitur caſus inſolitus & inopinatus, ſi ordine judiciario non ſervato procedatur &c. *Natta Conſil. 45. num. 22. Vol. 3.* Unde *Bl. in cap. 1. paragr. injuria ſive furtum. & ibid. Afflict. num.* 10. *d. pac. ten. 2. f. 53.* quod cognoſcere, juris ordine non ſervaro, ſit jus alterius auferre: ex quo decretum interpoſitum ſine cauſæ cognitione, nullum eſſe concludit *Br. & Salic. in leg. 1. C. ſi adverſ. donat. vid. Vult. inter Conſil. Marp. conſ.* 21. *num. 121. vol. 3.*

* Asterisc. II. (**Auf keine Weitläuffigkeit der Schrifften oder zu tripliciren die Partheyen nicht leicht veranlaſſt werden/etc.**)

EXinde colligitur, replicas, triplicas, Judicis relinquendas eſſe arbitrio, cui etiam committit, *R. I. de Anno 54. paragr. 77. & 81.* Hodie, proh dolor vero verius eſt, quod ait JCtus Paulus, Judicii Ordinarii telam magnas nimium moras implicare. *l. 15. in pr. ff. ut Legat. nom cav.* Corporaque Rerump. Sub Illis Medicis, quos Judices dicimus, plus Medicinâ, quàm morbo laborare, inquit Satyricus *in icon. anim. cap. 15. de quo vid. etiam Gothofr. in not. ad l. 1. paragr. 5. lit. e. ff. de Extraord. Cogn.* Tot enim ſubterfugiis, dilationum comperendinationibus, & Proceſſuum Gryphis intricantur lites, ut ex Labyrintho Dædali citius evadas, & nodos Gordios, exſolvas, quàm has aranearum telas. Zahn. *in Ichnogr. Municipal. cap. 38. num. 5. cum ſeq.* rationem harum cunctationum ex Fabro ponit, quod nim. quidam lit. tractent, q. rerum ſuarum ultima cura ſit, ac breviorem Vitam, quàm litem, malle videantur. Ne autem ejuſcemodi cauſæ Judiciariæ longiſſimas moras, & inextricabiles Labyrinthos plerumq; inducant,

cant, rectè, ſalubriterque hîc arbitrium ſuum interponet prudens Judex, & in Ordin. Cam. & Rorwil. conſtitutum eſt, ne progreſſus diſputationis in dilatoriis ultra duplicationem incluſivè extendatur, tametſi in peremptoriis exceptionibus progreſſus fiat usque ad triplicationem & quadruplicationem incluſivè; quoad hanc tamen in Reform. Rotw. excluſivè *Ord. Cam. part. 3. t. 26. paragr.* **wo aber etc.** *& tit. 29. paragr.* **wo aber ſolche etc.** *& Ref. R. part. 3. tit. 10. paragr. 4. & tit. 11. paragr. fin. Leg. Harppr. ad paragr. 1. cum 2. ſeq. num. 2. l. de Replic. & de Proc. Judic. Diſp. 2. concl. 138. num. 2. ſeqq. Rosb. in Pr. Civ. tit. 44. num. 3. & 4. & 5.*

* ASTERISC. III. (In Interloc. **Sollen die** Puncta, **darüber ein Beſchaid ergangen/** in relat. **noch** Votis recapit. 2. **Im** referiren **keiner dem anderen vorgreiffen: 3. Die** Acta **nacher Hauß verlaubt/ aber inner 4 Tagen wieder in Rath gebracht: Worauf 4. ein gefährl. Bedacht zugelaſſen werden/etc.**)

QUoad 1. 2. & 4. hoc membrum, concordant ead. expreſſis verbis cum Ord. Cam. *part. 1. t. 23. paragr.* 18. 19. *& t. 24. paragr. pen.* Verùm, cum primo & tertio conferendum eſſe R. I. de Anno 54. paragr. 143. cum ſeq. circ. fin. Sapienter ſtatuit D. Spreng. d. tr. §. 87. cum 3. ſeqq.

* ASTERISC. IV. (**Dafern ein Theil** gravirt/ **ſolle derſelbe an ſtatt bey der Cammer üblichen** Reviſion **an uns** ſuppliciren **etc.**)

CUm hac tamen limitatione, quo effectus ſuſpenſivus tantùm contra Decreta Cameralia ſublatus videatur, *Confer. R. I. de Anno 54. paragr.* 124. Aliâs gravatus iniqua, aut ipſo jure invalidâ Sententiâ Judicii Imperialis ſcrib. Archi-Epiſcopo Moguntinenſi, velut Germaniæ Archi-Cancellario, acturum ſe adverſus Judicem, & Aſſeſſores Cæſareos ad emendationem Sententiæ ab Illis dictæ, vel ad pœnam Judicis, qui malè judicavit, petendo adminiſtrari Proceſſum ab Imperio conſtitutum. Hæc imploratio fieri debet duobus menſibus ante Calend. Maji, Quod ſi fortè à die Imperialis Sententiæ usque ad Majum non ſuperſunt duo Menſes, expectandus eſt annus ſequens. Archi-Epiſcopus Moguntinenſis refert negocium bona fide ad IMPERATOREM, aut EO ABSENTE, ad Regem Romanorum: Præterea ad Electores, Principes, Comites, & Civitates, qui ad annuam Viſitationem Judicii Imperialis deputati ſunt. Ab His petet, ut unà cum Imperiali aut Cæſareo Commiſſario ſuos quoque mittant prudentes, & doctos Conſiliarios, qui omnes, præſente toto Conſenſu Judiciario, cauſam & acta diligenter recognoſcant.

Digitized by Google

Antea verò quàm ad recognitionem vel ſyndicatum procedatur, ſumma quædam pecuniaria, ſecundùm qualitatem perſonarum & cauſæ decernenda deponatur, ut ſi ſententia reperiatur juſta, Supplicator eam amittat velut pœnam Fiſco inferendam: De reliquis ſumptibus cavebit fidejuſſoribus idoneis. Supplicator, ſi voluerit, unum duntaxat ſcriptum edere poteſt, & adverſarius Unum, nec plura: in quibus alter impugnet, alter defendat ſententiam, ſed non niſi ex actis, extra quæ nihil licebit allegare. Tum Commiſſarius Imperialis vel Cæſareus, & ſimul Reliqui Conſiliarii jusjurandum dabunt: Judex verò cum Aſſeſſoribus Cæſarei Judicii ſub juramento in officii ſui ingreſſu præſtito promittent, quod acta illius cauſæ judiciaria velint diligenter recognoſcere, quodq; velut Autores Sententiæ ſint aperturi cauſas & rationes, unde ſit depromta. His omnibus legitimè perpenſis, tandem Solus Commiſſarius Imperialis vel Cæſareus, unà cum Aliis Electorum, Principum, Comitum, ác Civitatum Legatis, dimiſſo ſc. Judice Imperiali cum Aſſeſſoribus ſuis perpendet omnia ex bono & æquo. Et ſi ſententiam intellexerit juſtam eſſe, confirmabit eam ad executionem. Sin minus, amandabit eam, & ad effectum perduci jubebit in Judicio Cæſareo, reſtituta Victori depoſita pecunia: In Judice autem & Aſſeſſoribus, qui Sententiam iniquam vel prorſus invalidam dixerunt, animadvertendum erit, utrum dolo malo, an culpa id factum ſit, ut inde colligatur, quid facto opus ſit.

JURAMENTI FORMA.

COmmiſſarius Imperialis vel Cæſareus, ac Cæteri Conſiliarii recognitores futuri jurabunt, quod in ea Cauſa non fuerint Conſultores, quod priores Judices bonos Viros exiſtiment, quod omnia acta judicii & partium ſcripta omni diligentia velint recognoſcere ac perpendere, quod cauſam, quæ ad ſententiam Judices movit, audituri ſint, quod denique ex his omnibus Conſcientia ex Jure Communi, non autem ex propriis affectibus inſtructa judicare, nec ullis muneribus, odio vel gratia aut ullo commodo adverſus prædicta moveri velint, omni dolo, quem humanus ſenſus excogitare poſſit, excluſo. Similis proceſſus erit, ſi quis ad ſyndicatûs accuſationem, puta, de dolo malo, de corruptione munerum, odii, gratiæ, vel alterius criminis probationes legitimas habuerit. *Oldendorp. in ſingularib. refer. Matth. Steph. de Jurisdict. lib. 2. p. 1. cap. 3. memb. 1.* Quomodo verò, & quando, & à quibus ſententiis, à Curia Rotw. ad Cam. Imp. appellari poſſit? legatur Reform. R. Tit. 17. integer part. 3. cum inſperſis Not. accurat. Wehn. ibid.

Digitized by Google

* Ast. V. (In Sachen die Juſtiz betreffendt/die jenige Räth zu fragen / welche um die Gelegenheit der Sachen mehr wiſſens haben etc.)

HAc de alternatione in Obſ. Cam. nihil diſponi; at illam promiſcuam interrogationem Judici concedi, bellè meminit ex Ord. Cam. *part. 1. tit. 15. §. 15. D. Spreng. d. tr. §. 92. & 93.*

* Ast. VI. (Die Räth Sollen Ordine Votiren/den Gerichtl. Docum. und Acten zu folg / nach den gemeldten Rechtl. Reichs-Conſtitution. auch vernünfftige und genugſ. erhöbliche Urſachen fundiren etc.)

PRiora hujus §. 9. verba concordant cum hujus tit. §. 4. & Poſteriora cum Tit. §. 16. ex hoc autem ſenſu in medio poſito &c. den Gerichtlichen Acten und Documenten zu folg etc. haud perperam eruitur, ſuffragia etiam ſubſequentem dijudicationem propriam conſcientiam excludere, Conſon. *tx. in l. illicitas. 6. §. veritas. ff. d. Offic. Præſ. & in c. 2. d. Off. Jud. Ord. Cam. part. 1. t. 13. §. 1. Gail. 1. de P. P. c. 11. n. 27. latè Perez. ad t. C. d. Offic Rect. Prov. n. 9. verſ. rectius igitur &c.* Quamvis Alii in ea haud irrationabili verſentur Opinione, ſicubi Judex ex actis & ex jure Contrarium probationis productæ verius eſſe deprehendat, probata præterire, & ſec. propriam conſcientiam, ſola facti veritate inſpecta, procedere & judicare debere per alleg. Argent. *vol. 1. conſ. 44. n. 35. Cala in tr. d. modo articulandi, Glaſſ. 4. n. 5. verſ. contrarium,* quod primò Septem alias limitationes ponit Felin. *in c. paſtoralis. §. quia verò. n. 23. verſ. limita. 1. X. d. Offic. deleg. confer. quoq; Barboſ. locuplet. lib. 9. ax. cap. 79. pag. 717.* Ubi ex Aliis inter alia doc. quòd ille, qui poteſt, vel debet judicare ſec. conſcientiam, tenetur Conſcientiam publicam, & LL. munitam, non propriam ſequi; Judices enim jurant, ſe velle judicare ſec. LL. & veritatem per Jura notiſſ.

* Ast. VII. (Da die Räth. 1. Jhre vorige Meinung verbeſſeren wolten / und 2. nichts neues vorzubringen hätten / ſoll Ers mit gebührender Kürtze anzeigen/welche Meinung gefiele: 3. Wo die Nothdurfft erſ. über 1. Principal Puncten zum 2ten mahl umfragen: 4 Wann auch Ein Rath zu verſchicken / ſoll Er vor Seiner Abreiß / Seine Schrifftlich verſigelte Meinung Herrn Präſidenten liſern. It. 5. der Reichs-Hof-Rath Sich aller unzimlicher Singularität enteuſſeren etc.)

UTi quoad §. 10. & 11. additio reperitur in Ord. Cam. *part. 1. tit. 24. §. 8. cum 2. ſeqq.* Conſent. quoque Reform. Rotw. *part. 1. §. pen. Tit. 2.* Ita quoad §. 13. poſterius membrum quædam etiam Modificatio

ficatio invenitur in Ead. d. part. *tit. 12. paragr. 21.* Prius verò ejusdem paragr. ut & paragr. 14. concordat cum Ead. *d. part. tit. 10. §. 3. & t. 13. §. 3. part. Ord. Cam. Anno 1555.* de reſiduo autem §. 12. ne apex quidem in Obſ. Cam. plenius aliquantò *D. Spreng. d. tr. §. 96. & p. 47. per tot.*

* Ast. VIII. (Herr Präſid. Soll uff die mehrere Stimmen beſchlüſſen: Uff unterſchiedliche Vota einem Theil beyfallen/etc.)

DE hoc §. 16. nihil legitur in Ord. Cam. expreſſum; ſecus quoad antecedentem §. 15. cum in Judicio Camer. & Rotw. quoque Votorum pluralitas vincat *Ord. Cam. d part. 24. t. 5. §. & Reform. R. d. part. & t. 3. §. 4 ſub fin.* ſiquidem major pars, quod facit, id cæteri quoque feciſſe videntur per txx. notiſſ. *l. 3 §. 4 ff. quod Cujusq. Univ. nom. l. 19. ff. ad Municip.* ratio, quia major pars concludit, quam regulam non modò in Judiciis, arbitriis, ſed & ſtatutis locum inveniſſe aſſerit Auguſtin. Berog. *1. conſ. 89. n. 16. & 19. vid. Acta Ratisbon. de Anno 1611.* Unde & Juris noſtri Auctores, ubi pluribus decernendum quid eſt, majoris partis Conſenſum neutiquam improbarunt. *l. 7. §. fin. ff. d. pact. d. l. 3. §. 4. l. 160. §. refertur. & §. 1. I. de ſatisd. tut. l. fin. C. d. Cur. bon. dand.* hinc majorem partem poſſe præjudicare minori, evidentiſſimè pateſcat *c. ſuper his. 7. d. teſtib. cogend. vid. Beſold. in voc.* Meiſte Stimmen *p. 544.*

* Ast. IX. (Herr Präſid Solle den Schluß/ oder uff deſſen Befelch der Refer. dem Secret. in die Feder geben; und wanns eine hochwichtige Sach/ ſolle ſolcher Schluß wieder verleſen werden: Wo aber die Stimmen zertheilt/ ſollen ſelbe kürtzlich dem Secret. zum Protocoll gegeben/ und cum voto ref. & corref. ad Cæsarem deferirt werden.)

IDem quidem Stylus eſt Cam. Imper. quamvis fatale proſequendæ appellationis ex J. Civ. præfinitum, ob cauſarum multitudinem, de eodem non currat. *Joh. Lud. Binder. d. reviſ. ſent. concl. 3. n. 30.* Dicaſterium verò Rotw. certam ſuam taxam Cancellariæ habere, conſtat ex Reform. R. *part. 1. t. 13. per tot.* Stylus tamen Curiæ eſt diverſus poſt fatale introductæ appell. circa inhibit. & compulſorial. *Bender. part. 3. t. 18. §. pen.* Et hæc etiam de forma Hujus Judicii Aulici, ut & Boni ac Commodi publici cauſa eſſe adinventa, planè mihi perſuaſum habeo, ut illud appellationis fatale eò citius proſequatur & abbrevietur; immutari verò haud poſſunt partium conſenſu, quæ intuitu publicæ Utilitatis ſunt inducta *l. 38. ff. d. pact. & l. neque ex Pratorio. ff. de R. I.* ſed benè advertendum eſt publicum Commodum non niſi per conſequentiam §. hoc 4. promoveri; principaliter autem hîc verti utilitatem privatam, puta appellant, ut ſc. eo minores ſumptus impendantur, expenſis ſuperfluis partim parcatur, & proceſſus appellationis eò citius finiantur.

* Ast.

Digitized by Google

*Art. V. (Gleicher Geſtalt die Lehens- und Andere Ayd / zu End deß Raths offentlich abgelegt etc.)

Licet ritus ſolennes & ceremoniæ ad juramenti ſubſtantiam non pertineant, ſed inter adiaphora connumerentur, adeoq; abeſſe, vel adeſſe poſſint ſalva juramenti ſubſtantia *c. ſi aliqua. 22. q. 1. Alciat. in rub. d. Jurej. n. 28. Panorm. in C. ad aures. n. 3. X. quod met. cauſ. Carpz. Dec* 119. *num.* 9. In eo tamen præſtando conſuetudo, ſtylus, mos & forma Judiciorum cujuscunque loci inſpici & attendi debet, quod, niſi fiat, perinde erit, ac ſi juratum non eſſet. *l. non erit. fin. Ub. Br. & Alii ff. d. Jurej. Canoniſtæ in c. etſi Chriſtus. X. de Jurej. Cothm. conſ.* 47. *n.* 18. *vol.* 1. Nam jurandi verbum licet ſit aptum comprehendere quamcunque formam juramenti, in dubio autem præſumitur importare illa formalia, quæ à L. ſeu Conſuetudine ſunt præſcripta. *Tib. Decian. reſp.* 79. *n.* 18. *vol.* 5. Et licet regulariter juramenta ante meridiem præſtari ſoleant, propter præſumtionem, quod t. t. jurantes omnia melius & magis ſobriè ponderent ac ſimul talem actum cum debita reverentia & reſpectu perficiant, *c. placuit.* 2. 4. *q.* 3. *& c honeſtum.* 16. 12. *quæſt.* 5. quæ loca non de neceſſitate, ſed honeſtate erunt accipienda; nam & locus, perſonæque qualitas conſideranda: & nihilominus, ſi quis poſt meridiem Sobrius & ſibi omnino præſens æquè, ac ante prandium eſſet, non eſt ratio ulla, quare non etiam poſt meridiem juramentum præſtari & recipi queat. *Campeg. d. teſtib. reg.* 119. *Joh. Jac. Speidel. in Spec. obſ. lit. A. num.* 51. *inſ.* Præterea feudorum regalium Conceſſionem & Cognitionem eſſe Regale Majeſtatis, Cauſasque de Feudis Regalibus ad Cameram Imperialem non pertinere, liquet ex multis alleg. à Ph. Knipſch. *d. Jur. & Priv. Civ. Imp. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 46. *& cap.* 33. *n.* 149.

*Art. VI. (Reichs-Hoſ-Fiſcal ſoll keinen Stands deß Reichs mit ſeinen Proceſſen vornehmen / ohne Conſens Herrn Präſidenten und zweyer Deputirten Reichs-Hoſ-Räthen etc.)

Quum Fiſcalium rerum non minor, quàm Ipſarum etiam Civitatum Cura geri oporteat *Nov.* 160. *cap.* 1. quippe quod Jura Fiſci Regalibus adnumerentur teſte, præter Al. Caſp. Klock. *tom.* 1. *conſ.* 22. *n.* 85. *& d. Ærar. lib.* 2. *C.* 136. *n.* 17. inque dubio contra Fiſcum ſit pronunciandum, trad. *Cravett. conſ.* 6. *in fin. & conſ.* 280. *n.* 1. *verſ. ex quib. fundam. & in fin. Conſil. verſ. & adverte.* Neque Cauſas Fiſcales tam Ordinarias, quam Extraord. niſi Ducatus, Comitatus, territoria, Urbes, arces concernant, ſine Speciali Cæs. Maj. Auctoritate, In Camera ventilare licet, juxta Ord. Cam. *2. t. 20. per tot. & part.* 1. *t.* 16. §. 3. *Gail.* 1. *Obſ.* 1. *n.* 25. *& Obſ. pr.* 20. *n.* 1. *Grev.* 1. *concl.* 20. *n.* 3. *Roding. Pand. Camer. lib.* 1. *t.* 8. *n.* 3. Paurm. *d. Juriſd.*

Digitized by Google

lib. 2. c. 4. n. 11-. *& 312.* Refer. tamen hûc Ordin. Cam. part. 1. t. 28. §. 1. & Confer. quoque *R. Imp. d. Anno* 54. §. 93. It. Reform. Rotw. *part.* 1. *t.* 4. *& 23. & part.* 2. *t.* 15. §. 16.

* Ast. VII. (Die verfaſſte Beſchaid Protoc. in 8. oder 14. Tagen expediren/und die Expedition den Parteyen abfolgen laſſen/gegen Erkennung der Tax-Ordnung.)

QUod etiam Juri Comm. conveniens eſt *l. 2. ibi. ſed deliberatione. C. d. ſent. ex peric. recit. Vid. Harpp d. Proceſſ. Judic. Diſp.* 5. *cap.* 81. *concl* 114. *cum ſeq. Conf. Ord. Cam. part.* 1. *t.* 36. §. 10. *& t.* 40. §. 3. Acta enim ſemper loquuntur, & notorium faciunt, etiamſi partes litigantes expiraverint, per nota *Geil.* 2. *Obſ.* 89. *num. f. &* 2. *de P. P. c.* 6. *n.* 15. *Mynſ.* 1. *Obſ.* 58. Additionator ad Huſan. Caſ. 45. Et ibi cenſentur eſſe Acta, ubi prius, aliquid factum eſt Auctoritate Judicis quocunque loco *Carpz. in I. P. F. part.* 2. *Conſt.* 14. *def.* 9. *n.* 5. *& Conſt.* 15. *def.* 18. *n.* 3. *it. part.* 3. *Conſt.* 3 *def* 16. *n.* 4. *quoniam* Stylus Curiæ pro lege obſerv. ſecundum *c. ex parte. & ibi pulchra apoſtilla. ad Gloſſ. in verb. infames. X. d. teſtib. Geil.* 1. *Obſ.* 36. *n.* 12. Porro, in omni etiam Judicio expenſarum deſignationem & æſtimationem fieri, liquet ex Ord. Cam. *part.* 3. *t.* 14. §. 2. *& t.* 20. §. 8. *Harppr. ad Proceſſ. Jud. diſp.* 3. *c.* 4. *concl.* 64. *in f. & diſp.* 5. *c.* 10. *concl.* 174. *Frid. Schenk. in Progymn. for. lib.* 2. *c. ult. n.* 41. *Roſb. d. tr. t.* 78. *n.* 7. *Cujac. lib.* 2. *Obſ.* 12. Si Acta Rotw. certam ſuam tax. habere, à qua non facile poterit recedi, patet ex Reform. R. *part.* 1. *t.* 13. *per tot. & ibi Wehn. lit.* 5.

* Ast. VIII. (Den Auffſchub außgefertigter Urthel dem Präſid. und dieſer dem Reichs-Vice-Canzler anzeigen etc. dann kein Verzug/als auß rechtmäſſigen Urſachen zugeſtatten etc.)

IN Judicio Camerali ſuper mora expediendorum partes conqueri apud Adminiſtratorem, & ſi Hic remederi nolit, apud Judicem, æque notum eſt, atque à mora juſtam cauſam excuſare, *Maſc d prob. Vol.* 3. *concl.* 1387. *Arum. de mora. c.* 6. *per tot.* imò, etiamſi ſaltem eſſet probabilis, & non omnino frivola, *Honded. Conſil.* 4. *n.* 69. *& conſ.* 38. *n.* 21. *Vol.* 3. *add. Decian. Reſponſ.* 11. *n.* 8. *vol.* 2. Ubi ait, hoc etiam procedere, etiamſi cauſa injuſta, & ad incommodum allegata fuiſſet; cum hoc tamen temperamento, ſi non Judex contemnatur, quia, licet cauſa injuſta excuſet, à contemta tamen non excuſabit, *c. cupientes.* 16. *paragr. quodſi per d. Elect. in* 6. *Alex. in l.* 1. *§. fin. col. pen. ff. ſi quis jus dic. non obt. & l. Roma. §. duo fratres. col.* 5. *verſ. ſed hac diſtinctio. ff. de v. o.*

* Ast.

* Ast. IX. (Die Producta ſollen in duplo übergeben / oder in Verbl. deſſen / ſolche in der Inrotulat. pro parte actorum mit zu halten.)

IDem requiritur, ſola tamen mulctæ irrogatione, Procuratoribus contravenientibus, *Ordin. Cam. part.* 1. *t.* 34. §. 4. Idque itidem inductum, ſumptuum, ut ſequitur in tx. hic, minuendorum gratiâ, quæ expenſæ judiciales, in genere hoc loc. acceptæ, ſunt neceſſariæ, ſec. L. & Conſuetudinem circa Judicium pro neceſſariis illis Scripturis ad cauſam pertinentibus erogandæ. *Gilken. ad l.* 13. §. *ſin autem alterutra. C. d. Judic. n.* 7. *& ſeqq. Bocer. Claſſ.* 6. *diſp.* 30. *th.* 6. *Conf. quoque Hunn. Encyclop. Jur. Univ. part.* 2. *t.* 22. *c.* 4. *n.* 16. *& ſeqq.* in omnibus autem ea maximè obſervari debent, quæ moris ſunt, & conſuetudinis *l.* 31. §. *quia aſſidua ff. d. Ædil. Ed. l. ult. C. d. fidejuſſ. Ant. Fab. in Cod lib.* 5. *tit.* 13. *def.* 3. *num.* 8.

* Ast. X. (In den Reſcriptis die Memor. und libellirte Klagen einverleiben / das der beklagte / inner beſtimmter Friſt den Kläger klagloß ſtellen / oder / nach verfloſſenen Termin uf deß Beklagten Ungehorſam klagen; wo aber etwas eingeliſert / und der Kläger ſolches genugſam abgeleint / und um Beſchaid angehalten worden / nit abſchlagen : kan aber der Proceß à Mandato & Præcepto angeſangen werden / ſollen nach dem Cammer-Gerichts und Reichs-Conſtitution Reſcripta, und darauf die Parition erkennet werden etc.)

QUoad hunc §. 11. conſonat in omnibus non tantùm cum Praxi Camer. Verùm etiam cum Ult. Parte Reform. Rotw. per tot. ut & cum ſaluberrima Diſpoſitione J. Communis concordat, quâ proviſum eſt, ut Verus contumax ab Ordinario Judice Competente legitimè, idque peremptoriè citetur, & taliter evocatus, præſentiam ſui facere contemnat *l.* 53. §. 1. *ff. de R. Jud. Vultej. lib.* 2. *Juriſp. Rom. c.* 30. *Conf. Eund. in tr. d. Judic. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 145. *cum aliq. ſeq.* Dein, ut Contumacia in Judicio ab adverſario accuſetur; nunquam enim adverſus contumacem proceditur, niſi parte petente, *l.* 13. §. *etſi quid. Ubi Jaſ. & l. ſiquid. C. d. Judic. Marant. d. Ord. Judic part.* 6. *d. Contumac. n.* 1. 2. *&* 3. Reo enim accuſante actoris contumaciam citationis terminus pro circumducto, & Citatio pro nulla habetur *l.* 73. §. 1. *ff. d. Judic. d. l.* 13. §. 2. *C. eod. Geil.* 1. *obſ.* 59. *n.* 1. Hæc tamen Circumductio in Cauſis appellationum locum non habet, ſed tantùm in Cauſis ſimplicis querelæ, & in prima Inſtantia *Geil. d. obſ.* 59. *n.* 3. *Mynſ.* 2. *obſ. c.* 3. *add.* 5. *Obſ.* 87. *num.* 2. Demum requiritur, ut ſententia Judicis contumax eſſe declaretur *l. conſuluit. ff. d. Offic. deleg. Specul. tit. d. contumac.* §. *ſequitur & ex Eo Rosbach. in Prax. Civ. t.* 30. *n.* 16. *in fin. Conf. Vultej. d. tr. c.* 6. *n.* 150. *& Gail. d. Obſ.* 59. 60. *&*

Digitized by Google

Wurmſ. lib. 1. *t.* 7. *Obſ.* 1. Quando verò actor, poſt litis conteſtationem contumax exiſtit, tunc rectè, reo inſtante, auditis probationibus, ad ſententiam Judex procedit, & prout cauſæ exigit veritas, pro actore vel reo pronunciari debet, ut tamen Contumax actor expenſarum pœna ſemper mulctetur, etiamſi pro eo ſententia lata ſit *d. c.* 13. §. 2. *l. & poſt. ff. d. t. Ord. Cam. part.* 3. *t.* 42. *Mynſ.* 4. *Obſ.* 66. *cumſeq. Geil.* 1. *Obſ.* 60. *Rosbach. d. t. n.* 28. In reo verò ſecus obſervatur, cum major & odioſior ſit contumacia actoris, quàm rei, *Id. Rosb. d. t. n.* 21. *cum ſeq. Althuſ. in Dicæolog. lib.* 3. *c.* 50. *n.* 6. *Vult. d. c.* 6. *n.* 171. *cum* 3. *ſeqq.* Et diſerti quoque Juris eſt, quod reo contumaci ad appellandum via præcluſa ſit *l.* 1. *ubi Gloſſ. & l.* 4. *in f. quor. app. non recip. Nov.* 82. *c.* 5. *Geil.* 1. *Obſ.* 132. *n.* 7. *Wurmſ. t.* 7. *obſ.* 4. Reo autem comparente exceptiones, ex æquitate adverſus agentis impetitiones, ſummo jure nitentes, introductæ ſunt reis contra exceptiones objectas, allegatio quædam ab actor. opponitur, quæ vocatur replicatio *l.* 1. *d. ſent. & re jud. cum* §. 1. *I. de Except. &* §. 1. *I. d. Replic. l.* 2. §. 1. *l.* 22. §. 1. *ff. d. Except l.* 10. *C. d. t. Gail.* 1. *Obſ.* 91. *n.* 14. *&* 1. *de P. P. c.* 15. *n.* 2. *&* 2. *de P. P. c.* 12. *n.* 18. *Mynſing.* 3. *Obſ.* 4. Et hæc replicatio reo ad duplicationem & duplicatio actori ad triplicandum, triplicatio verò ad quadruplicandum datur, & ſic deinceps *per d. l.* 2. §. 3. *l.* 7. §. 1. *&* 2. *ff. d. Cur. fur.* §. 1. *&* 2. *I. de Replic. conf. tamen Ord. Camer. part.* 3. *t.* 26. §. wo aber etc. *& t.* 29. §. wo aber ſolche etc. *& t.* 38. *n.* 5. *cumſeq. Harppr. ad* §. 1. *cum* 1. *ſeq. I. de Replic. &c.* Præterea, quamvis Mandata ſine Cl. regulariter decerni non poſſint, cum ſint ſpecies executionis, & ab executione non ſit incipiendum, uti etiam ſupra commemor. Certi tamen ſunt caſus, quibus validè decerni poſſunt, eorumque cauſæ 4. potiſſimum generales enumerantur, quæ vulgo 4. caſus, & inde Mandata ſuper 4. Caſibus auff die 4. Fähll/ appellitantur. *Ord. Cam. part.* 2. *t.* 23. *Roding. Pand. Camer.* 1. *t.* 12. *n.* 12. *Gail.* 1. *Obſ.* 1. *n.* 5. *&* 13. *n.* 3. *&* 6. *Wehn verb.* uff die 4. Fähll/ etc. *Mindan. lib.* 2. *c.* 11 *n.* 3. 7. *&c.* Atque hic in Supplicationibus pro Mandato auff die 4. Fähll/ Clauſulæ hæ loco concluſionis adjici ſolent. Proceſſus etiam Mandatorum S. C. videri poteſt ap. *Schvvanm. lib.* 1. *c* 16. Ubi Receſſuum formas Protocoll. adjecit. Speciales autem caſus, quibus Mandata hujusmodi S. C. vel præceptiva, vel prohibitiva decerni ſolent, penè ſunt infiniti, & impoſſibile fere eſt, eosdem omnes ſpeciatim enumerare. *R. I. Ratisb. de Anno* 94. *paragr* 79. *Mindan. d l* 2, *cap.* 11. *num.* 17. potiſſimum verò decernuntur in 43 caſibus, quos recenſet præter
Al. Knipſch. *d. tr. lib.* 2. *c.* 33. *n.* 147.

*ART.

* Ast XI. (Die Secretarii und Andere Canzley Perſonen ſollen gebührliche Folg und Ehrerbiethung und die Verſchwiegenheit beobachten.)

VErùm in Cam. Imper. perſonæ Cancellariæ, ut & in Dicaſt. Rotw. Ejusdem Adminiſtratori obedientiam debent, quantò enim quis obſequio promptior, honoribus & opibus extolletur, ut loqui liceat cum Tac. *1. Ann. 2.* deque optimo atque tutiſſimo illo rerum adminiſtrandorum Vinculo, Taciturnit. put. cum Val. Max. *lib. 2. c.* 11. *à pr.* Utrumque Judicium conſentit: & de Officio, Dignitateque Principum Secretariorum, & Graphariorum Supremarum Curiarum ſat eleganter Chaſſan. *in Catal. Gl. M. part* 7. *Conſid.* 16. *&* 50. *ad prior. Leg. Reform. R. part.* 1. *t.* 10. *&* 21. *& Ord. Camer. part.* 1. *t.* 16. §. 6.

TITULUS VII.

* Ast. I. (Anzahl der Procurat. und Agent. ſich über 24. biß 30. nit erſtrecken ſolle.)

IDem Procuratorum numerus expreſſus eſt in Ord. Cam. *part.* 1. *tit.* 30. *in pr.* Indefinitus tamen in Reform. Rotw. *part.* 1. *tit.* 5. *in init.* niſi quod aliquis ex Friburg. Briſgou. oriundus Procurator inibi præſentandus veniat. In quo Dicaſterio plurimi ſemper ſedent ad Gubernacula Proceſſus, ex uno litigio, interdum 12. generare dicuntur, *Winther. de I. Conſiſt. lib.* 1. *c.* 15. *n.* 4. *in f. & lib.* 2. *c.* 7. *n.* 40. *Conf. Joh. Magon. d. recta patroc. rat. part.* 2. *c.* 61. *n.* 5. Et huc quadrat, quod habetur ap. Tac. 11. Annal. ſi in nullius mercedem negocia tueantur, pauciora fore. Nunc inimicitias, accuſationes, odia & injurias foveri, ut, quomodo vis morborum precia medentibus: ſic fori tabes, pecuniam Advocatis ferat. Quam ob cauſam eandem olim ap. Caſcos noſtros Majores Uſitatum fuit, das die Partheyen ihre Fürſprechen auſſer dem Ring deß Gerichts genommen etc. *Vid. Chr. Beſold. diſp. ad part.* 1. Land-Recht *tit.* 17. *p.* 18. *n.* 44.

* Ast. II. (Beym Reichs-Hoſ-Raths Præſid. und Reichs Vice-Canzler ſollen die Ag. und Proc. vorhero angenommen / darauſ von zweyen Reichs-Hoſ-Räthen über ihre gebührende heimliche ehrliche Verhaltnus / und wo ſie ſtudirt und practicirt/examinirt/und deren Auſnahm/nach abgelegtem Ayd/in ein beſonders Buch verzeichnet/etc.)

EAdem in Camera practicantur, apud Judicem & Aſſeſſores examinantur, & in pleno ſenatu recipi petuntur. Ord. Cam. d. part. & tit. §. 1. Idem & coincidit cum Uſu Rotw. d. Reform. R. part. & tit. pr. Igitur pro Remedio abbreviandarum litium Procuratores non omnes indiſcriminatim, ſed pauci, legales & idonei conſtituendi, per Proceſſum formalem, ad Juris ordinem ſervandum proſequantur, & Sententiam expectent, nec tantùm protocolla, ſed integra acta, & ſalaria ex publico habeant. *Jod. Damhoud. in Prax. Civ. c. 85. n. 3. Magon. d tr. part. 2. c. 1. n. 21. & c. 3. n. 1. Wenther. in Parthen. litig. lib. 2. c. 7. n 34. 37. & 38.*

* Ast. III. (Aus den Erb-Königreichen und Landen keiner zum Proc. zugelaſſen/ Er habe dann abſonderlich gnädigſte Schr. Erlaubnus; Sollen auch bey keinem anderen Tribun. auſſer dem Käyſ. Hoſ-Marſchall Advoc. vel Procur. ſolicitiren / und ohne Erlaubnus und Subſtitution von dar nit abſcheiden.)

ILla generalitas Vocabulorum latè etiam vel de Origine, vel de Nativitate, vel de Domicilio interpretanda: Et ut qualitas illa Conceſſionis Cæſareæ obſtet receptioni Agentis, particularia omnino eſſe in Hoc Judicio Aulic. haud perperam opinatur D. Spreng. *d. Tr. ſub* §. 130. *ad Tit.* 7. §. 4. Nec iſta Exceptio in omnibus, aſt tantùm in illis cauſis, in quibus admittitur Reviſio ad Judicium Aulicum, locum ſibi vendicat. Inque Camera Soli Judicio Cam. vacare debent, ubi tamen Junioribus amplius quid indulgetur, idque tam ſerio haud occupatis. *Ord. Cam. d. part. t.* 31. §. 11. *add.* §. 12. *ſingul. ir.* Hæc autem moris ſunt Cameralis, ut poſſint abeſſe. 6. Septimanis, incluſis ſc. feriis cumque conſenſu Judicis præliminari, junctâque ſubſtitutione, cum præſcitu partis principalis: *leg. tamen Ord. Cam. d. part. t. 32. §. 6. 7. & 9.* In Judicio Rotw. quàm odioſa quoque ſit Procuratorum mutatio, adeo, ut ad abſentiam Venia ſolum requiratur, indicat d. pars Tit. 6. poſt princ. & quidem haud immeritò, cum Induſtria Procuratorum in ſpecie electa fuerit, proinde Alium, regulariter, ſubſtituere neq. *c. is qui. d. Procur. in 6. l. ſi procuratorem. ub. Bl. & Salic. in* §. 1. & §. *ſi quis mandaverit. ff. eod. tit. l. 1. §. Magiſtratum autem ff. d. Exercit. act.* Alium tamen, lite conteſtata, quia litis dominus eſt effectus procurator, rectè ſubſtituere Jura permittunt. *l. nulla dubitatio. l. neque.*

que l. Procuraribus. 22. *l. quod quis. C. d. Procur. l. ſi Procuratorem.* §. *qui mandaverit. ff. eod. tit. c.* 1. *d. Procurat. in* 6. *Rot. deciſ.* 122. & 146. Et etiam ante litem conteſtatam alium itidem ſubſtituere poſſe, ſi hanc ſubſtituendi poteſtatem in mandato procuratorio expreſſam habeat, *ſupplet. l. 8. ubi Dd. C. d. Procur. Rosbach. in pr. Civ. tit.* 19. *n.* 26. *vel ſi Procurator ſit in rem datus per d. c.* 1. & *c.* 15. *qui d. Procur. in* 6. *Wurmſ. in Pract. Obſ. tit.* 5. *obſ.* 1. & 4. *Hartm. Hart. in Pract. obſ. tit.* 5. *obſ.* 13. & *ex his Rosbach. d. t. n.* 26. *in fin.*

* Ast. IV. (Ungebührlicher hitziger Schmach-Schreiben ſich gänzlich enthalten, ſolche ihren Principaln zuruck ſenden.)

INdeque ſequitur, quod omne productum ante exhibitionem ſit perlegendum Advocato & Procuratori, & emendandum, quod ipſum omnino congruit cum Cam. Mem. Anno 1557. §. dieweil Sie auch/etc. non tamen probris, dicteriis & aculeatis ſermonibus concertandum, aliâs diminutione famæ, honoris & opinionis Advoc. & Procuratores mulctari, & à limine Judiciorum repelli poſſunt *l. quisquis C. d. poſtul. arg l. 8. §. 6. ff. d. Leg.* 2. *Canin Laico.* 5. *q.* 4. *c. veniens. X. d. jurejur. Felin. in c. accuſaſti. X. d. accuſat. R. Imp. d. Anno* 1507. *tit.* wie die *Procuratores &c. R. I. d. A.* 1571. *tit.* Straff der Uberfahrung des Gerichtl. Proceß/etc. *Oſterm. ad part.* 1. *Ord. Camer. diſp.* 4. *th.* 33. §. *omnino etiam à Verbis Procacibus, &c. Reform. Rotvv. d. part. tit.* 24. & 25. *circ. med.* Alii puniendi modi delineantur à Schönborn. 3. *Pol.* 41. *Theſaur. deciſ. pedem.* 18. *in pr. Chriſtin. in deciſ. Cur. Belg.* 99. *n.* 22. *latè & egregiè Winther. in Parthen litig. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 14. & 15. *Berlich. part.* 1. *deciſ. aur.* 75. *ſere per tot. ubi omnino ſingularia vid.*

* Ast. V. (Die Schreiben ſollen von den anweſendten Partheyen oder von den Agenten unterſchrieben / oder derentwegen gnugſam cavirt werden/etc.)

HÆc alternativa non attenditur in Camera, ſed ſive partes ſubſcribant, nec ne, tamen & à Procuratoribus ſubſcribi debet. Quod conſonat quoque cum Reform. Rotw. *d. Tit. in §. per tot. Cam. Mem. Anno* 1557. §. dieweil Sie auch/etc *add. Ord. Camer. part.* 1. *t.* 21. §. 6. *Oſterm. part.* 1. *diſp.* 4. *th.* 28. *circ. fin.* & *th.* 33. *Denaciſ. verb. Procurator. Offic.* §. 13. & *verb. producta* §. 1. Sic in injurioſis animus Procuratoris ex ſubſcriptione deprehenditur, imò, tunc etiam pro autore injuriarum & convitiorum plectendus atq; mulctandus, *Hiltropff. in proceſſ. Judic. part.* 1. *tit.* 19. *n.* 17. & 18. *conſ. Harppr. ad paragr. injuria autem.* 1. *num.* 189. *cum ſeq. in f. I. d. Injur.* ſubſcribens enim, cenſetur conſentire, & omnia in Scriptura Contenta approba-

Digitized by Google

probare, ac ſi totum actualiter feciſſet vel ſcripſiſſet, *Pariſ. Conſil. 79. n. 2. vol. 5. Jaſ. in l. cum antiquitas. not. ult. C. d. teſtib. & in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. not. pen. ff. de v. o. Dd. in l. quæ dotis. ff. Sol. matr. Rot. deciſ. Genu.* 207. *n.* 2. Porro, ut olim erat in Cam. Spirenſi; ita & hodie adhuc in primo termino vel mandatum exhiberi, vel de rato caveri debet Procurator, ita tamen, ut non omittatur illud, quod præcipitur in Ord. Cam. *d. part. t. 33. §. 4. add. R. I. Anno 54. p. 36.* **wann Er aber** de Mandato proximè producendo cavirt **und angelobet/** (ante litem enim conteſtatam admittitur ad talem cautionem, maximè, ſi habeat inſtrumenta cauſæ, *Vultej. d. Judic. lib. c. 7. n. 385. cum ſeq. Marſil. ſing.* 228. & 245. *Br. in l.* 24. *n. 4. ff. d. adminiſtr. & peric. tut. Wurmſ. tit. d. Procur. Obſ.* 21.) **Solches aber nit** edirt/ tunc certâ mulctandum eſſe pœnâ, quam mulctam Procurator à ſuo cliente repetere non poſſe, *teſt. l. 46. §. 4. verſ. pœnam. ff. d. Procurat. Berlich. part. 1. Concl. 14. n. 24.*

* Ast. VI. **Aldt fordriſt ein General und Special Vollmacht übergeben etc.)**

NUllus enim Procurator abſque Mandato, in quo judicium ſubſtantiatur, ad Judicium quodcunque, maximè in caſibus magni præjudicii admittitur, ſed legitimatio ſemper præcedere debet etiam in Judicio Summario, uti ex Br. tradunt Argentor. *vol. 1. conſ. 44. n. 2. Vivius deciſ. 10. n. 13. cum ſeq. Carpz. in I. P. F. part. 1. Conſt. 17. def. 43. n. 6.* in tantum, ut in quavis Judicii parte, exceptio illegitimationis objici poſſit, ſec. mentem Br. *in l. 24. C. d. Procur. l. 40. l. 3. ff. d. t. vid. tn. Zanger. d. Except. part. 2. cap. 2. n. 20. & Plebſt. in Jus Municip. VV. part. 1. th. 51.* quin & non oppoſita hac exceptione, Judex ex Officio Procuratorem ſine mandato Comparentem repellere tenetur, *Zang. d. tr. part. 2. c. 8. n. 36. Felin. in c. 1. n. 1. X. d. accuſ.* Mandatum enim non præſumitur, neque ex mille annis, ſed de eo pleniſſimè conſtare debet in omni judicio, *Laur. Sylvan. conſ. 35. n. 48. in f. cum aliq. ſeqq. Viv. deciſ. 10. n. 13. cum ſeq. Maſc. part. 2. Concl.* 1006. *n. 8. cum aliq. ſeqq.* Niſi lis prius cum Procuratore conteſtata fuerit, tunc enim præſumitur, hoc mandato Domini factum eſſe, uti ex Imol. & Ang. notat. Mynſ. *5. Obſ. 80. n. 1. ubi in ſeq. plur. habet præſumptiones pro mandato Procuratorio. Conf. Menoch. lib. 9. 2. præſ. 33.* Nec ſufficit, loco Mandati, exhiberi blancetum ſive chartam blancam aut puram propter ſuſpicionem falſitatis. *Chaſſan. ad conſu. Burg. tit. d. jur. mariti. §. 5. n. 8. Boer. deciſ. 274. n. 3. cum ſeq. Berlich. part. 1. concl. 14. n. 91. cum ſeq. Beſold. in Th. Pract. §. Charta Blanca &c.* Præterea, ſunt quædam, quæ Speciale Mandatum requirunt: Calumniæ ſc. & cujuslibet alterius juramenti præſtatio, delatio, relatio, transactio, reſtitutio in integrum: It. Procuratori ad debitum exigendum dato rectè ſolvi non poteſt, ſine ſpeciali

man-

mandato, idemque ſententiæ executionem, vel expenſarum taxationem petere non poteſt. Et Tutorium vel Curat. individualiter eſt producendum. Et Tutores vel Cur. ap. Nobiles uſitati, die an gehörigen Orten nit confirmiret, ſufficiens mandatum dare neq. *Beſold. diſp. ad part. 1.* Land-Recht / *IV. T. 16. n. 39. 41. cum 2. ſeqq.* Sic quædam clauſulæ Mandatis inſeri ſolent, ex conſuetudine magis, quàm ex neceſſitate: At Clauſ. darzu ſonſten gemeiniglich alles anders in meinem Nahmen thuen und laſſen / daß Ich ſelbſt handlen / thuen und laſſen könte / ſolte oder möchte / etc. Mandato cum libera æquipollet Clauſ. und neben Verpfändung meiner Haab und Gütter / etc. ſi deſit, Procurator rei ſatisdare cogitur, jud. ſolvi. per hanc autem Clauſ. von allen Bürden und Rechtlichen Cautionen / etc. zuentheben / principalis pro mandatore q. fidejubeat, *per cit. Dd. ab Eod. num. d. 39. & n. 40.* Denique illa ſubdiviſio mand. generalis cum libera- & ſine libera ex J. Can. *in c. qui ad agendum. 4. d. procur. in 6. nec eſt* J. Civilis, neque Jure Civ. introduci erat neceſſum, quia mandatum generale non tantùm refertur ad res, ſed etiam ad cauſas, nec cenſetur eſſe mandatum generale, cujus libertati frœnum injicitur *per plura alleg. à Dn. D. Brandmüll. in Manud. ſingul. ſ. Can. & Civ. lit. P. p. 338.*

* Ast. VII. (Chur-Fürſten und Ständen des Reichs-Advoc. ſollen zugelaſſen werden / jedoch ſich zu dieſer Ordn. auſſerhalb des Examinis qualificiren / etc.)

ITa, ut per hanc excluſionem videatur includi juram. calumniæ, de quo hoc loc. diſponit R. I. *de Anno 54. §. 43. vid. quem cit. D. Spreng. d. tr. ſub §. 136. ad Ord. Aul. §. 7.* Et quando jurant Procuratores de calumnia vel alio modo in domini, & propriam animam jurare tenetur *l. qui bona §. ſi alieno. ff. d. damn. infect. Br. in l. 2. §. ſin autem. n. 1. C. d. jurej. propter. Calumn. c. 3. c. pen. & ult. X. d. jura. calumn. Gail. 1. obſ. 83. n. 1. & obſ. 88. n. 1.* Procurator tamen ex officio datus, hoc juram. cal. non præſtat, niſi forte quoad Proceſſum *Gail. d. obſ. 88. n. 3. & 9. Conſ. Vultej. d. jud. lib. 2. c. 2. n. 60. ub. num. ſeq. quid de Fiſcali dicendum?* Olim & Advocati præſtare tenebantur juramentum calumniæ *§. utriusq; etiam partis. I. d. pœn tem. totius, l. 2. in f. pr. & §. ſed quia. C. d. jurej. propter calumn. l. rem non novam. C. d. judic.* Hoc Jus licet in deſuetudinem abierit, tamen id utiliter poſſe, imò & debere practicari, vult R. I. *de Anno 1654.* §. über dieſes verordnen wir und wollen / etc. *ub. tantùm excipiuntur* der Ständ deß Reichs-Räth ſo viel Ihrer Herren Rechtfertigungs-Sachen betrifft. *Conſent. Vultej. d. c. 2. n. 58. cum ſeq.*

* Ast. VIII. (Mit ſeines Principaln Zulaſſen/ kan Er auch andere Sachen annehmen/ ſolle aber wegen der Religion nit angefochten werden. etc.)

DE hoc §. octavo nihil in Ordin. Camer. diſpoſitum eſſe conteſtatur D. Spreng. d. tr. §. 138. ad d. §.

* Ast. IX. (Alles ungezümendten Practicirens/ und ungebührlichen Vortheil/etc. ſich enthalten/etc.)

MUnera enim excæcant oculos Sapientum & mutant verba juſtorum *Exod. 23. 8. Deut. 16. 19. & cap. 27. 26. Angel. in l. non dubium. C. d. teſtam. Matth. Steph. de offic. Jud. lib. 1. cap. 9. num. 25. cum aliq. ſeqq.* ita, ut quidam non anginam, ſed argentanginam, cum Demoſthene, patiantur qui aut differunt, aut nolunt ferre ſententias, *Gell. lib. 11. cap. 9. quem alleg. & ſequitur Neviz. in Sylv. Nupt. lib. 5. num 98.* cum tamen pro juſtitia facienda ne quidem liceat aliquid dare & offerre, multo minus accipere, *Prophet. Amos. cap. 5. cap. qui rectè judicat. 11. q. 3. Neviz. d. l. Mynſ. 2. Obſ. 75. num. 1. cum aliq. ſeqq.* qui enim dat pecuniam, pro habendo officium, præſumitur habere animum malè faciendi, cum det gallinam, ut recipiat bovem, *l. 2. C. d. murileg. Neviz. d. tr. num. 95. & 98. Mynſ. d. Obſ. 75. num. 8.* In Camera Imper. duldet man nit/ das Sie ultra Taxam ichtwas nehmen: *Ord. Cam. part. 1. t. 46. in pr. ub. Magenhorſt, Geil. 1. obſ. 44. num. 4. Denaiſ in J. Canon. 244. rubr. §. 1. Græven. Pr. Concl. part. 1. Concl. 44. Conſid. 1. num. 3.* Wann aber die Partheyen ſua ſponte was verehren/ das Ers anzunehmen wohl befugt *cap. dilectus. 2. in fin. X. d. Simon. Mynſ. 2. Obſ. 75. num. 5.* cum quædam honeſtè accipiantur, quæ tamen minus honeſte petuntur, ut loquitur *tx. in l. 1. paragr. proinde. ff. de var. & extraord. cogn. Mynſ. d. Obſ. num. 4.* Wann der Procurator pro labore mehr promerirt/ ſolle die Erkändtnus der Richter hierüber ergehen/ juxta *not. Grav. part. 1. Concl. 14. Conſid. 1. numer. 3. Rutg. Rul. d. Commiſſ. lib. 7. cap. 7. num. 20. & 26.* Ideo etiam in Cam. Imper. ſancitum eſt, ut labores & ſcripta Procuratorum Judicis Arbitrio taxanda relinquantur. *VVehner. in Pr. Obſ. verb. Expenſ. pag. 135.* Sic etiam in Cam. Imp. ſalaria annua invitis extorquere Procuratoribus, prohibitum eſt *Sec. deputat.* Abſchied. *d. Anno 1557. paragr.* desgleichen/etc. *Magenhorſt. ad T. Ord. Cam. 46. part. 1. pag. 1. in fin.* Pactum tamen etiam ratione Palmarii, vel ſtipulatio valet, modò quotam litis non reſpiciat *Gylm. Symphor. tom. 1. part. 2. vol. 1. & tom. 2. part. 1. vol. 1. Gail. 1. Obſ. 44. n. 1. Berlich. part. 1. concl. 9. n. 76.*

* Ast.

* Ast. X. (Die Präſid. und Räth nit mit langen informationibus aufhalten/ auch ſolches Schräfftl. doch mit kurtzer Recommendation verrichten/etc.)

His adſtipulantur Ord. Cam. (quamvis plerumque oraliter fiat) *part. 1. tit. 11.* §. **nachdem auch in der Ordn. und ſoll nach dem/etc.** *Vb. Oſterm. diſp. 4. th. 33. in medio. Schvvanm. d. Proceſſ Cam. lib. 1. Obſ. 42. n. 6. & 7. Hiltropff. in Proceſſ. Judic. tit. 19. n. 110. p. 159. verſ. nec debent.* Inſuper, quando procurator exceptionem frivolam calumnioſè, & differendæ litis cauſa, opponit, non admittitur, *Hippol. ſingul. 686. Rutg. Rul. in tr. d. Commiſ. & Commiſſ. part. 1. lib. 2. c. 7. n. 22.* Imò, ſi tantùm præſumptio, nedum ubi manifeſtum eſt, exceptiones opponi cauſa differendæ litis, admitti non debent, ſed Judex tenetur ſtatim rejicere exceptiones calumnioſas litis protelandæ gratia oppoſitas, *Innoc. in c. poſt electionem, d. conceſſ. prebend. Geil 2. obſ. 27. n. 10. Alex. conſil. 65. n. 5. vol. 1. Cephal. conſ. 223. n. 15. vol. 2. quos allegat, & ſequitur VVinther. in Parth. litig. lib. 2. c. 13. n. 16.*

* Ast. XI. (Allen Partheyen/Agenten/etc. bey unnachläßl. Straff verbotten/in die Cantzley zu gehen/etc. verdächtige Correſpondentz zu haben/etc.)

Illud congruit cum Ord. Cam. *part. 1. tit. 36.* §. *12. Confer. quoq; Reform. Rotvv. Tit. 6.* §. *ult.* Dein, propter d. Colloquia clandeſtina, & æquor literarum ſuſpectum, Judex recuſari poterit *Maranth. in ſpec. aur. rubr. & qu. appell. n. 27. 38. 43. cum ſeq. Zang. d. Except. part. 2. c 4. n. 20.* quas ſecretas inſuſurrationes ut evitet, vel recurrat ad remedium *Auth. jubemus. C. d Judic. Apoſtill. ad Roman. ſing. 261. Lamill. de Offic. Jud. in c. c. Tit. d. Except. n. 11.* §. *34.* vel commendatitias cauſarum aut preces Magnatum nullas admittat, *Neviz. d. tr. lib. 5. n.* 100. & 103. *Menoch. de A. I. Q. caſ. 343. n. 11.*

* Ast. XII. (Vor Eröffnung der Urthel eine deſignationem expenſarum überlieferen/etc.)

Temeritas litigatorum reſtitutione expenſarum coërcetur, & hoc ut malitiis hominum obvietur, §. *hac autem, I. de pœn. tem. litig. l. 33.* §. *f. C. d. Epiſc. & Cler. Carpz. in I. P. F. part. 4. Conſt.* 12. *def.* 1. *n.* 4. expenſæq; certis numeris conſignandæ & quorandæ, *Ord. Cam. tit. 20.* §. *8. & part. 3. t. 14.* §. *2. Reform. Rotvv. d. part. tit. 13. per tot. ubi actus certam hab. tax. Harppr. ad Proceſſ. diſp 3. c 4. Concl. 64. in f.* Et hîc etiam ſtylus Curiæ pro Lege obſervandus eſt *c. ex parte & ibi pulchra Apoſtilla ad Gloſſ. in Verb. infames, X. d. teſtibus. Confer, Gail. 1. Obſerv. 36. numer. 12.* Ac adjudicantur omnis

generis

Digitized by Google

generis expenſæ, licet è litigantibus petitæ non fuerint, *Geil. 1. Obſ. 151. n. 14. cum ſeq. Harppr. diſp. 5. de Proceſſ. c. 10. concl. 168. cum ſeq. aliq. Rosb. d. tr. tit. 28. n. 13.* Tumque in Judicio expenſarum deſignatio atque æſtimatio exhibetur, *Frid. Schenk. in progymn. fori. lib. 2. c. ult. n. 41.* Pars autem, contra quam expenſarum Conſignatio producitur, citanda, & hujus exceptiones contra deſignationem admittendæ ſunt, *Maranth. in ſpec. part. 6. d. Execut. n. 21. in f. p. 537. Harppr. d. diſp. c. 10 concl. 174. Geil. d. Obſ. 15. n. 12. cum ſeq. Lanfranc. d. Oriano in Praxi. c. 11. n. 8.* Et tunc à Judice taxantur, juxta Eund. *d. c. n. 7. Cujac. 2. Obſ. 12. Rosb. tit. 78. n. 7.* quomodo autem expenſæ taxandæ, & quid in taxatione obſervandum, utque Operæ & labores Advocatorum æſtimandæ ſint, remitt. ad Ord. Cam. *part. 1. Tit. 46.* **§. damit auch etc.** *& part. 3. t. 50. Nathen. d. Juſtit. Vulner. & reſt. part. 2. c. 1. t. 1. n. 4. Airer. in Proceſſ. c. 1. Obſ. 6. & 7. Geil. d. Obſ. 151. fere per tot. cum ſeq. Beſold. vol. 5. conſ. 210. penè per tot.* Klock. *Relat. Camer. 1. n. 38. cum mult. ſeqq. Coler. deciſ. 214. per tot. Harppr. d. diſp. c. 10. concl. 171. & 13.* à taxatione verò quando exceditur modus in taxando, appellare licet, uti ex Br. & Aliis doc. Marant. *d. tit. d. Execut. n. 72. p. 537.*

* Ast. XIII. (**Wo aber die Agent. Jhrem Ayd und Käyſ. Ordn. ichtwas zu wider handlen / unfleiſſig- oder fürſetzlicher Weiß aufziehen / oder ſonſten in Schaden führen etc. Sollen ſie mit Verweiß- Geld-Straffen oder Verbiethen Jhrer** Function, **oder anderen beſtraffet werden : Jm Fahll auch das Verbrechen dermaſſen bewanth / daß** Dn. Præſid. in pleno **vorzubringen/etc.)**

HOc ſingulare & valde pro Partibus utile eſſe, dignumque, ut in Omnibus introduceretur Judiciis, ſalubriter mon. *D. Spreng. d. tr. ad hunc* §. 13. *ſub* §. 143. Nam pœnarum irrogatione litis præcaventur, peccata coërcentur, & tollitur improbitas, *Oldrad. conſ. 1. & cum eo Winth. Parth. litig. lib. 2. c. 1. n.* 10. non verò hac pœna in praxi obſervata, malitia litigantium creſcit *Winth. d. tr. lib. 2. c. 6. n.* 10. Ea autem, quæ Procurator propria negligentia vel dolo commiſit in Judicio, refundere Domino tenetur *l. ſi Procuratorem. §. ſed etſi. ff. mand. l. licet. §. ea. l. filius f. §. ſed etſi. ff. d. Procur. l. 38. §. ſi quis. ff. d. pœn. Rosb. in pr. C. t. 19. n. 28. cum 2. ſeqq.* nam, licet negligentia Procuratoris in ipſa cauſa domino præjudicet *l. 10. C. d. Procur. l. tranſactionis placitum C. d. Tranſact. Geil.* 1. *Obſ. 45. n.* 1. *Hartm. Piſtor. part.* 1. *quæſt. 36. n.* 2. Sibi enim imputet, quod negligentem Procuratorem elegerit *tx. l. 23. in f. ff. d. Min. l. ſed etſi. §. f. ff. d. Inſtit. act. Carpzov. in I. P. F. part.* 1. *Conſt.* 1. *def. 22. n. 2.* Ne tamen ex facto Procuratoris damnum ſentiat dominus, dabi-

Digitized by Google

dabitur ei regreſſus contra Procuratorem, *Hartm. Piſt. d. quæſt. n.* 4. *Carpz. d. def. 22. n. 6.* qui etiam tenetur actione mandati de culpa ſua *l.* 13. *l.* 21. *C. Mand. ad* §. *is qui exequitur. num.* 21. *cum ſeq. I. de Mand. ex eo Carpz. d. def. num. f. Oſterm. latè ad Ordin. C. diſp.* 4. *th.* 41. *ub.* quod ſi non ſolvendo exiſtat Procurator, domino reſtitutio in integrum competat, deducit. Hoc ſub §. pen. faciunt in Camera Judex & Aſſeſſores.

* Ast. XIV. (Juramentum Advoc. & Procurat.)

ITaque jurabitur ex parte Procuratorum 1. quod erga clientes, quorum cauſas tractandas ſuſcipiunt, bene ſint affecti, & pro viribus ingenii, cauſas eorum optima fide, ad eorum commodum, agere, nulla falſitate, dolo malo, aut injuſtitia; Uti 2. nullum pactum de quota litis facere, nec clientes ſuos ultra juſtum & debitum honorem gravare; 3. arcana & myſteria cauſarum ad detrimentum partium, nemini pandere; 4. Judicium inutilibus dilationibus non protrahere, compoſitè & modeſtè in Judicio ſe gerere, & convitia, ſub pœna arbitraria Judicii vitare; & denique. 5. Cauſas ſemel ſuſceptas, absque legitima cauſa, non deſerere, ſed ad finem usque controverſiæ clientibus inſervire velint, absque dolo & fraude, *Ord. Cam part.* 1. *t. 62. & 63. cum ſeq. not. Angel. d. Aret. in paragr. 6. num. 2. I. de L. Aquil. Franc. Marci deciſ.* 646. *num.* 3. *vol.* 1. *Camill. Barell. part.* 1. *t. 65. num.* 110. ubi Is ipſe dicit, quod, ſi deſerat litem Procurator, ille parti ad intereſſe tenetur. Singula iſthæc membra explic. d. Weber. *de I. & rat. Conſiſt c.* 34. *paragr. proinde.* Sique Procurator calumnioſam litem nomine domini inſtituat, ipſe Procurator & non Dominus, in expenſis condemnetur, niſi dominus expreſſè mandaverit *l. 6. C. d. adm. tut. Br. in l.* 1. §. *ſi Procurator. num. 5. ff. ſi quis jus dic. Ordelaph. ad l. fin. num.* 104. *ff. de R. V.* Et quando plures ſuſcipit lites, quàm peragere poſſit, punitur in Camera 2. libris auri, *Caſp. Guilielm. Scipio. lib.* 4. *deciſ.* 110. *VVinth. d. tr. lib. 2. cap. 7. num. 36. & cap. 14. num.* 33. Contenti autem ſint Procuratores ſalariis ordinariis, nec munera accipiant, *Navarr. in Manual. cap.* 17. *num.* 33. *Molin. d. Juſtic. diſp.* 63. *in pr.* Horumque excuſationes rejiciuntur; ſtipendia namque augentur non à privatis, ſed Superioribus. *Ant. Sola ad Conſtit. Sabaud. Lib. 2. t. d. Offic. Adv. Anton part.* 3. *ſum. t.* 3. *cap. ult. paragr.* 11. mutato autem temporum ſtatu, & ſtipendia augeri debent. *VVinth. d. tr. lib. 2. cap. 10. num.* 32.

* Ast. XV. (Formula eines Gerichtl. Gewalts.)

QUæ in hoc Judicio Aulic. aliquatenus diſcrepat à Tenore Cameræ, cum in Form, Aulica ſeqq. reperiantur omiſſa (a) Ich N. N. vel

Digitized by Google

vice Univerſitatis aut Communitatis : Wir Burgermeiſter und Rath/etc. etc. Da dann der Pluralis durchaus zu repetiren. (b) Bekenne: Für mich und meine Erben oder Nachkommen. (c) Hangendten- und künfftig dahin erwachſendten. (d) Ermelter N. N. und hierunten mit Nahmen exprimirter ſubſtitutus, (e) litem conteſtiren in puncto probationis. (f) æſtimationis, purgationis. (g) in integrum (wo vonnöthen) (h) taxirt/und erkennt/erheben. (i) thuen und laſſen. (k) denſelben Ich Ihme. (l) auch gegeben; Ich/ oder/ wir wollen unſerem Herren Gewalthaberen/ in omnem Vacantiæ caſum, mit Nahmen N. N. ſubſtituirt/ und uf ſolchen event, Ihne N. N. auch mit obigem Gewalt verſehen haben/alſo/was etc. (m) meinen Aldt- und den ſubſtituirten. Dieſe vorſtehendte Enderungen werden auch ſupplirt *R. I. de A. 1654.* §. damit auch zum vierdten etc. *cum ſeq.* De requiſitis verò veri & legitimi Procuratorii, puta, quis, quem, in qua Cauſa, contra quem, & coram quo Judice Procurator ſit conſtituturus &c. videri, legique poteſt Vult. *tr. d. Judic. lib. 2. cap. 7. num. 379. & ſeqq.* Mynſing. *lib. 4. Obſ. 99.* Bocer. *cl. 6. d. 6. th. 54. & ſeq.* Weſenb. *l. ff. d. Procur. num. 7.* & ibi Bach. & Hahn. Carpz. *part. 1. Conſt. 1. def. 27. & ſeq. R. I.* zu Cöln. *d. Anno 1512.* von Aldt Setzung. *Rosb. in Pr. Civ. t. 19. num. 15. cum aliq. ſeq. Berlich. part. 1. concl. 14. num. 70. cum mult. ſeqq.*

* Ast. XVI. (Juram. der Reichs-Hof-Räth/ etc.)

FUſiùs de hoc Jurejur. ſupra pag. 4. cap. 2. Aliam formulam Judicum & Aſſeſſorum, & quidem cum horriſono anathemate perleg. licet in Imp. Juſtini. Conſtit. *Nov. 9. circ. fin.* Æquum me utrique parti tam in diſceptandis controverſiis, quàm tuenda diſciplina publ. præſtabo, neutri parti citra, quàm juſtum eſt, neque ob lucrum, aut per Gratiam, vel odium addictus ero; quòd ſi hæc non obſervavero, omnibus incommodis expoſitus ero, tam hîc, quàm in futuro ſeculo, in horrendo Judicio Magni Dei, & Salvatoris noſtri Jesu Christi, habeboque partem cum Juda, (add. Gloſſ. in inferno) & lepram Giezi, & tremorem Caini, inſuperque pœnis, quæ lege continentur, ero ſubjectus. Hæc inſimul Juramenti formula dijudicationem ſec. acta & probata contra txx. allatos ſupra ſub Asteric. VIto Tituli Vti excludere videtur, & ſecundum propriam Scientiam, & Conſcientiam, inprimis, quando ſola facti veritate inſpecta proceditur propter inibi quoque multa allegata. Denique, de tactu Evangeliorum, num ille neceſſarius? Inque eo an conſiſtat jurisjurandi ſubſtantia? quorum illud aff. & iſtud neg. per longè trad. Zahn. *in tr. d. Mendac. lib. 3. c. 3. n. 29. cum aliq. ſeq.*

* Ast.

* Ast. XVII. (Zue Erhaltung gutter Ordn. die fürderliche Handhabung vonnöthen/etc.)

ABsque Executione enim LL. ſunt campanæ ſine piſtillo, per ea quæ habet Winth. *d. tr. lib 2 cap. 5. num. 44. & cap. 13. num. 31.* Effectus enim LL. & Ordinationum eſt, ut omnes obligent ad Scientiam, Obedientiam, aut ad pœnam *l 2. ff. de LL. l. leges. C. eod. t. t. ff. d. jur. & facti ignor. l. 7. ff. d. jur. Patr. Felin. in cap. 3. num. 5. d. jurejur.* nihilque tam mali exempli eſt, quàm ſi LL. nuper latæ non obſerventur, & ab eo quidem, qui eas tulit, inquit Machiav. *1. d. Rep. 46.* proin ex neglectu LL. oritur earundem contemptus, deſpicientia Magiſtratus, Civium petulantia, rebellio, & defectio, cum deteriores omnes ſimus licentia, *Bodin. 3. d. Rep. 1. conf. Knipſch. in tr. d. Jur. & Privil. Civ. Imp. lib. 1. cap. 14. paragr. 11. num. 37. cum mult. ſeqq.*

* Ast. XVIII. (Sollen 6. Tit. wo nit 2. zum wenigſten einmahl im Jahr unfehlbahr verleſen; und jährlich eins oder zwey mahl den Agenten der 7. Tit. vorgeleſen werden.)

UT enim LL. Reſcripta, Mandata & Ordinationes obligent, neceſſe eſt, ut publicentur, ita Stat. Juſtini. Imp. *in Auth. ut facta novæ Conſtitutiones. in pr. ibi. ex quo directa &c. & apertis ibid. in f. N. 66. cap. ſancimus. 1. Menoch. Conſil. 2007. num. 83. & de A. I. Q. lib. 2. caſ. 185. num. 5. & fere per tot.* Inſtituuntur autem tum LL. & ſtatuta, cum publicantur & promulgantur, firmantur, cum moribus utentium approbantur, *c. in iſtis. diſt. 8. Winth. d. tr. lib. 2. c. 5. n. 24. Alciat. reſp. 52. n. 10.* Nam valde abſonum & iniquum eſſet, quod ignorantes pœnæ obnoxii efficerentur, cum pœna culpam præſupponat, *Zabarell. in Clem. 2. col. 1. d. hæret. Felin. in c. cognoſcentes. num. 6. Dec. 16. num. 3. & 4. d. Conſtit. Menoch. d. caſ. num. 4.* ſine obſervantia enim & executione nihil proficiunt LL. prout innuunt Verba R. Imp. *d. Anno 1522. ſub Rubr.* Röm. Käyſ. Maj. Ordn. §. Dieweil aber/etc. *c. cum aliquibus. 6. X. d. ſent. & re jud. Gloſſ. 1. rubr. C. d. execut. rei jud.* Aliâs veniam ignorantia LL. non publicatarum mereretur per tx. juris Clar. *in l. 4. ff. de I. & F. Ign. Ub. Weſenb. in Pand. num. 4. Felin. in cap. quoniam. 8. X. d. Simon.*

* Ast. XIX. (Concordata Nationis Germanicæ &c. und der Ständen Privilegia &c.)

ADd. Gutte Ordnungen und Gewohnheiten/ vid. 5. pag. 5. Conf. Ordin. Cam. *part. 1. t. 13.* Illa autem Concordata Imp. Fridericus

ricus cum Papa Nicolao inſtituit, quæ tamen Romæ non ſemper obſervantur, *Goldaſt.* von Reichs-Sachen *part. 5. Conſil. d. Saldtn. paragr.* 1. *num. 7. paragr.* Weilen dann Ew. Maj. etc. *pag. 173.* Vigore horum Concordatorum MAI. IMP. feuda ſecularia non confert iis Eccleſiaſticis Perſonis, quæ non Pontificiam impetrarunt Confirmationem. *Beſold. in Th. Pr. verb. Concordata: Ubi ex Chriſtinæi deciſionibus addit*, multas Eccleſias Germaniæ ea concordata non acceptaſſe, ſed ampliora Privilegia jactare. *Conf. Inſtrum. Pac. art. 5. & 6. & artic. ult. paragr. hanc transact. ibi: aut concordata &c. Vid. etiam I. Concordata. ap. Limn. ad Capitul. Car. V. Mantiſſ. 6. pag. 395. cum ſeq.*

* AST. XX. (Viſitatio unſers Reichs-Hoſ-Raths/etc.)

QUæ fieri debet ab Elect. Mogunt. mixta modum in Comitiis Recent. ſtatuendum, eoque tendit Inſtrum. Pacis, ut Viſitatores conſtituantur ex ſtatibus in pari Religionis numero. Vid. Inſtr. Pac. Oſnab. *art. 5. paragr. 55.* Quando cœperint Viſitationes, & de modo Viſitandi in Ord. Cam. præſcr. leg. *R. I. de Anno 1654. paragr. 128. & ſeqq. Ord. Cam. part. 1. t. 64. & ad Eam Magenh. & Ciſnerus. Wehn. & Speidel. verb. Viſitations-*Täg *Conring. ad Lampad. part. 3. cap. 16. paragr. 13. & cap.* 18. *paragr.* 1. *Conf. plenius Bluminum d. Proceſſ. Cam. t. 24. num. 8. & ſeqq.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

E 38.

Digitized by Google